K. IV. 27.

CB 1000784640 A
CB 10010128988

FRXVI/75 A
FRXVI/75 B

# TRACTATVS DE ELECTIONIBVS NOVORVM PRAELATORVM VTILIS ET NECESSARIVS,

QVONDAM PER REVERENDISSIMVM P. AC D. GVLIELmum Mandagotum Archiepiſcopum ac Cardinalem compoſitus, vnà cum additionibus D. Nicolai Boërij, viri vndequaque doctiſſimi.

*Acceßit de permutatione beneficiorum* FREDERICI *de Senis tractatulus:*

*Recenter purgatus & auctus per Matthæum Boyß, I. L.*




COLONIAE AGRIPPINAE,

*Apud Theodorum Baumium, ſub ſigno Arboris.*

*ANNO, M. D. LXXIII.*

# REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO D. IOANNI EX COMITIBVS A MANDERSCHEIDT *& Blanckenheim, Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopo electo, nec non Lantgrauio Elſatiæ etc. D. ſuo clementiſſimo,*

*S. D. P.*

CVm nuper in hunc autorē, qui tum propter vtilitatem, tum propter vetuſtatem inſignis eſt, forte fortuna incidiſſem, Reuerendiſsime Illuſtriſsimeque princeps, mecumque perpenderem, quòd hiſce temporibus nullū cōtrouerſiarū genus in foro Eccleſiaſtico neque grauius, neq; frequentius ſit, quàm illud, quod de electionibus eſt, quodque ad earum deciſiones hic authormomenti adferat plurimū, operæ pretium me ſacturum exiſtimaui, ſi fructuoſum Reipublicæ opuſculum nocturnis aliquot lucubratiunculis correctum & emendatum ad cōmunem omniū Eccleſiarum vtilitatē in lucem proferrem.

Putaui propter antiquitatem libelli, humani viri, & minimè inuidi officio cõuenire, eum theſaurum, cuius memoria iã vix in vllis bibliopolijs extaret, non apud ſe domi præter ius occultare, ſed tanquã in alieno loco repertũ ita à tineis & blattis vindicare, vt loci, in quo inuẽt⁹ eſſet, dominis, id eſt, omnibus legũ ſtudioſis cũ ipſo repertore tandẽ ęqualiter cõmunicaretur. Neque verò propter illam poſt hominum memoriam omnium in noſtra facultate librorum vberrimam copiam ita delicati & negligentes eſſe debemus, vt hoſce veteres recentibus longè præſtantiores contemnamus: ſed potius Auguſti Imperatoris (qui cùm audiuiſſet, quòd Alexander Magnus annos iam triginta duos natus, peragratis pleriſq; totius mundi regionibus, dubitaſſet, quid in reliquũ vitæ tempus acturus eſſet, demiratus fuit, ſi Alexander non iudicaſſet maius opus benè gubernare partum Imrium, quàm amplam ditionem comparare:) Imperatoris inquam prudentiã laudabimus, vt quæ iam parta ſunt, & temporibus & authoritatibus confirmata, cõſeruemus potius, quàm nimia nouorũ abundan-

abundantia diſcendi cupiditatem obruamus. Vnde quemadmodum Iuſtinianus, dum omnem veteris Iuriſprudentiæ proprietatem, in Pandectarum præfatione, ſibi vendicat, qui non ſubtiliter, inquit, factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus inuenit: non immerito quid iuris in eo authore, quē penè amiſſum & mendis deprauatū reſtituit, habere cōuenit, & quidem tantū, vt ſi non plenū eius dominium, vt Imperator facit, ſibi velit vſurpare, tamen non exiguam apud oēs pro laudabili illa publicæ vtilitatis promouendæ cupiditate gratiam inire poſſit & debeat. Porrò hanc meam operam & laborem (ſi labor eſt diſcendi ſtudendiq; cupiditas) tuæ Celſ. tum propter cōmunem patriam, tum propter eiuſdem tuæ Celſit. ſingularem in eam pietatem, in eosq́;, qui inde oriundi ſunt, humanitatem, dedicare debui. Nam quoad longiſsimè mens mea reſpicere poteſt ſpaciū temporis prēteriti, & pueritiæ memoriā recordari vltimam, inde vſq; repetens, agnoſco T. C. ſingulari quodā ſtudio atque beneuolentia ſemper in meū parentē fuiſſe, atq; ita ſingulari, vt ex coniuncta

& familiari conſuetudine, quę ei cum T. C. frequens & diuturna ſæpè fuit, fructum aliquando ceperit honeſtiſsimum. Neque verò in hoc primo quaſi gradu beneficentiæ eadem T. C. ſubſtitit, quin ad totam noſtram familiam progreſſa, me quoque nuper, quamuis immeritum, clementer eſt amplexa, cũ mei iuuandi, promouendi, atque ornandi gratia honorem, quem certè propter amplitudinẽ mea perſona longè ſuperiorem ſuſcipere non potui, incredibili quadam voluntate & ſtudio ad me detulit. Cuius beneficij memoria adeò poſtea apud me magna & iucunda fuit: (quid enim iucundius eſſe poteſt homini ſano, quàm tale ſummi principis iudicium?) vt tunc tandem eam iucundiſsimam fore putem, ſi T. C. nõ à me (quod abſi t) negligentia contemptam, vel obliuione oppreſſam, ſed illuſtri aliquo teſtimonio declaratã eſſe animaduertat. Quicquid igitur in eo vel publicæ vtilitatis, vel gratiæ eſt, id totum in T. C. nomine, Princeps illuſtriſſimè, plurimis de cauſsis apparet. Maximè verò, ꝙ boni principes ſe νομοφυλάκεσ libenter nominari, & legum, & poli-

tiæ

tiæ adminiſtrationis curam ſibi commẽdari benignè patiantur. Deus Opt. Max. T. C. ſaluam & incolumem ad gloriam ſui nominis conſeruet. Coloniæ ex meo muſæo. Anno à Chriſto nato quingenteſimo ſeptuageſimo tertio ſupra milleſimum. 24. Februarij.

T Celſ.

Deditiſsimus,

Mattheus Boyſs,
ex Monaſterio
Eiffliæ I. L.

REVERENDISSI-
MIS IN CHRISTO P. ET D. D.
FRANCISCO DE STANNO RVTHE-
nen. & Anthonio de Stanno Engoliſmen.
prælatis & fratribus, ac Domini noſtri Fran
corum Principis in ſuo magno conſtitorio
conſiliarijs, Nicolaus Boeriꝰ, I.V.L. ac præfa
ti Domini noſtri Francorum Regis in
maiore etiam conſiſtorio con-
ſiliarius ordinarius,

S. P. D.

*SAEpè mihi naturæ munera, Reuerendiſſimi P. animo repetenti, veriſſimum illud Stoicorum occurrere ſolet: Quæcunq; à natura ipſa genita eſſent, omnia ad vſum hominum eſſe genita: homines etiã hominum cauſa eſſe procreatos, vt ſibi inuicem quæcunq; poſſent, & omnia auxilio forent. Proinde quanto quiſq; ingenio, quantum opera & labore aſſequi poſſet, tantũ in communione hominum ſocietateq́ue ferendum eſſe. Itaq; cùm ſpectabilem illum virum Dominum Guilielmum Mandagotum, Cardinalem & compatriotam noſtrum, libellũ de electione, tam in theorica, quàm praxi, omnibus quàm maximè collegijs alijsq; congregationibus, quæ per canonicam electionem ſuos altera trium à concilijs generalibus formarum editarum aſſumunt prælatos, vtilem & neceſſarium comperierim, ac vos Dominos Antiſti*

*tes*

*tes, Iuris vtriuſq; interpretes clariſsimos, mihi profectò reuerendiſsimos longo cognouerim vſu, & ad legationis negotia ſub Reuerẽdiſsimo Domino Rothomagen. Cardinali de latere in Francia legato tanq̃ cæteris, et quàm qui maximè præcellentes, & moribus, ſciẽtia, ac antiquiſsima nobilitate præditos, commiſſos & deputatos, nonnullas poſtillas doctrinarum & concluſionum Doctorum, & præcipuè modernorum, ob perſonarum veſtrarum excellentiam & honorẽ addere volui, quas breui tẽpore, vt antiquarum et nouarum deciſionum concluſio in electionum materia haberetur, perſolui. Quam ob rem Reuerendiſsimi P. ſi quid in eiſdem aut incognitum, aut parum perfectè ſcriptum inueneritis, id veſtra doctrina ſuppleatis: & quod minus mea æquitate dictum videretur, prudentia veſtra corrigatis & emendetis, quas iudicio veſtro corrigendas atque emendandas trado. Valete felices.*

# SIC IOANNES ANDREAS DE MANDAGOTO IN ADDITION. AD SPECVLATOrem, tit. de electi. ſcriptum reliquit.

*EST ſciendum, quòd Guido Magado, poſteà Archiepiſcopus Ebredunen. & demum Cardinalis compoſuit libellũ de electionibus faciendis, quem per modum textus & gloſarum ordinauit, & tranſmiſit Domino Berengario, etiam poſtea Cardinali, ſed prius Epiſcopo Biterenſi, & Dominus Berengarius verſa vice opus, ꝙ per alphabetum ſuper ſumma Hoſtiẽſis compoſuit, & vocauit Oculũ, dicto Domino Guidoni direxit. Ipſe autem Dominus Guido in libello prædicto plano ſtylo loquendo, ignaro faciendarum electionũ in Iure, & in facto pleniſſimè informauit, quem libellum per certos legum doctores obnixè rogatus, in quantum Iura noua illum ſecuta, ſcilicet Sexti, cuius prædicti ambo compoſitores fuerunt, & Clementinarum, exigunt, breuiſſimè reformauit, & quia ad practicam illam hodiè communiter recurſus habetur, hîc breuius pertranſibo.*

TABV-

# TABVLA CAPITVLORVM PRAESENTIS OPVSCVLI TRIPARTITI, IN QVA PATET SVMMARIA *inſtructio de his, que in eo continentur.*

*Prima pars lviij. capitula complectitur.*

Capitulum primum. De tempore, infra quod eſt electio celebranda, & de pœna illorũ, qui non eligunt infra tempus. 4
Cap. ij. Vtrum currant electionum tempora legitimè impeditis. 9
Cap. iij. Qualiter menſes in electionibus, & quot dies pro menſe quolibet computentur. 12
Cap. iiij. De vocatione abſentium, qualiter vel per quos ad eligendum terminus aſſignetur. 15
Cap. v. Quot abſentes, & à quo loco, vtrumue perſonaliter ſint citandi. 17
Cap. vj. Vtrum excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti ad electiones vocari debeãt vel admitti. 20
Cap. vij. An impuberes, & furioſi, vel mente capti debeant in electionibus intereſſe. 21
Cap. viij. An in eccleſijs regularibus nouicij debeant eligere cum profeſſis. 22
Cap. ix. Vtrum hi, qui elegerunt vel poſtulauerunt ſcienter indignum, ad electionem ſequentẽ ſint ab alijs euocandi. 24
Cap. x. Quando & quis poteſt in electione conſtitui procurator. 26
Cap. xj. Qualiter impeditus procuratorem conſtituens de impedimento fidem debet facere. 28
Cap. xij. Vtrum poſſint procuratores cõſtituere hi, qui in ciuitate vel clauſtro electionis tempore ſunt præſentes. 30
Cap. xiij. Si de impreſſione probabiliter dubitetur: an

an abſentes procuratores conſtituere teneantur. ibid.
Cap.xiiij. Si nullus vult abſentis vices recipere, vel eis receptis forſitan impeditur, an abſens iterũ ſit citandus. 31
Cap.xv. Vtrum procurator ad eligendũ datus valeat poſtulare vel alium ſubſtituere, ſi fuerit impeditus. 33
Cap.xvj. Quando prȩſentes aliquibus abſentibus poſſunt eligere in termino aſſignato. 34
Cap.xvij. Qua hora diei prȩfixȩ venire tenentur hi, qui pro electionis negotio ſunt citati. 36
Cap.xviij. Si prȩfixus terminus prorogetur, an abſentes, qui citati fuerant, iterũ ſint citandi. 37
Cap.xix. Qualiter die prȩfixa debent omnes ſimul congregari, & de tabellìõe ac teſtib. ꝓuidere. 38
Cap.xx. De monitione quadam & proteſtatione, antequam fiat electio, prȩmittendis &c. 41
Cap.xxj. Quot ſunt eligendi formæ: & in quibus eccleſijs & dignitatib. vendicant ſibi locum. 43
Cap.xxij. De forma ſcrutinij, & quæ ſunt ſubſtãtialia in eadem. 44
Cap.xxiij. Qualiter ſcrutatores: & quot ſunt ad faciendum ſcrutinium aſſumendi, vtrumue aliũde, quàm de collegio eſſe poſſint. 46
Cap.xxiiij. Per quem modum & ordinẽ vota ſcrutari debeant ſingulorum. 49
Cap.xxv. Vtrum ad infirmos, q̃ ſunt in eadẽ ciuitate vel clauſtro, ſcrutatores accedere teneãtur. 52
Cap.xxvj. Qualiter debet quis in ſcrutinio exprimere votum ſuum. ibid.
Cap.xxvij. Qualiter hi, q̃ ſciẽter indignũ eligũt, puniuntur: & quis indignus, vt non poſſit eligi, cenſeatur. 53
Cap.xxviij. Per quem & qualiter vota in ſcrutinio prȩſtita ſunt ſcribenda. 56
Cap.xxix. Si ſcrutinium non poſſit perfici vna die, an cõ-

an continuari valeat in ſequentem. 57
Cap.xxx. Qualiter & quando vota in ſcrutinio pręſtita debeant publicari. ibid.
Cap.xxxj. Per quem & qualiter, ac in quibus caſib. ſit collatio facienda. 58
Cap.xxxij. Si in collatione dubium aliquod òriatur an ſit plena diſcuſſio facienda.. 62
Cap.xxxiij. Si qui ſuperueniant canonici datis ſcrutatoribus vel ſcrutinio publicato, vtrum id, ꝙ factum erat, debeat retractari. 64
Cap.xxxiiij. Qualiter collatione facta per vnum vice omnium, vel vice ſuę partis, facienda eſt electio in communi. 65
Cap.xxxv. Qualiter electione facta, debet Te Deũ laudamus cantari, & electus intronizari, ac ipſa electio clero & populo ſolemniter publicari. 69
Cap.xxxvj. Infra quod tempus eſt electo electio p̄ſentanda: & de pœna illorum, qui eam debito tempore non pręſentant. 70
Cap.xxxvij. Infra quod tempus electus debeat cõſentire: & de pœna, quam patitur, ſi debito tempore non conſentit. 72
Cap.xxxviij. De decreto electionis, & an ſine decreto valeat electio confirmari. 75
Cap. xxxix. De forma cõpromiſſi, & an aliquo contradicente procedi valeat per eandem. 77
Cap.xl. An infirmi, qui ſunt in ciuitate eadem vel clauſtro, ſint, cùm per formam compromiſſi procedit, requirendi. 79
Cap. xlj. Vtrum in vnum ſolum, vel in plures debeat compromitti. ibid.
Cap.xlij. An religioſus in electionis negotio compromiſſarius eſſe poſſit. 80
Cap.xliij. An compromiſſarij ad eligendum habeant totũ tẽpus, ꝙ compromittẽb. competebat. 81
Cap.xliiij. Vtrum hi, quib. poteſtas committitur eligendi, poſſint alijs cõmittere vices ſuas. 82

Cap.

Cap.xlv. vtrum ſub ea forma poſſet fieri compromiſſum, quod perſonam certam compromiſſarius eligere teneatur. 81

Cap.xlvj. Si ſint plures compromiſſarij & diſcordent, an valeat electio, quæ à maiori parte ipſorum fuerit celebrata. 84

Cap.xlvij. Vtrum compromiſſarij poſtulare poſſint & eligere vndecunque. ibi.

Cap.xlviij. An compromiſſarij eligere valeant de ſeipſis. 86

Ca.xlix. Vtrũ cõpromiſſum re integra vel nõ integra valeat à compromittentibus reuocari. 87

Cap.l. Si propter ſuperuenientes canonicos factũ ab alijs compromiſſum debeat retractari. 89

Cap.lj. Vtrum, cũ per formam cõpromiſſi ꝓceditur, ſit per vnum facienda electio in communi, & an cantãdo Te Deum laudamus etc. ſeruari debeant, quæ in forma ſcrutinij obſeruãtur. 90

Cap.lij. De forma inſpirationis, & qualiter eſt, cùm per eam eligitur, procedendum. 91

Cap.liij. De poſtulatione, quæve perſonæ debeant poſtulari. 94

Ca.liiij. Per quẽ debet facta poſtulatio apꝓbari. 97

Cap.lv. Quæ in facienda poſtulatione forma debet obſeruari. 99

Cap lvj. A quo, & infra quod tempus electionis cõfirmatio, aut poſtulationis approbatio ſit petenda. Et quando electi vel poſtulati adire ſedẽ apoſtolicam teneantur. 102

Cap.lvij. Quando & in quibus caſib. eligentes vel poſtulantes ire vel mittere ad ſedem apoſtolicã teneantur. 111

Cap.lviij. Quis prouidere habeat in expenſis eis, quę electionis vel poſtulationis negotium proſequuntur. 115

*SECVNDA*

*SECVNDA PARS, QVAE CONTInet duntaxat vnum capitulum in quo ponuntur. xviij. formæ inſtrumentorum.* 118

Forma.j. Qualiter per præſentes ad eligendum debeat terminus aſſignari: & ad citandum abſentes nuncius deputari. 119

Forma.ij. Qualiter, ſi abſentes inuenti fuerint, per nuncium ſunt citandi. 120

Forma.iij. Qualiter ſi abſentes non inueniantur, ꝑſonaliter ſit in loco publico citatio facienda. 121

Forma.iiij. Si capitulum abſentes citare voluerit ꝑ litteras, qualiter huiuſmodi litterę ſunt formādę. 122

Forma.v. Qualiter litterę citatorię capituli debeāt abſentibus præſentari. 123

Forma.vj. Qualiter ab abſente debet in electionis negotio conſtitui procurator. 124

Forma.vij. Qualiter electionis proceſſus eſt à principio vſque ad finem, cum per formam ſcrutinij proceditur, ordinandus. 125

Forma.viij. Qualiter in via compromiſſi eſt eligēdi poteſtas in compromiſſarios transferēda. 134

Forma. ix. Qualiter compromiſſarij proceſſum ſuum ordinare debent, ac vnus ipſorum vice omnium eligere in communi. 136

Forma.x. Qualiter debet electionis proceſſus, cum per formā inſpirationis ꝓceditur, ordinari. 138

Forma.xj. Qualiter ad præſentandam electionem electo, & petendum ipſius aſſenſum, poteſt ab electoribus conſtitui procurator. ibi.

Forma.xij. Qualiter debet electo electio p̄ſentari, & eius aſſenſus cum reuerentia poſtulari. 139

Forma.xiij. Qualiter electus electioni ſuæ petitum aſſenſum debet humiliter impartiri. 140

Forma. xiiij. Qualiter electionis decretum debet fieri, quando per formam ſcrutinij electio

lectio eſt celebrata. ibi.
Forma.xv. Qualiter electionis decretum fieri debeat, cũ per formam compromiſſi celebratur. 145
Forma. xvj. Qualiter electionis decretum debeat fieri, cùm per formam inſpirationis eſt electio celebrata. 146
Forma.xvij. Qualiter ad petendam confirmationẽ poteſt ab electoribus conſtitui procurator. 147
Forma.xviij. Qualiter ab electo, qui non poteſt perſonaliter comparere ad confirmationem petendam, poteſt conſtitui procurator. 150

*TERTIA PARS, DE APPELLATIOnibus, per quas electionum negotia interdum ad ſedem apoſtolicam deferuntur, &c. Et continet hæc pars vnum cap. in quo ponuntur .vij. formæ inſtrumentorum.* *151*

Forma.j. Qualiter ab electione facta poteſt coram tabellione legitimè appellari. 157
Forma.ij. Qualiter ab electione facta poteſt coram perſona autentica appellari. 160
Forma.iij. Qualiter ab electione facienda poteſt legitimè appellari. 161
Forma .iiij. Qualiter appellans denunciare habet appellationem ſuam eis, contra quos extitit appellatum, quando eis ignorantibus appellatio fuit facta. 164
Forma.v. Qualiter ad denunciandũ appellationẽ ignorantib. conſtituitur procurator. ibid.
Forma.vj. Qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denunciatur. 165
Forma .vij. Qualiter appellatio publicè in eccleſia eſt legenda, cùm non poteſt haberi copia illorũ, quibus erat ipſa appellatio nuncianda. 168
Finis operis, cum gratiarum actione ad Deum, ipſius operis directorem. 169

# LIBELLVS A MAGISTRO GVLIELMO DE MANDAGOTO ARCHIDIACONO NEMAVSENSI

*compoſitus, ſuper electionibus faciendis, & earum proceßibus ordinandis, cum additionibus magiſtri Nicolai Boerij, I.V. Licentiati, de monte Peſulano, dudum curiæ Bituricenſis metropolitanæ, & primacialis aduocati, & nunc Magnifici ac Illuſtrißimi Francorum Principis conſiliarij ordinarij.*

VENERABILI *viro diſcretione, ſcientia, & moribus multipliciter radiãti: magiſtro ſuo chariſsimo, domino Berẽgario Fredoli, ſuccentori Eccleſiæ Biterenſis: Domini Papæ Capellano: & Doctori facundißimo Decretorum, Gulielmus de Mandagoto Archidiaconus Nemauſenſis & eiuſdem Domini Papæ Capellanus ſalutem: & votiuis ſemper ſucceßibus proſperari.*

VEnerabili viro, &c. Cùm illius non ſim auctoritatis, quòd meis ſcriptis fides debeat adhiberi: niſi quatenus iuribus & rationib. probabilibus roborantur: libellum iſtum, ne quis ambigat iuxta doctrinam in eo traditam procedere, cùm fuerit electio vel poſtulatio facienda, decreui ſub quo potui compendio apparari: inducens ad probanda in eo contenta concordantias diuerſorum iurium & glo. & addens aliqua, quę in textu

breuitatis cauſſa inſerere prætermiſi.

Adde quòd opinio Doctoris eſt probabilis tantùm, & non neceſſaria. l. 1. & ibi Lucas de Penna. C. de profeſſ. quę in vrb. Conſtan. lib. 12. & glo. in l. 1. & ibi Paul. de Caſt. col. 2. poſt medium. C. de leg. & glo. in l. ſi de interpretatione. ff. eo. titu. & Ang. Aret. in §. reſponſa. Inſti. de iure na. gen. & ciuili. Quia debet intelligi ſecundum l. quam allegat, vt not. Bartol. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liber. legatis, & Iaſon in re peti. l. frater à fratere, column. xviij. ff. de conditioni. indebi. & Anthon. Corſet. in ſuis ſing. in verbo diſpenſatio. & Domini. de ſancto Gemi. in c. 1. col. 2. in prin. de penis li. 6. per tex. in c. ego ſolis. 9. diſt.

## PROLOGVS.

*QVia dum electiones imminent celebrandæ.* a. *nequit interdum haberi copia peritorum, qui ſciant dirigere in earum proceſſibus eligentes : contingit quòd electiones ipſæ multoties non procedunt.* b. *vt quia peccatur in materia.* a. *vel in forma:* b. *ſeu quia tēpora.* c. *non ſeruantur, quæ in eis faciendis aut proſequēdis ſeruari ſtatuta canonica decreuerunt, vnde magna pericula interdum ſuſtinent Eccleſiæ viduatæ.* d: *ac grandia eligentes & electi plerunque incommoda patiuntur.* e. *Intendens igitur eo propicio, qui largitor eſt omnium gratiarum.* f. *præmiſſis ſi poſſem diſpendijs prouidere ad inſtructionem eorum, qui ſunt iuris.* a. *ignari & electionum, negotia non expertim quinque habere nequeunt, cùm expedit, copiam*

piam peritorum, hunc libellum compoſui ex diuerſis iuribus & Doctorum. b. opinionibus approbatis. In quo doctrina primò traditur ſatis plena, quis modus obſeruari debeat in electionibus vel poſtulationibus faciendis, & eis factis tempore debito proſequendis. Secundò ſubÿcitur, qualiter ſint formanda inſtrumenta & literæ ſuper his, quæ occurrunt in ipſarum electionum vel poſtulationum negotÿs facienda. Tertiò & vltimò annectitur de appellationibus, per quas negotia aliquando huiuſmodi ad ſedem apoſtolicam deferuntur. Verùm quia vix eſſe poteſt, quin propter imperitiam vel occupationes multiplices, quæ nonnunquam à notitia deuiāt c. intellectum: aliqua in libello iſto ſcripſerim, quæ ſunt cōtraria veritati. d. ad vos, quem ſcientiarum dominus. a. talento ſcientiæ multiformiter inſigniuit. b. ipſius correctione duci fiducialiter recurrendum, à ſinceritate veſtra poſtulans ex munere ſpeciali: vt ſi quid in eo corrigendum fuerit, id ſi placuerit: corrigatis. c. & in melius: prout circumſpectioni veſtræ videbitur: emendetis, ſic quòd lectores nihil prorſus in ipſo inueniāt, quod lingua. d. æmula reprehendat: ſed quod potius imitentur, & imminētibus electionum vel poſtulationum negotÿs amplectantur.

QVia dum election. &c. a Celebrādæ. Electio eſt celebranda cùm vacat eccleſia, & nō ante, extra eo. bonę. 2. & c. ne pro defect. 7. q. 1. cum qui. & hoc ſiue vacat per mortem prælati, ſiue aliter. Nam pluribus modis poteſt eccleſia vacare,

vt di.infr.c.1. Adde quæ ibi dicam, & in c.59.forma 7.in glo.2.fo.57.

b Non procedunt. Quia non confirmantur, ſed potius infirmantur, ex quo in ijs peccatum eſt in materia vel in forma extr. eod. cum in cunctis. & c.quia propter.& infr.c.22. & 27.

a Materia.i.in perſona electa, quæ cenſetur materia electionis. ſic enim ſumitur extra eod. auditis in glo. communi.

b Forma, quæ triplex eſt. extra eo. quia propter. & infra c.21. vbi de hoc.

*De his temporibus vide copioſius infra in Miſcella. M. Boiſſ.*

c Tempora. Nota plura eſſe tempora, circa quorum obſeruationem eligentes & electos intentos eſſe oportet. Primum eſt tempus, infra quod electio eſt celebranda. extra eo. ne pro defectu. & extra de ſupplen.neg.præl.licet.l.diſ. poſtquam. & inf. cap. 1. Secundum, infra quod eſt electio facta, pręſentanda electo & petendus eſt aſſenſus eius. ext. c. quàm ſit.Gre.10.lib. 6.& in conſtitutione Nicolai. eo.ti. cupientes.§.cæterum.lib. 6.& infra c.36. Tertium, infra quod debet electus conſentire, vt in ead. deciſi.quàm ſit, & infra.c.37.

Quartum, infra quod habet electus confirmationem petere, vt in dictis decr. quam ſit. & ca. cupientes.& inf.c.56. Quintum, infra quod eligentes & electi: & poſtulantes & poſtulati: & ſe opponentes eiſdem tenentur venire ad ſedem apoſtolicam, vel mittere ad ipſam: cùm ab ea electiōis confirmatio vel poſtulationis approbatio eſt petenda, vt in præal.dec.cupientes.& infr.c.56.c.ſequenti.

Adde Albe.de Ro.in ſuo dictionario in litera electio debet fieri in eccleſia, &c. de quibus inf. in locis congruis apparebit.

d Viduitate. Quia eis nō poteſt de paſtorib. prouideri pendentibus huiuſmodi electionibus, quod eſt valdè periculoſum, extra eo. c. ne pro defectu, &

c.quam

capit. quamuis. Gre.10.lib.6.

Adde, quòd vacatio eccleſiarum eſt res pericu-loſa, tex. & ibi glo. in c. oblatæ. verſi. ſuperior, & ibi Doct. de appel. & Paul. de Caſt. in conſi. 339. ſecun-dum verum numerum. in antiq. incip. Formæ. ca. propter. de elect. ſeruandæ ſunt, &c. & glo. infr. eo. quia for. 55. Quia vbi non eſt paſtor, lupus triũphat ſecundũ Bal. in d. c. ne pro defectu, per illum tex. & idem Abb. col. 1. & domini de Rot. deci. 4. incipi. ſi poſt titu. de dolo & contu. in nouis.

e Patiuntur. Perdendo expenſas, quas faciunt ꝓ-ſequendo electiones huiuſmodi: & ſe inaniter fa-tigando, vnde melius facerent, ſi abſtinerent. ff. de inofficioſo teſtamento. l. 1.

Adde tex. in l. ſtichus. ff. de legat. tertio, & Iaco. de Aureli. in l. Macedoniani poſt Bald. & Salyc. C. ad Macedo.

f Gratiarum. A Deo enim omnes gratię & omnia bona procedunt, vt extra de deci. tua nobis, & de-cima ſexta, quæſtione prima reuertimini. *Bona omnia à Deo procedunt.*

Adde, quòd omne datum optimũ, & omne do-num perfectum deſurſum eſt, deſcendẽs à patre lu minum, &c. Iaco. 1. & 1. quæ. ſecunda, c. quàm pio. & ca. primo, §. & cùm humanæ. & ibi glo. in verbo deſcendite, cap. in pragma. & per Angelũ Peruſi. in conſilio 245. incipiente. Quia omne datum, &c. & quæ dico infra in fine operis, in vltima additione poſt glo.

a Iuris ignari. Ecce propter quod factus fuit iſte libellus. Periti enim in iure hac doctrina non egẽt: nam poſſunt omiſſo riuulo ad fontem, id eſt, ad textus & gloſas, ex quibus eſt ipſe libellus extract9, percurrere: & inde veritatem plenius haurire: vt 76. diſt. ieiunium.

Adde, quæ no. Io. And. in addi. Spe. titu. de ſala-rijs. §. ſequitur de aduocatorum in poſtil. ſuper ver

bo laborare, vbi dicit ſe vltra l. annos ſtuduiſſe, & non indigere librorum reuolutione, ſaltem parũ. Et Bald. qui legerat xlvij.annis ante lecturam feudorum, vt ipſe atteſtatur, in proben. feudorum, & Iacob.de Aluero. in capitu. primo in princ. qui feud.dare poſſunt.

b Doctorum, ſcilicet Bernardi. Innocen.& Hoſtien.Gof.Vincen & Bart.con.& aliorum.

c.Deuiant intellectum. Occupatus enim circa diuerſa de facili decipitur, & à veritate deuiatur, argum. extra de ſenten.extra ſi aliqua doct.& C. de libera.cauſa,l.iubemus.nam pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus,extra de clericis coniugatis.diuerſis xvj.quæſtio. prima præsbyteros, & C. de aſſeſ.l.nemo.

d Contraria veritati. Hoc non eſt mirum: nam & Auguſt.qui tantus fuit, plura ſcripſit, quæ poſtmodum retractauit, vt xxvj. quæſt.iiij. quodam in loco, eod.x.q.j. certè ego. Omnium enim habere memoriam, & in nullo peccare,potius diuinitatis eſt, quàm humanitatis, C. de veteri iu.en.l. ij. §. ſi quis autem.

*Peccare in nullo diuinum eſt.*

Adde,quòd ſi quis plura effundat, vix erit,quin aliquid reprehenſibile proferat: ex effuſo enim ſermone in promptum incidit periculũ,in fi.C.de dotis promiſ.& Spe.ti.de aduoca.§. iam nunc videndum,& Pau. de Caſt.& Al.in l.de tu.C.de in integ. reſt.vbi Pau.inter alia dicit,quòd Bal.frequẽter variabat ex nimia ſubtilitate ingenij ſui,nõ tamẽ malitioſè,& gl.inf.c.lix.forma xij.

a Scientiarũ dominus. Simile xxxvij. diſt. §.ſed econtrà.

b Inſigniuit.Scientia nobilitat hominem,vt notat extra de præb. c. de multa.nec poteſt precio nũmario cõparari. ff.de va.& extra or. col.j.§. eſt qdẽ. Adde Bald.& Saly.in l.prouidendum. C.de poſtul.&

ſtul.& quę dixi in lib.conſuet.Biturigen.tit.de conſuet.iur.ſtat.perſo.§.vj.in glo.j.

c Corrigatis.Qui ſubtiliter factũ emendat, laudabilior eſt eo, qui primò inuenit. C.de veteri iur. enu.j.§. omnibus actoribus. Nec propter hoc deberet quis declinari, licet dicta eius corrigantur, ex quo cum veritate corriguntur, vt ix. diſtinct. noli frater.nam ſępè reuelat vni Deus, quod alteri celatur, xcv.diſtinct.eſto ſubiectus.

Adde quotuplex ſit correctio,& quibus corrigere licet Dy.extra de reg.iu.c.peti venia. Imol.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matrim. ſentit Pau. de Caſt. allegando regulam, cui licet & cætera,& in l.ij.In tex.in ver.ius habenti.ff.de leg.j. Alex.in Auct. ex teſtamento.in iij.colla. C.de col.Bart.ſing.in l.j.§. fin.C.de lati.lib.tollen. & an aliquid corrigi dicatur, cùm adijcitur vel interpretatur, vide nota. in Aucten.quibus mod.in natu.effi.legi.§.non poteſt. item & an id, quod ſuppletur,corrigi dicatur: not. in Aucten. de non alienan.§.j. tractatur amplè per Lud.Ro.con.lv. & in repet. Aucten.ſimiliter. C.ad l.Falcidiam, & de ſignificato huius dictionis correctio:vide ampliſſimè per Archi.in capitulo, quia plerique de offi.ordi.lib.vj.& Albe.de Roza in ſuo dict.in ver.correctio per totum.

d Lingua æmula. Sunt enim nonnulli, qui vel ignorantia excæcati, vel inuidiæ ſtimulis cõcitati, aliorum ſcripta,quanquam bona & vera,venenata lingua condemnant,iuxta illud:Sępè redarguo rẽ, quam iudico deteriorem propter liuorem: vel quia neſcio rem. Contra quos eſt illud Eſaiæ: Væ vobis,qui dicitis bonum malum, &c. xj.quæſtio.iij. væ vobis.

*Inuidi omnia redarguunt.*

*Verſus.*

Adde Spec.titulo de aduoca.§. iam nunc videndum,& Hieron.in epiſtola ad Aſſellam virginem incipiente ſi tibi putes gratias à me referri, & cæt.

vbi graues facit contra inuidos querelas, & ad ſaturitatem vide Ioan. Ludo. Viualdum de monte regali ordinis prædicatorum, in ſuo aureo opere de veritate contritionis. in c. de inuidia.

## De tempore, infra quod eſt electio celebrãda: & de pœna illorum, qui non eligunt infra tempus.

### CAP. I.

*AD principale propoſitum in illius nomine,* a. *qui cuiuſlibet boni operis eſt initium.* b. *attendentes, diſcutiamus primò de tempore, infra quod debet electio celebrari. Cùm enim ipſo iure ſit irrita* .c. *electio, ſi debito tempore non ſit facta, expedit eligentibus, vt tempus huiuſmodi nõ ignorent. Sciendũ eſt igitur, quòd in qualibet eccleſia cathedrali, ſi fuerit epiſcopus, vel archiepiſcopus, aut alius ſuperior eligendus: dum infra tres mẽſes.* a. *à vocationis tempore* .b. *vel morte prælati.* c. *notitia.* d. *computandos electio celebrari, & hoc poteſt ſtatim prælato mortuo expediri, cùm ex tunc à lege ſeu iugo ipſius eccleſia ſit ſoluta.* e. *Eſt tamen honeſtius, quòd non fiat electio, quouſque corpus defuncti ſit traditum eccleſiaſticæ ſepulturæ. In collegiata.* a. *verò eccleſia regulari, vbi ſunt viuentes ſine proprio clerici aut conuerſi, eſt ſimiliter.* b. *infra tres menſes à vacatione ſeu notitia computandos, prælati electio celebranda. Hoc autem*

tem verum intelligas, licet aliqui contradicant: ſiue in tali regulari eccleſia ſpectet electio ad cõuentum, c. ſiue Abbas aliquis vel alius ſuperior habeat prælatum mittere. d. ad eandem: dummodo is, qui per ſuperiorem mittitur, ſit epiſcopo præſentandus, vt confirmetur ab eo, vel curam. a. recipiat animarum: alias, ſi non confirmetur ab epiſcopo, nec curã animarum recipiat ab eodem, cùm talis non ſit perpetuus, ſed per ſuperioris beneplacitum valeat remoueri, b. non habet locum, quod de trimeſtri tempore eſt præmiſſum, ſed ſufficit, vt infra ſex menſes c. talis eccleſia ordinetur. In cæteris autem eccleſiarum ſecularium prælaturis, d. necnon & in dignitatibus. e. ac perſonatibus, qui cuilibet in eccleſiys cathedralibus, vel aliys tam ſecularibus, quã regularibus conſtitutis. f. et etiã in aliys beneficiys inferioribus quibuſcunque, licet curam habeant animarum, ſiue per regulares, ſiue per ſeculares clericos gubernẽtur, eſt infra vi. mẽſes. a. cõputandos, vt præmittitur. b. celebranda. Cæterùm ſi hi, ad quos electio ſiue prouiſio noſcitur pertinere, iuſto impedimẽto. c. ceſſante, nõ elegerint ſeu non prouiderint infra tempora ſupradicta: ex tunc eligendi poteſtas deuoluitur ipſo iure: d. verùm ſi ſuperior elegerit vel prouiderit, ſed eius electio vel prouiſio ex quauis cauſa fuerit reprobata, ſeu electus ab eo noluerit conſentire, aut poſt conſenſum renunciauerit iuri ſuo: ſtatim eligendi poteſtas reuertitur ad eoſdẽ. a.

*Libri diuiſio.* AD principale. Hìc ſignatur primũ capitulũ. Et eſt notandum, quòd iſte libellus diuiditur in tres partes. Prima pars continet.lviij. c.ſecunda, vnum tantum: & tertia, aliud tantum: & ita in vniuerſo ſunt, c.lx. Sub ſecunda verò parte cõtinentur xviij. formæ inſtrumentorum, vel literarum: & ſub tertia vij. quæ quidem formæ in vniuerſo ſunt xxv. quæ non per capitula, ſed per paragraphos diſtinguuntur. Vt igitur capitulum vel formam, cùm ſub certo numero allegabũtur in apparatu, citius inuenias: facias in principio cuiuſlibet capituli atque formę ſuum numerum in rubrica, vel ſaltem in margine: extra ſicut fit in diſtinctionibus & quæſtionibus in decreto.

Adde quid facit diuiſio glo. Io. Fab. Chriſtoſo. Porc. Io. de Pla. Bart. Bald. & Ange. Aret. in prohe. Inſtitu. §. igitur. in verbo eaſdem.

*Nomen Domini inuocandum eſt.* a Nomine. In omnibus operibus noſtris nomen Domini inuocare debem⁹, vt ab eo dirigamur 26. quæſt. vlt. non obſeruetis, extra de teſti. in nomine Domini. C. de offi. præfe. præto. affri. l. in nomine, nam ſine ipſo factum eſt nihil, vt in Euangelio Ioannis capitulo primo.

Adde tex. & Archid. & Cardina. Alexand. in c. in In nomine Domini, xxiij. diſtinct. Abb. Sicu. & Fel. in c. j. de fide inſtr. & gl. in ca. j. §. & cùm humanæ. in verſi. deſcendit. de elect. in pragm. ſanct. & Specul. ti. de inſtru. edi. §. j. & Bar. Ludo. de Ro. Alex. & pulchrè Iaſ. in rub. ff. de no. ope. nunciatio. & text. in c. veritatis. ibi. in nomine Domini, & ibi per Ab. Sicu. col. ij. de dolo & contu. vbi Papa in prin. in ſequendo Apoſtolum ij. ad Co. ix. inuocat nomẽ Domini, & per Bar. Bal. Pau. de Caſt. & Moder. in prin. C. Io. Fab. & Ang. Are. in prohe. Inſt. & gl. in c. vlt. forma j. inf. e. & Maria. Sozi. in cõſi. xij. in prĩ. vo. j.

b Initiũ. j. quæſt. j. cũ Paul. extra de ſum. Tri. c. j.

Adde

Adde Spe.ti.de inſtru.edi.§. ij.ver.ante oĩa.& in ti.de ſum. Tri.et fi.cat.in prin.Bar.in l.ij.ff. de fur. & ad Ro.x.& de pe.diſt.iij.adhuc.inſtan.& xx. q.3. hic no.melius quàm alibi per Bar. In j.conſti.feud.

c Irrita.Extra de ſuppl.neg.præl.licet vbi de hoc, & c. dilecto.

a Infra tres menſes. Iuſto impedimento ceſſante, extra eo.ne pro defectu, & inf.c.prox. Adde tex. & glo.Do.& Card. Alex.in c.poſtquã.l.Diſ.& latiꝰ in c.obeuntibus,lxiij.diſt.& Bar.de fir.in tract.ſuo de epiſcopo, in j.parte,lib.j.q.ij.

b Vacationis tempore. Si benè, ad quos ſpectat electio vel prouiſio,ſciant eccleſiam vocare.

Adde glo.inf.eod.c.iij. in ver.ſciuerunt, & gl.in d.cap. poſtq̃.l. diſt.quæ dicit ipſos tres menſes currere à die mortis, ſed ſecundũ Ab. in c. bonę,ij.col. pe.ver. in gl.ij.de ele. debet intelligi ab hora mortis & die ſciẽtię vacatiõis,& nõ à die vacationis,& idẽ tenet ibi Io.And.& B.de fir.in tract.de ep̃o in j. parte li.j.q.vij.prout tenet hic Manda. Et pro iſta opi.facit text.cum ſua gl. in Auct.hodie,de appel.cũ ſimili.Et ſic electio poteſt fieri, etiam anteq̃ corpus prælati defuncti tradatur ſepulturæ, licet honeſtũ ſit, quòd prius ſepeliatur ſecundum Doct. & Car. de Zab.in dict.cap.quia propter, in vij.no. & Bald. & Ang.in l.gno.ff.de his, qui no.infa.& Phil.Fran. in c.ſi electio.eo.lib.v.

c Mortis prælati. Aut renunciationis vel trãſlationis ſeu amotionis: nam & iſtis modis vacat eccleſia,vt extra de renunc. poſt tranſla. & c.vltim.& extra de cler. non reſi.ex tue. Quod autem dixi de tranſlatione,verum eſſe intellige,quando eſt plenè tranſlatus, xxj.quæſt.ij.ſi quis iam trãſlatus, & notatur extra de præben.de multa. *Vacatio eccleſiæ multipliciter fit.*

Adde ſimilem glo.inf.eod.ca.lix.for.vij.fo.lvij. & tex.Pe.de Anc.Arch.Do.& Phi.Frã.in c.ſusceptũ

de re-

de reſcrip.lib.vj.& Fely.in repe.cap.in noſtra,eod. titul.in anti.& gloſ. in pragm.titul. de cauſis.§.viſum fuit, in verbo alias, & not. quòd poſt depoſitionem ſiue priuationem epiſcopi,infra tres menſes numerandos à die depoſitionis,debet alius eligi,ſecundum Bartho.de ſir. in tract.de epiſcopo,in prima parte libri j.quæſt. ix.per text.in c.nullus.in ij.lxxix.diſtin.

d Notitia. Quando ab initio ignorant vacationem eccleſiæ: nam ignorantibus non currit tempus,extra de con.præb.quia & inf.c.iij.vbi de hoc.

Adde.Quid ſi ſit fama de morte epiſcopi: q tamen viuit: an tunc valeat electio,dic quod non ſecundum Angelum in l. ſi quis bona §. ſed vtrum, in fin.ff.de acquiren.hæred. Bartho.de ſir. vbi ſup. quæſt.iiij. Et quòd tempus non currat ignorantib. vide quæ dixi in li. conſue.Bituricen. de cõſue. retract.§ j.in gl.vlt.& inf.eod.cap.iij. & Franc. Cur. in conſi.viij.in vſib.feudo.

e Sit ſoluta.vij.quæſt.j.ſicut alterius ar.extra de ſecund.nup.ca.vlt.& pen.ſic enim fuit iudicatũ in Romana curia in cauſa eccleſię Ylerden.ſecundum Innocen.Hoſtien. & Bart.com.vt notatur per eos, extra eod.bonæ.ij.

Adde ibi Baldum col.j. verſicul. quæro ſi ante, & Abb.Sicu.col.penult.poſt Ioan.And.& inf.eod. c.iiij.& Bartol.de ſir.in tracta. de epiſcopo, in prima parte,lib j. quæſtio. iij. & glo. infra eodem capitul.lix.forma xciiij.in verbo ſepulturæ.

a Collegiata. Quæcunq; dicuntur in iſto §.& in ſequentibus, ſumuntur vel ex glo.Innocen.vel ex glo.Bar com.extra eodem,ne pro defectu.Quæ autem eccleſia collegiata dicatur, nota per Innocentium extra de iure patron.poſtulaſti, & per Hoſti. eodem titulo nobis.

Adde Abba.Sicul.in dicto ca.nobis, in ſecundo

notabi-

notabili, & Archid. in c. j. x. quæſt. j. & glo. in prag. titu. de elect. c. j. §. ſed quid per electiones, in verbo collegiatis, & glo. & docto. in c. ſtatutum. eod. lib. vj. & deci. Grationo. Delphi. quæſt. cclviij. & Alex. conſi. cvj. lib. ij.

b Similiter. In hoc ęquiparantur eccleſiæ cathedrales & regulares, vt extra eod. ne pro defectu.

Adde Archid. & Cardina. Alex. in c. Oſius. §. j. in fin. lxj. diſtinct.

c Ad conuentum. Electio ſpectat ad conuentū de iure communi, extra eo. capitulo j. & xvj. quęſt. vltim. congregato, de conſuetudine tamen vel ex priuilegio quandoque ſpectat ad alium. argu. extra de conſue. cùm dilectus. ar. extra de arbi. cū olim. *Electio ad quos ſpectet.*

Adde glo. Io. Monachi. Domini. & doctores in c. quanquam, eod. libro vj. & pleniſſimè Barth. de ſir. in tractatu de epiſcopo, & in tertia parte libri primi per totum ſingula, & Abb. in capitu. cùm dilectus, in tertio notabili, de conſuetudi. & in conſilio xxv. libro ſecundo, & Ioannes de Ana. & ibi Ludouic. Bolog. in additionibus, in conſil. lxij. & Frederi. de Zenis in conſilio lxj. & Franciſc. de Zabare in conſi. lxij. column. iij. verſicu. ad quintum. Pet. de Anchara in conſilio cccxcix. in prin. & glo. in pragma. eodem, §. primo, in verbo eligant, & gl. ſecunda, in ca. xix. infra eod. & quæ ibi dico & Archid. & Cardinal. Alexand. & Dominic. in c. ſacrorum. §. j. lxiij. diſtin. & Angel. de Claua. in ſua ſumma in litera electio. §. j.

d Mittere ad eandem. Sicut contingit in pleriſque conuentualibus prioratibus. Quòd autem iſte ſuperior non habeat niſi tres menſes, eſt argu. extra eod. ne pro defectu, vbi archiepiſcopus, ad quē deuoluitur prouidendi poteſtas, propter negligentiam inferioris, non habet niſi tres menſes.

Adde ad hoc vltimum dictum, quod idem tenet

net Barthol. de ſir. in tracta. de epiſcopo, in prima parte lib. j. quæſtion. quinta, & glo. Innocen. Bald. Abb. Sicu. colum. ij. verſic. nota ibi vltra tres menſes, &c. & ibi Modern. in dicto capitulo, ne pro defectu, & in capitulo, quia diuerſitatem, colum. ij. verſicu. ſed quæritur, de conceſ. præbend. & Barto. vbi ſuprà in tertia parte libri j. quæſtione xx. Et quid in caſu, quo publicato ſcrutinio ſit deuolutio ad ſuperiorem ibi.

a Curam recipiat. Talis, ex quo curam recipit, remoueri non poteſt pro voluntate Abbatis: cùm habeat de cura epiſcopo reſpondere, extra de pręb. in Lateran. & extra de priuile. cùm & plantare. §. in eccleſijs.

b Remoueri. Extra de ſtatu monachorum, capitulo ſecundo, & c. cùm ad monaſterium. §. tales.

c Sex menſes. Extra de conceſ. præbend. nulla, & capitu. quia.

d Prælaturis. Puta abbatijs ſecularibus, archipræſbyteratibus & ſimilibus.

e Dignitatibus. Puta prępoſituris, decanatibus, archidiaconatibus & ſimilibus.

Adde quid ſit dignitas. Innocentius in capitulo vnico de cuſto. Eucha. latè per Archidiaconũ, in capitulo primo, de conſuetudini. libro ſexto, vbi etiam ponit differentiam inter dignitatem perſonarum & officium, vide etiam Oldradum, conſilio clxiiij. melius per Barto. ad quem recurre. in l. prima, C. de dignitatibus, lib. xij. & an, cùm ſit mentio dignitatis, excludatur epiſcopalis, notatur in capitulo primo extra de tranſlatione epiſcopi.

*Electio quandoq; intra trimeſtre, quandoq; intra ſemeſtre fieri debet.*

f Conſtitutis. Hæc eſt opinio Innocentij & Bar. compoſ. nota. extra eod. ne pro defectu. Sed Hoſt. ibidem, & in ſumma ſua eodem titulo dicit. Contradicit enim, quòd in omnibus eccleſijs, exemptis per mortem prælati vacantibus, ſeruari debet conſtitutio

ſtitutio prædicta, ne pro defectu: vt videlicet eligere teneantur hi, ad quos ſpectat electio infra tres menſes. Idem dicit in præpoſituris & decanatibus eccleſiarum cathedralium, vbi præpoſitus vel decanus eſt adminiſtrator bonorum capituli: & bona inter epiſcopũ & capitulũ ſunt diuiſa. Sed quicqd dicat, veriꝰ credo, quod hîc dicitur de. vj. mẽſib. cùm enim dicta conſtitutione pro defectu mentionem tantùm faciat de cathedralibus & regularibus eccleſijs, ad alias non extendam ipſam. Nam ſi idem voluiſſet Papa, in alijs idem dixiſſet, argu. extra de tranſla. inter. extr. de dec. ad audientiam.

Adde tex. & glo. in prag. eod. §. j. in verbo collegium, cum ſeq. & Bal. in dicto capitulo, ne pro defectu, colum. ij. & ibi Abb. colum. ij. in prin. verſic. no. in verſi. ſtatuimus, & amplè colum. iij. in prin. verſi. quæro pro declaratione, & in cap. ij. de conceſ. præben. & in c. quia propter, colum. ij. in prin. verſi. circa iſtam partem, & Arch. Io. Andr: Dominic. & Phil. Franc. in c. quam ſit, & glo. in ca. ſicut, eo. titu. lib. vj. vbi vide, quod dicatur beneficium electiuum, & per Franc. de Zab. in cle. j. §. adde p̃b. & glo. in clem. quia contingit. §. vt autem, in verbo electionem de relig. domi. & glo. in pragm. eo. §. ſed quòd per electiones, in verbo electiuis, in fi. & in §. ad locum in verbo prælato, in fin. & Franc. de Zab. in conſi. ciij. colum. j. cum ſeq. quod eſt ſingul. & Felyn. in capitu. cùm Bartholdus, columm. ſecunda poſt princip. de re iudi. & in cap. in noſtra lxxij. correlario. de reſcript. & infr. eod. capitul. xxj. in verbo collegiatis, & Bald. in d. c. quia ꝑpter, col. ij. ver. quia ad illud, & Nico. Milis in ſuo reper. in litera electio. in j. ver. electio. tunc demũ & Bar. Sozi. in conſi. lix. col. ij. ver. circa tertiam dubitatione. lib. j. & Bar. de fir. in tract. de epiſcopo, in j. par. li. iij. q. xxxvij. & Dom. de Ro. deci. iij. & ſeq. in no.

a Sex menſes. Extra de con. præb. c. ij.

b Præmittitur. Sup. eod. ca. §. j. ſ. à vacatione vel notitia.

c Impedimento. Impeditis. n. non currit temp⁹, extra de conceſ. præben. quia, & infra capit, proxi. vbi de hoc.

d Ipſo iure. Extra eo. c. ne pro defectu, vnde nulla eſſet facta electio, poſtmodũ per eoſdem, vt dixi ſup. in prin. c. nec impediret electionẽ vel prouiſionem ſuperioris, extra de ſup. neg. præl. dilecto. vbi de hoc. Superior ergo ſupplebit negligent. inferiorũ, prout hîc dicitur, niſi in vno caſu, quando ſ. epiſcopus vel archiepiſcopus habent ſuo iure eligere vel prouidere, tunc. n. ſi ipſi ſunt negligentes, quia non eligunt ſeu non prouident infra tempus debitum: ſuppleri debet eorum negligentia per ipſorũ capitula, extra de ſupplend. neg. præl. c. licet. vt extra de conceſ. præb. cap ij. Si verò non iure ſuo, ſed iure deuoluto, videl. per negligentiam inferiorum pertineat ad eos prouiſio, tunc nõ ſupplebitur negligentia eorundem per ipſorum capitula, ſed per ſuperiorem, vt colligitur in prædictis dec. ne pro defectu, & cap. licet, & not. per Innocen. Hoſtienſ. & Bar. conſi. extra eod. c. cùm in cunctis §. fina.

*Prælati negligentia per quem suppleri debet.*

Adde ad prin. glo. Bald. in cap. j. poſt prin. & ibi Cardin. Alex. colum. ij. in fine quo tempore inueſt. in vſib. feud. & Abb. Sicul. c. licet. de ſuppl. neglig. prælat. & glo. & docto. in c. licet eodem li. vj. Abb. in dicto c. ne pro defectu. col. j. verſi. no. ibi deoluatur cum ibi. ſeq. & eſt ratio, quòd poteſtas eligendi & conferendi, ad ſuperiorem poſt tempus ad eligendum & conferendum à iure pręfixum elapsũ deuoluitur, quia iura hoc volunt & exprimunt, vt dicto capi. quia propter, & ibi omnes docto. & ca. ij. de conceſ. præbend. Auct. hoc amplius. C. de fideicom. & c. iij. de teſt. aliàs autem non fit deuolu-

tio

tio poſt tempus elapſum, vt l. cùm quidam, & ibi Bar. Bal. & Docto. Moder. ff. de leg. ij. & pulchrè Abba. Si. in conſi. xciij. volu. j. & Ludo. de Ro. in conſi. ccclij. colum. ij. verſic. quo ad ſecundum, & quo ad alia notata per glo. vide Bald. in d. c. ne pro defectu. colum. ij. verſicu. ſed nunquid epiſcopus, & ibi Abba. col. vl. verſi. ſed nunquid autem in iſto ſuperiore, & latius in dicto capitu. cùm in cunctis. §. finali, colum. ij. verſi. in glo. fin. & in d. capi. ij. de conceſ. præb. & Barto. de fir. vbi ſupr. in iij. pár. li. j. quæſt. xx. & Bart. in l. ij. §. quem ita ff. de vaca. munerum & tex. Domi. Pet. de Anch. & Phil. Fran. in c. quanquam, co. lib. vj. Et aduerte, quòd ſuperior tenetur eligere ſeu prouidere de illa eccleſia, hominem illius, ſicut tenebantur eligere primi electores, vt eſt tex. in clem. j. de ſupplen. negli. prælat. & ibi Imol. & de Zabare. & in dicto ca. ne pro defectu, ibi de perſona idonea ipſius quidem eccleſiæ, &c. & tenet ibi Hoſtien. & Abb. columna ſecunda, verſi. nota. ibi vltra tres, & columna vltima in gl. fin. & Ludo. de Ro. in ſuo ſingula. incipien. pone, q arbitrium, fol. xiij. columna quarta, & Bart. de fir. vbi ſup. quæſt. xxxiiij. & gl. inf. eod. c. xxxj. in verbo facienda, & quæ ibi dico. Sed maior eſt dubitatio, an teneantur eligere, poſtea confirmare, ſicut tenebantur electores, vel tantū modo prouidere, vide Doct. in d. c. ne pro defectu. Inſuper Abb. col. ij. verſi. nota. vlti. & in c. cauſam q. & in capitulo cùm inter canonicos, eodem titul. & glo. in clemen. ſi de beneficio, de preben. & glo. in pragma. titu. de collatio. §. quòd ſi quis, in verbo ſuperiorem, cum tribus ſequen. & omnes, maximè Felyn. in capitul. inter dilectos, columna ix. verſicul. in glo. in verbo confirmari, de fide inſtrumen. vbi ponit regulam cū iiij. fallen. & Cardin. Alexand. in capitu. in ſynodo lxiij. diſtinctio. & Felyn. in capi. ſuperbis. colum. j. verſicu. item vide, de accuſatio. & textum in capitulo ſi poſtquam, §. finali, & ibi Doct. de elect. libro ſexto.

a Ad eoſdem. Nam vna vice tantùm ſunt priuati, vt nota. in glo. communi, extra eodem capitulo, ne pro defectu, & extra de exceſ. præla. inter dilectos, in vltima glo. ad hoc facit etiam, quod notatur per Innocen & B.com.extra, eo.cùm Vintonen.

Adde glo.& Doct.in ca.ſi electio in verbo integrũ eod.lib.vj.& Abb. Sicu.in dicto capi. ne pro defectu, colum.iiij.in princip.verſi. in glo.in verbo, ea vice,& latius in c.cùm Vintonẽ.col.iij. ver.in glo.in verbo, ſed tertia,& glo.infra eo.c.ix.in gloſa tertia & vltim. & in c.xxvj.in verbo ea,& quæ vtrobique dixi.

## Vtrum currant electionum tempora legitimè impeditis.

### CAP. II.

*CVm non currant tempora, de quibus agitur ſuperius.* a. *legitimè impeditis.* b. *quæ ſunt impedimenta huiuſmodi, videamus. Impedimenta enim legitima ſunt, vt ſi ſint canonici, ne abſque ſuperioris licentia eligant interdictum,* c. *dummodo in mora non fuerint petendi licentiam eligendi. Item ſi omnes excommunicati.* d. *fuerint, aut ſuſpenſi.* e. *vel etiam interdicti. Si tamen & ipſi non ſint in mora.* f. *abſolutionis vel relaxationis beneficiũ poſtulandi. Item ſi poſtulato aliquo vel electo ſuperior nõ vult concedere.* g. *poſtulatum, vel electus conſentire renuit,* h. *aut poſt conſenſum renunciat.* i. *iuri ſuo: ſeu electio propter occultum.* k. *electi vitium irritatur, hi, qui poſtulauerant vel elegerant, poſtulare poterunt, ſeu eligere iterato,* l. *nec tẽpus expenſum in huiuſmodi ſeu decurſum computabitur in trimeſtri.* m. *tempore, vel ſemeſtre.* n. *imò ex integro deducetur.* o. *& idẽ*

*in quolibet impedimento.p. legitimo eſt dicendum: vt quamdiu durauerit, non currant prædicta tempora ipſo iure.q. Vbi verò ſciẽter.r. indignum.s. eligerent, aut criminoſum.t. aliquem poſtularent, tunc etiam ſi electus non conſentiat aut renunciet iuri ſuo: nec poſtulare, nec eligere poterunt illa vice: cùm eligendi poteſtate ſecundum ſtatuta.u. canonica ſint priuati.x.*

CVm non currant, &c. a Superius. Sup.c.proxi. b Impeditis. Extra eo. ne pro defectu, & c. eis, quibus & extra de conceſ. præb. quia ſic non currit præſcriptio ei, qui non poteſt agere. C. de anna. ex l.j.§. vl.ij.q.vj. anteriorum.

Adde & intellige ſecundum glo. & doct. in dict. c. ne pro defectu, quando præcedit eorum proteſtatio, maximè quando per Papã vel principem fuerunt impediti, & idẽ nota. Bart. de fir. in tra. de epiſcopo, in j. parte lib.j.q.ij. & Card. Alex. in c. vnde. lxj. diſt.

c Interdictum. Extra eo. eis, quibus.

Adde quòd idẽ eſt, ſi ex conſue. licentia ſuperioris requiratur, de quo vide tex. Bart. Io. de Pla. & Luc. de Penna, in l.ij. de decurio. lib.x. & Ang. con. xlv. & Bar. de fir. in prima parte libri primi, quæſtione viij. & debet caput petere licen. aliàs terminus currit impeditis, ſi potuerunt obuiare impedimento, & non obuiauerunt, vt dicto capitulo his quibus, & ibi Abb. & in l. quibus diebus, & ibi Bart. Bald. & Alexand. Paul. de Caſt. & Barth. Sozi. de Zenis. ff. de conditio. & demõſtra. & Bald. in dicto capitu. ne pro defectu, colum. ij. verſi. Et hoc verum, & ibi Abb. colum. iij. verſi. in glo. Iuſto. & Ludo. de Ro. in conſi. ccclij. colum. ij. in fine, verſic. cæterùm, & Fely. in c.j. col.v. verſi. adde tex. in c. ex tranſmiſſa. in prin. de præſcip. ad quẽ recurre.

Et intellige, ꝙ ante electionẽ peti debet licen. quæ actũ ꝓcedere debet, ſecundũ B. de fir. vbi ſup. & Bal. in l.j. col. pe. C. q admitti ad bo. poſ. ver. extra, q̃ritur vbi

ponit quædã, quæ ſunt de forma electionis, & q̃ ſunt ante formam, & quę præter formam, & quædam quę ſequuntur formam, & idem facit Io. An. in c. quanq̃, de vſuris, li. vj. in Nouel. & Fran. de Are. conſi. xvj. co. ij. ver. nec obſtat. Et talis licen. debet præſtari cauſſa cognita, aliàs actus non valet ſecundum Bar. Bald. & Pau. de Caſt. in l. ſed ſi lege. §. præter. ff. de in ius vocã. & Bart. vbi ſupr. & Alexand. in conſil. ccviij. lib. ij. & Raphan. Cuma. conſi. clxx.

*Electio an poßit ſieri, per vnũ alijs omnib. excommunicatis.*

d Excõmunicati. Excommunicati nõ poſſunt eligere, inf. c. vj. vbi de hoc. Sed nunqd minor pars non excõmunicatum poterit eligere. Io. innuit, quòd non, prout notatur ix. quæſt. j. nos in hominem. Dic contrà, & ſi omnes eſſent excommunicati vno ſolo excepto: nam ille ſolus poterit eligere, quia in eum ſolum cecidit ius totius capituli, argum. ff. quòd cuiuſq; vni, l. ſicut, & lxv. diſtinct. ſi fortè. & hoc videtur innuere Innoc. & Hoſtien. extra eod. c. illa, & B. com. extra de conſue. cũ dilectus. Nec obſtat extra de conceſ. pręb. quia ibi dicitur, quòd ſuſpenſo non currit tẽpus, niſi ſit in mora. nam illa loquitur, quando ad vnum ſolũ ſpectat beneficiorum collatio, tunc enim illo ſuſpenſo vel excommunicato non currit ei tempus, dummodo non ſit in mora: vt ibi dicitur. Sed cùm ad plures ſpectat & aliqui ſunt excommunicati, aliqui non, tunc in non excommunicatos recidit ius totius capituli, vt eſt dictum. de iſta materia tangitur per Inno. & Hoſtien. in prædicta dec. quia diuerſitatem.

Adde quòd Bart. de fir. in tract. de epiſcopo, in tertia par. li. j. quęſt. xxxj. ver. quid autem ſi maior pars, &c. tenet glo. Io. ix. q. j. c. fin.

e Suſpenſi. Iſti eligere non poſſunt, ext. de conſue. cùm dilectus. Item nec interdicti, extra eo. cùm inter R. et. infr. c. vj. vbi de hoc.

f Non ſint in mora. Nam ſi eſſent, curreret ei tempus, vt extra eod. eis quibus, & extra de conceſ. præb. quia diuerſitatem.

g Con.

g Concedere. Nunquid poteſt compelli ad eũ concedendum. Dic vt no. de poſtu. bonæ. j. & extra de renun. poſt tranſlationem.

h Renuit. Expreſsè renitendo, extra eo. cũ inter canonicos, vel tacitè, id eſt, non conſentiendo infra mẽſem, quia tunc cadit à iure ſuo extra c. quam ſit. Gre. x. & infra c. xxxvij.

i Renunciat. Quod poteſt ante confirmationẽ ſine licentia ſui ſuperioris, ſed poſt confirmationem non poſſet, extra de tranſla. inter corporalia, extra de renun. admonet, & c. vlt.

Adde glo. celebrem. in c. ij. in verbo renunciauit, & ibi Abb. de in integ. reſti. & gl. in c. ſi electio. in verbo renunciat, & ibi latè Domi. poſt alios, eo. lib. vj. & Fely. in c. cùm Bertholdus, col. ij. poſt prin. verſi. hinc videmus, de re iudi. & Domi. in c. ſi religioſus. §. fina. quæſt. pen. eod. lib. vj. & Oldr. conſi. cxxvij. & Ludo. Bolog. in c. ij. de renun. in ſecundis interpr. & Bal. in l. ſi ad ſcribatum, C. de app. & Bar. de firm. in tractat. de epiſcopo in j. parte li. ij. quæſt. xxix. cum ſeq. & Ab. Sicu. in c. ex parte col. j. de arbi.

k Occultum. Secus ſi manifeſtum eſſet: tunc enim ſi electores ſcienter elegiſſent indignum, priuati eſſent illa vice eligendi poteſtate, extra eod. cùm in cunctis, & infra cap. xij. vnde non poſſent eligere iterato, vt infrà ſequitur, §. vbi verò: ſed deuoluetur eligendi poteſtas ad non peccantes vel ad ſuperiorem, vbi omnes deliquiſſent, extra eod. bonæ. j. in fine, & cùm Vintonen. et. infrà c. ix. vbi de hoc.

*Eligentes indignum, an priuëtur ſemper poteſtate*

Adde, quæ ibi dico, & Bartolum, Baldum, Angel. Paul. Alex. Iaſ. & Berthol. Sozi, in l. ſerui electionem, ff. de lega. j.

l Iterato, Etiam ſine licentia ſuperioris, argum. extra eo. cũ terra. & c. cùm Vintonenſis, vbi de hoc notatur per Doctores.

m Trimeſtri tempore. Quod datur ad eligendũ in eclesijs cathedralibus & regularibus, extra eodem,

ne pro defectu,& ſuprà eodem capitu. proxi.

n Semeſtri. Quod datur in inferioribus dignitatib. extra de con.præb.c.ij.& ſup.c.proxi.

Adde ſingulariter Freder. de Senis, conſi.c.ix.

*Electio ſi non ſortiatur effectum, an habeant eligẽtes tempus integrum.*

o Deducetur. Nunquid iſti habebunt iterum tres menſes vel ſex integros ad eligendum à die, quo ſuperior noluit concedere poſtulatum, vel electus noluit conſentire: ſeu renunciauit iuri ſuo, vel ipſius electio caſſata extitit propter occultum eius vitiũ. Quidam dicunt, quòd non, ſecundum illud tantũ, quod reſtabat de priori tempore, & hoc innuit B. com. extra eod. ne pro defectu, & extra de poſtulatione prælatorum, c. primo, in fine primæ gloſæ. Idem etiam videtur innuere Innocent. extra eod. cùm Vintonen. in prima gloſa verſiculo, alij dicunt, & fortè benè, pro qua opinione faciunt iura. ff. de adult. l. quinquennium, C. de reſtit. milit. l. quod tempore, & C. de præſcript. long. tempo. à ſit. quòd ſi quibuſdam. Alij dicunt, quòd habebunt integrum tempus, vt habeant ab initio. Nam ex quo eligũt, infra tempus à iure præfixum ſufficit, nec debet eis imputari, ſi electus ab eis non vult conſentire, vel renunciat iuri ſuo, aut caſſatur eius electio propter occultum eius vitium, & hoc ſeruat Rom. curia.

Adde pro opp. Mandago. & com. tex. glo. Arch. Pe. de Anch. Domi. Imo. & Phili. Franc. in c. ſi electio. eo. li. vj. & Bar. de fir. in tra. de epiſ. in j. parte, li. j. q. pen.

p Legitimo. Vt ſi nõ audẽt eligere propter impreſſionis timorem, ex. eo. bonæ. j. nam & tunc non curreret tempus, j. c. xiij. alia plura exempla per te ipſum poteris inuenire.

q Ipſo iure. Non eſt enim aliqua reſtitutio eis neceſſaria, ſecundum Hoſtienſ. & B. com. extra eod. c. ne pro defectu. Alij verò dicunt, quòd neceſſaria eſt reſtitutio, vt notatur per Innocen. in dicto capit. ne pro defectu, ſecundum primum puto verius arg. prædict. dec. ne pro defect. & extra de con. præb. quia.

Adde,

Adde, ꝙ iſtã opp.Mand. tenet Ab.Sicu.in d.c.ne ꝓ defect.col.ij.verſicu.ibi iuſto imped.& col.iiij.

r Scienter. Ignorantes enim nõ puniuntur,dũ tamen diligentiã adhibeãt ex.eo.innotuit,& inf.c.ix.

ſ Indignum. Quis reputetur indignus, dicitur infrà cap.xxvij.

t Criminoſum. Quis poſtulari debeat, habes infrà capitul.iiij.

u Statuta.Extra eod.cùm in cunctis,& extra de poſtul.c.j.& ij.

x Priuati.In prima electione vel poſtulatione,quę imminet facienda extra de poſtul.c.j.extra eod.capit. cùm in cunctis,& cùm Vintonen.& inf.c.ix.

Adde,an,ſi priuati fuerint reſtituti per Papam,habeant integrum tempus ad iterum eligendum , glo. tenet,quòd ſic, in c.ſi electio, in verbo occultum,quã ſequuntur ibi Doc. eo.lib.vj.& glo.illius,c.ſunt ſimiles glo. Mandag.in hoc cap.& credo, quòd Io.An.plures glo.huius auctoris inſeruit in ti. de elect. lib.vj.& in cle. & prædict. opin. ſequitur Barthochinus de fir. in tractatu de epiſcopo in j. parte libro primo, quæſtione decima quarta.

## Qualiter menſes in electionibus,& quot dies pro menſe quolibet computentur.

## CAP. III.

*CVm in multis iuris articulis menſes diuerſimodè computentur.*b.*cùm etiam in calendario menſes aliqui habeant plures dies , aliqui pauciores.*c.*& præterea iuxta communem loquendi conſuetudinem.*d.*quatuor hebdomadæ faciant vnum mẽſem:* e.*qualiter menſes in electionibus computari debeant, meritò dubitatur. Et quidem puto magis conſonum eſſe iuri : vt hi men-*

ſes ſecundum calendarium.f.computentur, & iuxta menſium qualitatem erunt in ipſis aliquando plures dies, aliquando pauciores: vnde ſi epiſcopus vel prælatus alius prima die menſis ianuarij moriatur.g.& hoc illi, ad quos ſpectat electio, non ignorent.h.tempus triũ menſium.i. prædictorum. k.vſque ad finem Martij tunc ſequentis: tempus verò ſex menſium.l.vſque ad finem menſis Iunij protendetur. Porrò ſi prælatus non in menſis principio, ſed in die alia moriatur: tunc vt menſis, in quo deceſſerit, cõpleatur, erunt tot dies de menſe vltimo computandi, quot de primo menſe fuerant iam elapſi. Vnde ſi epiſcopus diem vltimum claudat de menſe Ianuarij ſexta die, tunc tempus triũ mẽſium in initio menſis Aprilis ſequentis conſummabitur ſexta die. Credo præterea: licet non inueniam iure cautum: quòd nedum de die ad diem, quinimo de momento ad momentum ſit in huiuſmodi electionum tẽporibus cõputatio.m.facienda: vt ſi prælatus deceſſerit hora nona, tempus eligendi vltra illam horam nullatenus protendatur, niſi hi, ad quos ſpectat electio, impedimento legitimo tenerẽtur.n.nam cùm ipſum tẽpus in odium eligere negligentium, & fauorem eccleſiarum vacantium: vt eis tutius prouideatur: ſit indultum.o.ſicut in præſcriptionibus & alijs, quæ in fauorem quorundã & aliorum odiũ ſunt inductæ, prædicto.p.modo tempora computantur. Sic & in prædictis caſibus debebit fieri conſimili ratione. q. Cæterùm, ſi prælati mortem canonici ignorarent, tunc eis ignorantibus non currunt tempora ſupradicta: ſed ſtatim, cũ ſciuerunt.r.incipiunt facere curſum ſuum: vnde per

quem

*quemmodum dixi.s. à prælati morte tempora computanda, per eundem à tempore ſcientiæ ſeu notitiæ erit ipſa computatio facienda. Vnum tamē conſulo, t. quòd non ſe arctent. u. nimium eligentes, neque velint finem termini expectare. Nā licet electio teneat mero iure, etiam ſi in momento vltimo fuerint celebrata, tamen quia in computatione menſium, opinionum diuerſitas reperitur, ſaniori procedent conſilio, ſi finem temporis non expectent.*

CVm in multis, &c.

b Computentur. Vt patet C. de temp. app. l. vlti. §. ſin autem ex alijs, vbi ponuntur nonaginta tres dies pro tribus menſibus, & C. de iudic. autē. iubemus, vbi ponuntur triginta dies pro vno menſe, ff. de reg. iu. vbi lex, vbi ponuntur lxj. dies pro duob. menſibus, & extra de ſuppl. neg. præl. licet vbi duo ſemeſtria faciunt vnum annum, & ita in iſtis iuribus & in pleriſq; alijs hæc diuerſitas inuenitur.

Adde, quot dies habet menſis glo. in c. quàm ſit. & ibi Doct. eo. lib. vj. & in clemen. cauſam, & ibi Cardin. de Zaba. column. iiij. cum ſeq. eod. titu. & glo. in Aut. iubemus, & ibi Paul. de Caſt. colū. j. C. de iudi. & Doct. infrà alleg. in ſeq. poſti.

c Pauciores. Nam quidam menſes habent xxx. dies: quidam xxxj. Februarius verò xxviij. tātum, vt patet in calendario.

d Conſuetudinem. Videtur, quòd iuxta hanc cō-putationem vulgarem eſſent menſes iſti computandi, vt extra de ſpon. ex literis, & ff. de ſupel. leg. l. Labeo, & ad hoc ſunt plura arg. extra de reſcript. nonnulli in glo. nunquid. Sed non eſt verum, vt ſequitur.

Adde, quòd ſecundum conſuetudinem diuerſorū locorum diuerſimodè computantur dies, vt l. more Romano, & ibi Bartolus, Baldus, Angelus & Moderni. ff. de ferijs. Et ſic etiam anni Domini. Nam in cu-

ria Romana, Italia & Hiſpania, Aragonia & Catalonia, Dacia & Vaſconia computant annum Domini quolibet anno in feſto natiuitatis eius, quod feſtum eſt vigeſima quinta die menſis Decēbris, in regno vero Franciæ, Alamaniæ, & Angliæ computatur annus in feſto annunciationis beatæ Mariæ, quod feſtū eſt vigeſima quinta die menſis Martij. Cùm quęlibet prouincia vel loca mundi circa hoc poſſunt abundare in ſua conſuetudine, c. certificari de ſep. vt no. Domi. de Ro. dec. xvij. incipi. ſciendum eſt, quòd curia, ti. de iudi. in antiquis.

e Vnū menſem, ſecundum quam computationem non ſunt, niſi xxviij. dies in menſe.

Adde quòd ita in curia Metropolitana & primaciali Bituricen. in literis de niſi taxè obſeruatur.

f Calendarium. Hoc ſatis apertè probatur extra de ſup. neg. præl. licet quæ de his menſibus loquitur. nā cū duo ſemeſtria faciunt vnum annū, vt ibi dicitur, & in anno nō ſunt, niſi ccclxv. dies, ff. de ſtatu li. l. cū hęres, §. Stichus, excepto anno biſſexti, in quo ſunt 366. dies, vt notatur extra de verbo. ſig. c. quæſiuit, & ff. de ver. ſig. l. cùm biſſextus. oportet neceſſariò, ꝙ ipſi mēſes, ſecundum quod occurrunt in calendario, computentur: nā ſi xxxij. dies ꝑ quolibet menſe computarētur, eſſent in anno ccc. lxxij. dies: ſi xxx. eſſent ccclx. tantùm, ſi xxviij. cccxxxvj. ſed nulla iſtarum computationum ſtare poteſt, ergo oportet, vt ſecundum calendarium computatio iſta fiat. De hac materia notatur per Hoſtien. in d. dec. licet, & facit etiam, quod notatur, ff. de diuer. & temp. præſcr. l. ij.

*Annus quot dies habet.*

Adde quod idem tenet Io. An. in d. c. ne pro defec. Et ibi Bal. col. ij. ver. quæro quot dies, & Bar. in §. Stichus, hoc alleg. & in d. l. cū biſſextus, & ibi Al. in addi. & gl. in c. q̄ ſit, in verbo cōmodè, & ibi Arch. Pe. de Anch. Do. & Phi. Fran. eo. ti. li. vj. & Io. An. in c. licet, de ſuppl. negl. præl. in Nouel. & Bald. in cap. j. in prin. & ibi And. Barba. in addi. & Cardin. Alex. quo tēpore miles

miles, & glo.in fr.eod.ca.xxxvij.in verbo menſem, & Car.de Zaba.in cle.j.§.ſanè. de ſtat. Mo. & Alexan.de Imo.in conſi.xlij.col.ij.ver.& ſic videtur lib.iij. & Io. de Ana.in conſi.xciij.col.vlt.ver.venio nunc ad inueſtigandum, & ibi Ludo.Bolo.in addi.& Car.de Zaba. in cle.cauſſam, col.iiij.verſic.xviij.eo. titu.& Bald.& doct.Mod.in l.de diuiſione cum l. ſeq.ff.ſolu.matri. & Hoſtienſ.in ſumma de reſcript.§.ꝙ cui præiudicet, ver.ſed à quo tempore, & Bart.in l.j.ff.de libe.agnoſ. & Bald.in l.fina.§.ſed ſi quis, in fin. C.communia de legat.Item menſis quot idus & kalendas habeat, Specula.titu.inſtr.ædit.§.ij.verſicu. poſt inductionem, & Ioan.Andr.in data ſexti. & glo.& doct. in dict.l.cùm biſſextus.

g Moriatur. Idem ſi cedat aut transferatur vel deponatur, quod dic vt ſuprà c.j.

h Nō ignorent. Si ignorent, non curreret eis tempus, extr.de ſup.neg.præl.licet & ſup.c.j. *Electioni faciendæ quod tēpus datur.*

i Trium menſiū. Quod datur in eccleſijs cathedralibus & regularibus, ext.eo.ne pro defectu.

k Prædictorum. Suprà cap.j.

Adde, quòd prouiſio facta per Ro. Pontificē inf.dictum tempus eligendi, eſt nulla obſtan. cōſilio Baſilien.ti.de reſerua.de quo per Ludo.de Ro.in cōſ.cccc. lxxxviij.col.iiij.verſic.ſecundo quæritur, & in conſil. ccccxcix.vbi allegat tex.ſingul.in c. videre, xxxv.q.vj. dum inquit text.nam quod contra interdictū & ordinem eccleſiæ factum eſt, ratū non haberi, tam diuinę, quàm humanæ legis proclamat auctoritas, &c. & Pe. de Anch.in conſil.cccxcix.

l Sex menſium. Quod datur in dignitatibus, & pręlaturis alijs inferioribus, vt dixi ſup.c.j.

m Facienda. Propter rationem, quæ ſequitur, quia ſcilicet hoc tempus eſt inductū in fauorem eccleſiarum, & odium eligere negligentium, & quia mortuo prælato ſtatim ſoluta eccleſia à lege ipſius, ſicut vxor ſoluta ē à lege mariti eo mortuo, ſu.c.j.& vij.q.j.ſicut

extra

extra de ſec.nup.c.penul.& vltim.vnde cum eccleſia vacare non debeat vltra tres menſes,extra eo.ne pro defectu, niſi ſtatim mortuo prælato fieret hæc computatio,vltra tres menſes vacaret.

Adde glo.ſup.eo. cap.j.in verbo ſit ſoluta, & quæ ibi dixi.

n Tenerentur. Nam tunc non curret eis tempus, ſup.c.proxi. & extra de conceſ.præb.quia.

o Sit indultum.Secundum Hoſtien.vt notatur per eum,extra de ſupplen.neg.præl.licet in glo. ſemeſtre ad fin.& facit extra eo.ne pro defectu.

p Prædicto modo.Scilicet de momento ad momẽtum,ff.de minori.l.denique,§. minorem, & notatur extra eo.cùm in cunctis.

Adde glo.Bald.in principio,in dicto c. ne pro defectu, & ibi Abb.Sicu.& Cardi. Alexan.in c.benè ha.di.& quæ dixi in lib. conſue. Biturigum.titu.de conſue.retract.§.j.& Bald.in l.ſiue pars,in fine,C.de dilatio. & l.ij.C. de edil. edicto, vbi dicit, quòd in ſtatutis tempus eſt vtile, & idem Bartho. de firmo.in tractat.de epiſcopo in prima parte libri primi,quæſtion. vj.ſicut eſt tempus eligendi: vt hîc.

q Conſimili ratione. De ſimilibus enim ſimile iudicium eſt habendum, extra de tranſlatio. inter corporalia,& ſimilis æquitas conſimilia iura ſuadere videtur,C.ad legem Falcidiam,l.vlt.extra de confirmatio.vt cùm dilectæ.

Adde tex.Bal.& Flo.in l.illud,ad l.Aquil.

r Sciuerunt.Non ergo à tempore ſcientiæ currunt hæc tempora, extra de ſupp.neg. præla.licet & extra de conceſ.præb. quia & iura illa, quæ innuunt,quòd à tempore vacationis currunt:intelliguntur cùm hi, ad quos ſpectat electio,ſciunt eccleſiam vacare.

Adde gl.ſup.eod.c. j.in verbo vacationis,& Abb. Sicul.in d.c.quia propter.col.ij. verſi.vlt.not.& Phil. Fran.in c.ſi electio.in vlti.nota. eo.lib. vj. & Bald.in l.genero.ff.de his,qui not.infa.& ibi Ange.

s Dixi.Supr.eod.ca.per totum.

t Conſulo.Idem conſulit Hoſtien. extra de ſuppl. neg.præla.licet in glo.ſemeſtre ad fin.

Adde Abb.Sicul.in dicto cap. ne pro defectu, & in c.Cumana.in j.no.eo.

u Arctent.Ei, qui ſe arctat, eſt imputandum, extra eo. cùm in veteri, & ff.ſi quis caut.l.ij.§. ſi quis tamẽ.

## De vocatione abſentium, qualiter, vel per quos ad eligendum terminus aſsignetur.

## CAP. IIII.

*QVoniã ad electionem ſecundũ ſtatuta.* a. *canonica ſunt vocandi oẽs, qui debent.* b. *& poſſunt commodè ac ſine periculo.* c. *conuocari prælato mortuo.* d. *& ipſius corpore tradito eccleſiaſticæ ſepulturæ.* e. *præſentes* f. *canonici ſi in capitulo recipiant, diem ſtatuant.* g. *qua debuerit electio celebrari: deinde ſuas literas,* h. *vel nuncium.* i. *ad hoc ſpecialiter deputatum dirigant ad abſentes, & præfigant eis diem huiuſmodi cũ continuatione.* k. *omnium ſequentium: quouſque fuerit electio celebrata: mandando eis, vt tunc ad vacantem eccleſiam, ſiue ad capitulum manè debeant conuenire, hora illa,* l. *qua conſueuit capitulum celebrari, vnà cum ipſis præſentibus, de futuri electione põtificis tractaturi, comminentur.* m. *eis inſuper, quòd ſi nõ venerint.* n. *in termino, præſentes procedẽt nihilominus in ipſo electionis negotio, ipſorum abſentia non obſtante: ipſis vlterius non vocatis, etiam ſi ad alium terminum fuerit electio prorogata. Sanè ſi ſit aliquis, cui vocatio abſentium de conſuetudine vacantis eccleſiæ, vel*

*aliàs*

*alias in electionibus competere dinoſcatur, tunc ille ſolus abſentes ipſos per literas vel nuncium conuocabit. o. Cæterũ, ne abſentes malicioſè negare valeant ſe citatos. p, ſit cautus nuncius, vt in præſentia teſtiũ citationis literas abſentibus repreſentet, & de præſentatione faciat fieri (ſi poterit) publicum inſtrumentum, q. & idem fiat, cùm citabit nuncius, r. cùm ſine literis citatio eſt commiſſa.*

QVoniam ad elect. &c.

a Statuta canonica, lxiij. diſt. plebs. & q. quanto, extr. eo. quòd ſicut, & c. corã & ſimilibus.

b Debent. Hoc verbum exponitur infr. c. xix.

c Sine periculo. Si ſine periculo vocari nõ poſſunt, non vocabuntur, imò procedi poterit eis abſentibus, extra eo. quòd ſicut, et inf. c. proxi. vbi de hoc.

Adde glo. in prag. tit. de auc. ſacro conſi. ca. j. §. pe. in verbo abbreuiationem, quã allegat hic Mandago. & in c. ſequen.

d Mortuo. Benè dicit: nã ſi fieret citatio ante mortem, non valeret, nec artarentur abſentes citati extra eod. bonæ. ij.

Adde ad iſtam glo. & ſeq. Abb. in dicto cap. bonæ, & in ca. quia propter, in princ. colum. vlt. ver. additur etiam per aliquos, & quæ dixi ſuprà in ca. j. in verbo fit ſoluta, & Archi. Dominic. & Doct. in c. ſi electio, e. lib. vj. & Bart. de firm. in tract. de epiſcopo, in j. parte lib. j. quæſt. iij.

e Sepulturæ. Hoc eſt de honeſtate, non de neceſſitate, vt dixi ſup. c. j.

f Præſentes. Aſſignatio termini ad eligendum, citatio abſentium pertinet ad præſentes, extra eo. cùm inter canonicos, & c. bonæ. ij. x. quæſt. ij. hoc ius etiã ſi non eſſet, niſi vnus ſolus præſens, vt lxv. diſt. ſi fortè, & ff. quod cuiuſcunque vni, ſicut municipium, de hoc notatur per Innocen. & B. com. ex. eod. cùm nobis

*Eligendi terminus per quos poteſt aßignari.*

bis olim,& per Hoſtien.eod.titu.bonæ.j.circa principium.Non eſt tamen de ſubſtantia electionis hęc termini aſſignatio,ſicut notatur per ipſum Hoſtien. ex. eo.in Geneſi,ad fin.

Adde Ludo.de Ro.in conſi.ccclij.colum.iiij. poſt prin.verſi. & igitur per minorem partem, &c. Et eſt ratio, quia electionis, ne labatur, poteſt minor pars maiorē requirere & citare,vt ibi & no.Io.An.& Ab. Si.col.ij.ver. ſed aduerte, & in c. cū nobis olim,col.3. poſt prin. ver.gl.in verbo reuocare.Et q pōt facere huiuſmodi cōgregatio..ē,vide ibi latius per Inno.& Ab. in c.j.& ibi Fely.in prin.de maio.& obe.& Fely.in ca. cū omnes col. antep. verſi.extra glo.de conſtitutio.

g Statuant.Forma,ſecundum quam poteſt hoc fieri, eſt infr.c.lix. forma j.

h Literas.Qualiter ſint formandæ iſtæ literæ, habes infrà c.lxx.forma iiij.

i Vel nuncium. Debent enim abſentes citari per literas, vel certum nuncium,ar.extra de ap..cùm parati,ff.de rebus eo.qui ſub tut.vel cu.l.magis, §.illud, & notatur per Innocen.& Hoſtien.extra eod.in cauſis, quod verum eſt ſecundum Gof.de his, qui ſunt extra ciuitatem.Nam qui ſunt infra ciuitatem, per campanam vocantur, vt in dicta decre. in cauſis. Sed tutius eſt ſecundum Hoſtien. vt notatur per eū extra eo.cū nobis olim,in gl.hìc videtur,quòd ſemper citētur per nuncium vel literas,niſi eſſet conſuetudo,quòd citarentur per campanam, talis enim conſuetudo benè valeret.ar.extra eo.in Geneſi. *Abſentes qualiter citabūt.*

Adde glo.& Docto.inſuper Abb.in ij.notabi. in c. coram,& capitu. Cumana,& Bald. & Abb.in capi.in cauſis.colum.ij.verſic.nota.ibi campanam, & Bar.de firm.in tra.de epiſcopo,in iij.parte libr.j.quæſtio. vij. verſi. ſed quomodo fiat citatio.

k Continuatione.Hæc continuatio non eſt neceſſaria,ſed ſit potius ad cautelā, vt dicitur inf.c.xviij.

Adde, ꝙ conſuetudo ita hodię ſe habet, ꝙ dicatur

tali

tali die, & ſucceſſiuè ſingulis diebus & horis ſecundũ Berna. Landri in addi. ad Barto. in conſi. clxxvj. in fi. & infrà eod. c. lix forma j. in verbo huic ſimili.

l Hora illa. Licet hoc non exprimatur, nihilominus manè hora capituli venire tenentur, vt dicitur infrà. c. xvij.

Adde, quæ ibi dicam.

m Comminentur. Comminatio iſta non eſt de iuris neceſſitate, vt dicitur infra c. xvij.

n Non venerit, aut procuratores non miſerit, ſi ſint impediti, extra eod. quia propter, & inf. c. x. & c. ſequenti.

o Conuocabit. Secundum Innoce. vt notatur per eum, extra de ma. & ob. c. j. ar. lxv. d. c. vlt.

*Citatio per quem debeat probari.*

p Citatos. Præſumitur quis non citatus: niſi hoc probetur extra eodem, quia ſicut, & lxxxiij. diſtinctio. propoſuiſti. Et ideo non ei, qui negat ſe citatum, ſed ei, qui dicit eum citatum, incumbit probatio, vt not. in dict. decret. quòd ſicut in glo. præſumitur, & capitul. bonæ, j. in gloſ. & ſic eſſet. Sed nunquid poſſet probari hæc citatio per nuncium, qui diceret ſe citaſſe arg. quod ſic extra de app. cùm parati, ff. de rebus eo. qui ſub tu. vel cu. l. magis. §. illud, nam & in cauſis creditur nuncio iurato de conſuetudine, ſi dicat aliquem ſe citaſſe, vt notatur extra de proba. quoniam. Sed videtur contra, quòd vni teſti non eſt credendum in alterius præiudicium, extra de teſti. licet ex quadam, & iiij. quæſt. iij. iureiurandi, verſi. vnius, lo. dicit per iura primò allegata, quòd creditur nuncio iurato, tamen ille, qui dicitur citatus, poteſt probare in contrarium ſuo iuramento, ar. extra de procura. ex inſinuatione. Vincen. verò dicit, quod citatio probanda eſt legitimè, puta per teſtes. vel per publicum inſtrumentum, vt notatur per eum extra eo. quòd ſicut: & hoc eſt tutius.

*Nuncio an ſit credendum.*

Adde Spec. titu. eo. §. j. & Bar. in l. ſi tamen in fine, ff. de leg. ij. vbi docet cõſilium in practica, vt nuncius

reſe-

referat, ſeu in eius relatione facta, per notariũ poni faciat ſe diligenter perquiſiuiſſe, & non inueniſſe, ideoque citaſſe ad domum ſolitæ habitationis, & idem nota. Bar. in l. iiij. §. prætor ait, col. j. quem ibi ſequuntur Docto. Moder. ff. de damno infect. & Bar. de fir. in tract. de epiſcopo in iij par. li. j. quæſt. vij. verſic. congruenter, & Mandag. in eod. c. lix. forma j. & ij. & dixi in rep. t. l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex. Et an credatur nuncio, vide glo. & omnes Doct. in l. tres denunciationes, C. quomodo & quãdo iud. Abb. Sicul. & præpoſitus Mediolan. nunc Cardina. Alexan. in d. cùm pati. & ibi de Vallenzi. in addi. Ab. & Doct. in l. pen. & fin. ff. de in integ. reſtitu. & Felyn. poſt Lanfran. in capitu. quoniam cõtra, in verſic. citationes de proba.

q Inſtrumentum. Secundum formam, quam habes infrà, cap. lix. forma quinta.

r Citabit nuncius. Secundum formam, quam habes infrà, capi. lix. forma ij. & iij.

*Quatenus nũcio publico credatur.*

Magna eſt controuerſia in iure noſtro, num iurato nuncio ſoli credatur, propterea, quòd viles ſæpè & infames ad hoc munus obeundum promoueri ſoleant, quique falſas relationes facere, & pro modico vini dolio deierare conſueuerunt, vt tradidit Hoſtiẽ. in ſumma tit. de contumacia. §. qualiter, quem refert Petrus Rebuffus in to. iij. ad regias conſtitutio. titul. de citationibus.

Id obtinet, vt iurato credatur ſaltem de facto ſui officij, puta de executiõe vel citatione, & nõ extra ſuũ officium ſibi commiſſum, atque ideo ſi dixerit ſe percuſſum à citatis, vel iniuria affectum, aut alia deponat, in his non creditur. Vide latiſſimè D. Tiraquel. de retract. §. viij. glo. ix. fol. cclvj. D. Peckium præceptorem meum in c. xxj. de iure ſiſtendi, num. iij. Lanfran. titul. de citationibus, Marantam de citationib. num. liij. Matheſilanum in authen. niſi breues, C. de ſentent. ex breui. Si tamen quis ſit in dignitate poſi-

tus, & in honore, qui neget ſe citatum, & id medio iuramento paratus ſit affirmare, ei potior fides adhibenda eſt, quàm vili nuncio, qui viliſſimus dicitur à Baldo in l. fina. C. de edic. di. Had. toll. Tiraquellus de loco. Quod idcirco addere libuit, quòd nuper quidam vir clariſſimus ex imperitia iudicũ fuit ex nuncij relatione falſa condemnatus.

## Quod abſentes, & à quo loco: vtrúmue perſonaliter ſint citandi

### CAP. V.

*A quàm remoto loco abſentes canonici ſint vocandi, diuerſæ ſunt ſententiæ diuerſorum, ſed illa tãquam probabilior eſt tenenda, vt in vocandis cõſuetudo cuiuſlibet eccleſiæ obſeruetur,* a. *quæ ſi forſan non appareat, tunc vocari debent omnes,* b. *qui poſſunt commodè ac ſine periculo.* c. *cõuocari: aliàs ſi contemptis ipſis electio celebretur, irritanda.* d. *erit, ſi ipſi agere voluerint.* e. *de cõtemptu. Verùm vbi mora eſſet periculum allatura, puta, quia expirat tempus à iure eligẽtibus præfinitum, vel fortè tyrannus aliquis ad vacantem eccleſiam venit, vt per impreſsionem quenquam eligi faciat, in eadem tunc poſſunt præſentes eligere, abſentibus nõ vocatis.* f. *Sanè.* g. *abſentes ipſi, ſi ſciatur, vbi degunt, ſunt citandi perſonaliter.* h. *dummodo id poßit fieri cõmodè ac ſine periculo, vt eſt dictũ, aliter ſi neſcitur, citari debẽt per edictũ.* i. *publicum in eccleſia,* k. *vel vbi cõſueuerũt cõmorari.* l. *Porrò animaduertendũ eſt, ꝙ citari debẽt nõ ſolũ hi, qui vacare neſciũt.* m. *eccleſiã, ſed hi etiã, qui hæc ſciũt, vbi præſentes fuerint, cũ ad eligendũm*

*termi-*

*terminus aßignatur: tūc enim ſi poſtmodū ſe abſentēt n. nequaquam vlterius vocabūtur, o. nec electionē poterit eorum abſentia impedire, ſicuti nec illorum, qui ſe occultāt, vel malitioſè impediunt, ſeu procurāt, ne citatio perueniat ad eoſdem.*

A quàm remoto loco, &c.

a Obſeruetur. Sed eſt communis opinio doctorum, vt in citationibus abſentium conſuetudo cuiuſlibet eccleſiæ debeat obſeruari, extra eod. in Geneſi.

b Omnes. Dummodo non ſint remoti vltra duas dietas ſecundum Inno. vt notatur per eundē, extra e. quia propter, §. illud, in princ. & idem dicit Bart. extra eod. coram arg. eſt ad hoc extra de reſcript. nonnulli. Hoſtien. verò dicit, quòd vbicunq; ſint abſentes, ſemper ſunt vocandi, dummodo id poſſit fieri commodè ac ſine periculo, ext. eodem, quòd ſicut, §. ſi autem, & in dicto capitu. quia propter, ſuper verbo commodè, & facit ad hoc lxiij. diſtin. quanto vbi citantur abſentes vltra duas dietas, & extra eo. in Geneſi, vbi citantur de toto regno Franciæ, & hoc puto verius argum. prædic. dec. quòd ſicut, §. ſi autem.

Adde Oldradum conſilio centeſimo octuageſimo tertio, & in conſilio ducenteſimo quinquageſimo octauo, & Fred. de Zenis, conſi. ducenteſimo octuageſimo octauo, & Ioan. Andr. in addit. Speculatoris in rubrica, eod. titu. & Alexandrum, conſilio ducenteſimo decimo octauo, in fine, libro ſecundo & Barthol. de firmo in ſuo tractat. de epiſcopo in tertia parte libri primi, quæſtione vij. multum ſingul. & quæſtio. xiij. Abb. in cap. cùm inter vniuerſas, colum. j. verſi. no. tertiò, ſecundum quem valet conſuetudo, per illū tex. quòd valdè remoti debeant vocari, ſi electio poſſit fieri infra terminū iuris, quia tunc non eſt dānoſa eccleſię, ex quo nō exceditur terminus iuris, aliàs ſecùs, & gl. in prag. c. ti. §. cū humanè, in verbo die p̄fixo

& glo.Bart.& Ange.in Auten. de aliena.in emphi.§. quæcunque,colla.ix.& Archi. Domini. & Car.Alex. in c.quanto.lxiij.diſt.& glo.infra eo.c.lix.forma vij. in verbo abſentes,& Doct.in c.præſentium,de teſtib. lib.vj.& Paul.de Caſtro in auten.hoc ius porrectum, colum.ij.C.de ſacroſanct. eccleſ. & Fely.in c.cùm omnes,colum. xiiij.in fine, cum duobus ſequentib.de conſtitu.text.Bar.Ioan.de Platea,& Lucas de Penna, in l.quotiens,de legatio.lib.x.C. & per Abba. in capitul.coram, & in cap.Cumana, in ſecundo notabili eodem.

c Periculo.Hæc duo, ſcilicet commodè & ſine periculo,reſpiciunt periculum & commoditatem eccleſiæ vacantis,non perſonarum.Nam licet abſentes nõ poſſint venire commodè,ac ſine periculo perſonarũ, fortè propter infirmitates,vel inimicitias capitales, ſunt tamen vocandi,& poſſunt conſtituere procuratores,extra eod. quia propter,§. illud, & no.in gl.cõmuni,extra eo.bonæ,j.in gl.ſi citati. Adde, quòd idẽ tenet Abb.Sicu. in dicto capitu. quia propter, in ij. nota.in fin.& latius in c.coram,eo.titu.& Bald.in l.j. colum.antepenulti. C.qui admitti ad bonorum poſ. poſſunt.

d Irritanda. Non enim eſt irrita ipſo iure, ſed irritanda, vt hic dicitur, & extra e.quòd ſicut,& capitu. bonæ,ij.

*Canonici cõtempti poſſũt ſi volunt contemptum proſequi.*

e Voluerit.Hoc ideo dicit, quia in voluntate ipſorum eſt proſequi ſuum contentum,vel ratificare electionem ipſis cõtemptis factam. extra eo.quòd ſicut, & no.eod.titu. eccleſia ij.nec alius poteſt contemptũ proſequi, quàm contemptus, arg. prædictæ decre.ꝙ ſicut vbi notatur per Inno.& B.com.

Adde Abb.Sicu.in dicto cap.eccleſia,col.iiij.verſi. in glo.adijcere, vbi dicit, quòd iſta ratificatio nihil facit,niſi quo ad ipſum contemptum, qui poſt ratificationem non poterit amplius contemptum proſeq, ſed nullo modo cõualidat ſeu roborat ipſam electionem,

nem, nec auget numerum, vt d.c. ſicut, vbi idem not. col.ij. verſi. nota. vj. cum ſeq. & tex. & glo. Arch. Pet. de Anch. Domin. & Phil Fran. in c. nulli licere, eo.li. vj. & vide glo. ſimilem huic in capitu. xxxiij. in verbo voluerit, & in verbo augmentat. cum duabus ſequentibus, & in capitulo xvj. in verbo nulla, infr. eodem. Et quæ ibi dico, & Car. Alexand. in c. quanto, colum. iij. verſi. ſed nūquid rati habitio, lxiij. diſt. & Io. Fab. in §. eadem, Inſti. de hære. quæ ab inteſt. defer.

f Non vocatis. Infrà ca. xiij. vbi de hoc, & facit ad hoc, quod notatur per Hoſtiē. in ſumma, extra eo. §. qualiter facienda, verſi. quid enim ſi quis, & ſeq.

Adde glo. in prag. titu. de aut. ſacro concil. §. pen. in verbo abbreuiationem, quæ allegat hîc Mandag.

g Sanè. Quod dicitur in iſtis §. inuenies notatum per Innocen. & Hoſtien. & com. extra eo. quia ꝓpter.

h Perſonaliter. Extra de dolo & contu. cùm olim, & c. venerabili.

Adde, quæ dicam infrà eo. cap. lix. forma ij. in addit. penultima.

i Edictum publicum. Hoc eſt per præconem, ſicut citantur aliquando hi, qui commiſſo aliquo maleficio fugerunt, nec ſcitur vbi ſunt. Vel præſente clero, & capit. legentur in eccleſia literæ citatoriæ capituli. Vel nuncius deputatus ad citandum citabit abſentē coram omnibus, qualiter autem hoc fieri debeat, dicitur infra c. lix. forma iiij. *Citato qualiter fit per edictū publicum.*

Adde ad hanc glo. & ſeq. tex. & glo. in cap. fin. & ibi Docto. de eo, qui mittitur in poſſeſ. cauſæ, & Spe. titu. de citatio. §. ſequitur, verſicu. illud etiam, & verſicu. ſeq. & in titu. de elect. §. j. colum. ij. & Bartho. de firm. in tracta. de epiſcopo, in iij. parte lib. j. q. vij. ver. congruenter hic quæri poteſt.

k Eccleſia. Extra de cler. non reſi. ex tue. & extra de dolo & contu. cauſam.

l Commorari. Quòd ſi ſint vagabundi, puta, quòd aliquando ſunt infra fines, ad vocandū abſentes de-

 putatos,

putatos, aliquando ſunt extr. dic. ſecundũ In. Hoſt. & B. com. quòd licet non videatur obeſſe, c. ſi tales non citet, tutius tamen eſt, quòd fiat citatio ad domũ, vt not. per eos, extra eo. quia propter.

Adde, quòd idẽ tenet Spe. eo. §. j. col. ij. ad fi. & Bar. de firmo, vbi ſupr. proxi. quæſt. viij. & ibi vide amplè, quis dicatur vagabũdus, & quę dicã inf. e. c. in gl. vlt.

m Neſciunt. Extra eo. cùm inter vniuerſas, vbi nota. communiter per Docto.

n Abſentẽt. Iſti enim vidẽtur eſſe in dolo, vnde nõ debent inde cõmodum reportare, ext. de reſcri. ſedes.

o Vocabuntur. Secundũ Inno. vt dicitur per eum extra eo. eccleſia. ij, & per B. com. extr. eod. cùm inter vniuerſas, qui enim certus eſt, certiori non debet, vt ff. de ac. empt. & vend. l. j.

Adde glo. Bar. & Docto. in l. nomen, C. quæ res pigno. & l. fin. de tranſac. & l. emptor. C. de euic. & Bar. in l. quidam, § fin. ff. de ad. tut. & Spe. eo. ti. §. j. col. iiij. verſi. licet abſens, & Bar. de fir. in tra. de epiſcopo, vbi ſup. proxi. quæſt. viij. verſi. & no. quòd ſi vnus, & glo. ij. in c. xviij. inf. eo. & Abb. in ca. cùm nobis olim, col. j. verſi. tertio, no. ibi alienos, & glo. in cle. quod circa in verbo, quæ in facto, eod. titu. & Abb. in d. c. cũ inter vniuerſas, & textum celebrem, & ibi Iaco. de Areti. & Bar. in l. ſi legatario, §. à duobus, ff. de fideicom. lib. & Bald. in l. vna. quæſtio. xij. C. quando non peten. partes aſtre. & Fely. in c. j. colum. j. verſic. quæ ſit verior, de maio. & obe.

p Adde eoſdem. Ar. extra vt lit. non con. quoniam frequenter, §. porrò, & notatur per Inno. ext. eod. cũ inter vniuerſas: malitia enim ipſorum eis prodeſſe non debet, extra qui ma. ac. non poſ. ſignificante, ff. de rei vendi. in fundo.

Adde Spe. eo. §. j. vbi conſuluit citari abſentẽ latitantẽ debere in domo habitationis, & etiam Bart. de fir. vbi ſup. proxi. & per Abb. in d. c. cùm inter vniuerſas, & quæ dixi ſup. eo. c. in verbo. commorari.

Vtrum

## Vtrum excommunicati, ſuſpēſi, vel interdicti ad electiones vocari debeant, vel admitti.

### CAP. VI.

*QVi maiori ſunt excõmunicatione ligati,* a. *aut ſuſpēſi,* b. *vel etiã interdicti.* c. *nequaq̃, ſi ſit hoc notoriũ.* d *ſunt vocãdi,* e. *nec ſi venerint ad eligendũ cum alijs, ſi excludi poterunt, admittendi.* f. *ſi verò excludi non poterunt, forſan ꝑpter ſcandalũ.* g. *vel potentiã* h. *eorundẽ, tunc cũ proteſtatione, quæ ſubijcietur inferius,* i. *licitè admittētur.* k. *Si aũt nõ ſit notoriũ, ꝙ ſint tales, poteſt tamẽ legitimè id ꝓbari.* l. *nec tunc etiam ſunt vocandi.* m. *ſed ſi veniãt & electioni ſe ingerant, nõ vocati, repelli nõ debent.* n. *ſed cũ proteſtatione.* o. *admitti,* p. *quamdiu totaliter tolerantur, vbi verò penitus ſunt occulti, vocandi ſunt, & ad eligendum ſine difficultate qualibet admittendi.* q.

QVi maiori, & cætera.

a Legati. Tales nec eligere, nec eligi poſſunt, extra de ap. cõſtitutis j. & ix. queſt. j. nos in hominem, ſed minori excommunicatione ligati eligere poſſunt, ſed non eligi, extra de cle. ex. mi. ſi celebrat, vbi de hoc not. Adde, quòd minor ſeu ſimplex excõmunicatio nõ priuat quem poteſtate eligendi actiuè, ſed paſſiuè tantũ, vt d. c. ſi celebrat, & ibi de Anania, poſt Abb. & ca. illa quotidiana, & ibi Ab. eo. titu. & glo. & Doct. in c. perpetuæ, eo. lib. vj. Sed benè maior actiuè & paſſiuè priuat eligēdi poteſtate, quia ſi notoriè excõmunicati admittãtur, corruit tota electio, d. c. illa, per In. & ſequentes, & in c. fi. & ibi plenè Ab. de ꝑcu. & Cardin. Alexand. in c. ſanctis, lxxxj. diſt. & Franciſ.

de Zaba, in conſil. xl. colum.j.& glo. in §.j. in verbo cenſuræ, de excommuni. non vitam, in prag. & Bart. de firm. in tracta. de epiſcopo, in iij parte lib.j. quęſt. xxxj. & in j. parte. lib.ij. quæſt.iiij.& Abb. in cap quia propter, in ij. nota. & Fely. in c. dilectæ, colum.ij. ver. ſed aduerte, de excep. vbi etiã ponit, quòd de eo, qui eſt in peccato mortali, etiã non occulto, & Car. Alex. in c. clericus, in iij xlvj. diſt & Domi. & Philip. Franc. in dicto c. perpetuæ.

*Suſpenſi non ſunt ad electionẽ admittendi.*

b Suſpenſi. Ab homine, extra de ętate & qualitate, bonæ, & extra de conceſ. præbẽ. quia diuerſitatẽ, vel à iure, extra de re iudicata cũ æterni, extra de ſenten. excom. cùm medicinalis, libro vj. Et intellige iſtud, ſi ſint ſuſpenſi ab officio & beneficio ſimul, vel ab officio tantùm, ſecundum Inno. & B. com. vt notat. per eos, extra de conſue. cùm dilectus, idem eſt, ſi ſint ſuſpenſi ſimpliciter, vt notatur in e. c. per B. com. & eſt contrà, extra de ſentẽ. excom. ſi quem. Quid ſi eſt ſuſpenſus tantũ à beneficio. Dic, quòd non prohibetur ei eligere, vt notatur in glo. commun. extra eodem, cùm Vintonen.

Adde Docto. proxi. allega. & Barthol. de firmo, in parte lib. ij. quæſt. v. Abb. & Bald. & Docto. in dicto c. cùm dilectus, colum. pen. & pulchrè Fely. in c. Apoſtolica, colum. vij. verſicu. dum autem dicitur, de excep. & Card. Alex. in c. præsbyterum, col.j. in fin. & ibi Domini. xxxvij. diſtinct. & Old. conſi. cclxxxvj. & glo. fin. & ibi Archi. Pet. de Anch. Domini, & Phil. Franc. in c. ſi quando. & in c. quia ſæpè, eo. lib. vj.

c Interdicti. Extra eo. cùm inter, R. ſeniorem.

d Notorium. Quis dicatur notoriè excommunicatus, habes infr. c. xx. in prin.

e Vocandi. Ex quo de iure intereſſe non poſſunt, extra eod. quia propter, ibi vocatis omnibus, qui debent, & cætera.

Adde, à quibus actibus excommunicati ſunt repulſi, Archi. Pet. de Anch. Domin. & Philip. Franc. in

c. pia.

c.pia.§.ſi quis,de excep.lib.vj. & adde hic Fely. in ca. dilecti filij,col.j.ver.eſt difficilis,de exception.

f Admittendi. Quòd ſi admitterentur ſcienter, electio non valeret, extra de procurato.conſulti.

g Scandalum. Propter ſcãdalum interdum aliqua ſuſtinentur, quæ aliàs certè non ſuſtinerentur, extra de tempor.ordinan.c.ij.vbi de hoc.

h Potentiam.Potentioribus quidem pares eſſe nõ poſſumus,ff.de ali.mutan.iu.cauſa fac.l.iij. in princ. extra de dolo & contu.contingit.

i Inferius.Infra c.xx.et.c.lix.forma.vij.

k Admittentur. Voces tamen ipſorũ ſuffragiũ non præſtabunt,infrà c.xx.vbi de hoc.

l Id probari. Per teſtes vel alios coram competenti iudice etiam poſt electionem, vt no.per Innoc.extra eo.conſiderauimus,in gl. de qua circa finem,& B.cõ. extra eo.cùm dilectus.

m Vocandi.Vt dicit Inno. extra eo.cùm Vintonẽ.

Adde,quid de excommunicato non publicato,vide tex.in prag.de excom.non vitam, & Fely.in c.Rodulphus,col.xxv. in fin.ver.limita quarto,de reſcrip. & in c.præterea,col.iij.de ſponſa.

n Non debent.Aliàs eis imponeretur iniuria, quãdiu tolerantur, ſecundum B. com. vt notatur per eũ extra de conſue.cùm dilectus, & eſt arg.ad hoc ij.q.j. multi ext.de coha.cleri.& mulie.veſtra,& facit,quod no.per Inno.extra eo. cùm Vintonen. in glo.ſcilicet de caſu circa finem, verſi.item non obſtat.

o Proteſtatione. De qua habes infrà capitu. xx. et c.lix.forma vij.

p Admitti.Non nocebit eorum præſentie electioni,nec voces eorum præſtabunt aliquod ſuffragium alicui, nec nocumenta, poſtquam probata fuerit excommunicatio, vt infra c.xx. vbi de hoc notatur.

q Admittendi. Secundum Innocen.& Hoſtien.vt notatur per eos extra eo. illa, & facit ad hoc extra de offi.ord.ſi ſacerdos, valetque quod fit cum eis,extra

de re iudi.ad probandum, vbi de hoc in glo. communi, vj.quæſt.ij ſi tantum.

Adde Abba.Sicu.& Felyn.in dicto capitulo ad probandum, colum.j.

## An impuberes & furioſi, vel mente capti debeant in electionibus intereſſe.

## CAP. VII.

*DE impuberibus canonicis, an ad electiones vocari debeant, vel in eis admitti, ſi præſentes fuerint, ab aliquibus dubitatur. Et quidem id videtur magis conſonum rationi, quòd nec vocari debeant, nec admitti.* a. *cùm tales diſcretione careant infra tempora pubertatis. Et idē de puberibus furioſis, ſeu mente captis continuè laborantibus.* b. *eſt dicendum: ſecus, ſi ad ſanam mentem redeant per dilucida interualla. Nam ſanitatis tēpore, ſicuti & alij, admittentur.*

*Impuberes qui ſunt.* DE impuberibus. Impubes dicitur minor xiiij. annorū, ſi eſt maſculus, ſi fœmina minor xij. Inſti.qui modis tu. fin.§.j. ext. de deſpon.impub.impuberes.

Adde ad iſtam glo. & ſequen.quæ dixi in li.cōſue. Biturigum.titul.de conſuetu.iur.ſta.perſo.in §.vij.& in §.x.in glo.j.

*Impuberes à multis repelluntur.* a Nec admitti. Secundum Hoſtienſ. vt notatur per eum, extra de æta.& qualita. & ratione, ad hoc facit lex, quæ dicit, quòd pupillus miles factus non debet ſapientum iura tractare, C. de teſta. milit.l.vlti.nec debet admitti ad honores, etiam ſi neceſſitas hominem cogat, ff. de iure immu.l. ij. §. impuberes, nec poteſt matrimonium contrahere, niſi malicia præueniat ætatem, extra de deſponſ. impuber. de illis, & capit.à nobis, nec ſe obligare religioni, extra de reg.

ad noſtram, & xx. quæſtio.j.illud: quia tales carent diſcretione infra tempora pubertatis, vt ſequitur, & probatur. ff. de iudi.cùm prætor. §. non autem extra de regul. cùm ſimus, & iij. quæſtione vij.§.tria. Et de hac materia notatur etiam per B. & Inno.in dec. prædicta. ex ratione.

Adde tex. glo.& Doct.in cap. ex eo. in princi. eodem li.vj.Specul.eodem §.j.col.iij. verſi.an pueri, & ibi Io.And.in addi.& Abb.in d.ca.ex ratione & Bal. Paul.de Caſt. Alc. & Iaſonem in d.l.vlt.de teſt.milit. & glo. & Cardi. de Za.in cle.quod circa eodem Bar. de fir.in tract.de Epiſcopo in j.parte.lib.ij.queſt.xxj. ſatis amplè.Sed adultus ſic, vt in d.capitu.iuribus, & tenet Bald.in addit.Specu.de ſindic.verſicu. pupilli, & Bar.de fir.in iij.par.l.j.quæſt. ix.intellige, dum tamen adultus canonicus ſit, in ſacris conſtitutus ſecundũ Ang.in auten.de alien. in empitheoſin §. hoc etiam, col.ix.& cle.vt hi,qui in prin.de ætate & qualit.& Bar.de fir.vbi ſuprà.q.x.imò etiã ſi fuerit in ſacris ann.xvij.annum ſecundum Paul.de Leaza. in d. cle.vt hi. Domi.in d.c.ex.e.col.j.Et etiam profectò,ſi tẽpore vacationis non erat in ſacris, ſed tẽpore electionis,ſecundum glo. in dic.cle. vt hi in verbo conſtitutus,& Bartholomeum in dicta queſt.x. & in prima parte li.ij.quæſt.xv.& quæ dicã infrà,eo.c.xxi.in ij.addi.& de quo per Felyn. in c.Apoſtol. col.vij.verdum autem dicitur de excep. an dare vocem in electionibus dependeat ab ordine.

b Continuè laborãtibus. Tales enim non habent conſenſum,vel diſſenſum, extra de bap.maiores, & extra de ſpon. dilectus, & ideò eligere non poſſunt: quia per mutuum conſenſum eligentium,& electi, matrimonium ſpirituale contrahitur, extra eodem cũ inter canonicos,ſecus, ſi non continuè laborent, ſed per interualla redeant ad ſanam mentem. Nam tempore ſanitatis addmitti debent. vt ſequitur, & eſt argument. op. ad hoc. C. qui te facit poſſeſſ. le. *Furor impedit electionẽ.*

furio-

furioſum, C. de cura.fur.l. cùm alijs. vij. quæſtio.j. quamuis enim iſte.

Adde glo.in capitu. extra eo. in verbo diſcretione, & ibi Pet.de Anch.Domi.& Phil.Franc.eo.lib.vj.

An in ecclesijs regularibus nouitij debeant eligere cum profeſsis.

CAP. VIII.

*SI in eccleſia regulari, vbi electio imminet facienda, ſint aliqui nouitij regularem ordinem non profeßi tacitè.a. vel expreßè. b, tales nec vocandi ſunt, nec ad eligendum ab alijs, ſi venerint, admittendi, c. niſi eos de gratia. d. alij duxerint admittendos: vel niſi ſint in quaſi poſſeßione.e.cum alijs eligendi, aut conſuetudo.f.vacantis eccleſiæ ad hoc ſe haberet, & ſi forſan de ipſa conſuetudine dubitetur. g. conſulo, vt cũ proteſtatione.h. huiuſmodi admittantur.i.quòd ipſorum voces valeant, ſi de ipſa conſuetudine apparebit, tunc enim voces taliũ efficaciam non habebunt, k.niſi apparuerit.l.conſetudinem talem eſſe.*

SI in eccleſia, &c.

*Profeßio tacita.* a Tacitè. Geſtando ſine proteſtatione per annũ habitum monachalem, vbi non eſt diſtinctus habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum, extra de regula.ex parte, vbi de hoc. Vel recipiendo intra annũ habitum profeſſorum, aut aliquid aliud faciẽdo, per quod appareat expreſsè, quòd voluerint vitam mutare, eo.titu.conſulti, & c.ſtatuimus.

Adde ad iſtã gl. & ſeq.tex.& gl. & Doct.in cle.j. & in cle.eos, de reg.& Do. & Doc.in c. nullꝰ, ver.quero quando dicatur, eo.li.vj.& Calde.in conſil.ix.titu.de reg. Et ad iſtud & præcedens, cap. vide Specu. in ſuo

aure•

aureo reperto.eo.titu. & Freder.conſil.cliiij. verſicu. tertio quæritur, & tex & glo.Archid.Dominicum,& Philip.Franc.in c. extra eo.§.fin. eo. lib. vj.ex quo eſt iſtud extractum, & an tales nouitij poſſint eligi, vide Pe.de Anch. Domin.& Philip.Franc.in dicto c.null9, & in cap.indemnitatibus, eod.lib.vj.Quid de ſtatim profeſſo.Freder.in conſil.cxxix.& in conſil. cclviij.& Doct.in c.cũ monaſterium,& c.officij, eo.Et quæ dixi ſup.c.proxi.in pe.addi. *Profeßio expreſſa.*

b Expreſsè. Per profeſſionem verbalem, factam in manu Abbatis vel alteri9, quę eam recipere poſſit,e tra de reg.porrectum, & c.ad Apoſtolicam,xx. quæſt. j.vidua.

c Admittendi. Secundum Innocen. & Hoſtien.vt notatur per eos, extra de æta.& quæ capi. ij. ar.extra, de ſta. Mo. ea. quæ, §.vltim. Monachi enim habent Abbatẽ eligere,xviij.q.j.abbatẽ, ſed iſti nõ ꝓfeſſi monachi,non cenſentur,vt extra de reg.ſtatuimus, cùm poſſint redire liberè infra annum ad ſeculum, vt ibi dicitur. *Abbas eſt per monachos eligendus.* *Monachi non cẽſentur, qui non ſunt profeßi.*

Adde quid de conuerſis Ang. in aut.de non alie.in emphi.§.hoc. et colla.ix.& Barth. de firm. in tract.de epiſcopo, in iij.par.lib.j. quæſtio.xj. & Ioan. Andr.& Doct.in capi. extra eo.lib.vj.& Abb.Sicu. in c.cùm olim, in fin.de arbi. & Frede.conſilio ccxiij.

d De gratia. Quòd iſti admitti poſſint de gratia,& eorum voces valeant, eſt arg. extra eodem, ſcriptum eſt,& lxiij.diſt. obeuntibus, & facit optimè, quod notatur per Innocen. Hoſti.extra eo. conſtitutis.

Adde,quòd per reſpectum ad profeſſos, laicorum appellatione comprehenduntur nouitij, vt no.glo.in c.ſuper eos,de regul.Domi.& Doct. in dicto ca.null9, colum.& in c.ex.eo.§.fin.eo.lib.vj.& Fely. in ca.cauſam,colum.vj. verſicu. dum dicit Abb.de præſcript.

e Quaſi poſſeſſione. Tũc enim ſunt vocandi & admittendi ad eligendum,extra eod. Cumana, & cap.in Geneſi,& ſi de hac quaſi poſſeſſione quæſtio refricetur,

tur, admittantur, cum proteſtatione, ſicut fit in caſu ſequ. argu. prædictę dec. Cuman. Adde tex. & doc. in capit. quęre Lanfr. eo. tit. & in c. conſultationibus de iurepatro. & omnes ſcrib. in le. ſi certis annis. C. de pact. Et an, quæ eſt in quaſi poſſeſſione. teneatur probare, vel transferat in aduerſarium onus probandi, vide Io. de in co. in c. ſi forte, & ibi Domin. col. j. & Philipp. Franc. co. li. vj. & quod voluit Ang. in conſi. lxxxvij. in fin. & Oldra. conſil. cclvj. & Paul. de Caſtr. conſil. cxxxj. in nouis & Ale. in conſi. xxiiij. lib. ij. & Franc. de Zaba. in conſi. lxij. col. iij. verſicu. ad quintum, & gloſſ. final. in eodem cap.

*Conſuetudo habilitat ad eligendum.*

f Conſuetudo. Talem conſuetudinem, puto rationabilem, ar. ex. c. Cumana. & ex. de cauſa poſ. cum eccleſia Sutrina. Nam & in penitus extraneũ poſſent totam electionem conferre, ex. c. cauſam quæ, ſed & ſecundum Hoſtien. poſſet de conſuetudine introduci, quòd clerici ſeculares intereſſent electioni Abbatis, vt no. per Inn. ex. de conſtitu. Adde glo. infrà, c. c. xxj. in glo. fi. & in c. pen. Foran. vij. in verbo conſue. & tex. celebrem, in l. non tantum. §. j. & ibi Bar. ff. de Decurio. & Io. An. Domi. & Doc. in d. c. extra eo. §. fi. in fi. & tex. in c. Cumana, & ibi Ab. in tertio notabili & ſeptimo, & amplè. in verſic. pro clariori intellectu & c. in capit. ſcriptum, e. & in cap. fina. de inſtitut. & quod not. Bar. in l. j. §. ſi quis. de itin. actuq; priua.

g Dubitetur. Quia vna pars dicit, conſuetudinem eſſe, alia dicit cõtrà, nec alia inde habetur certitudo.

Adde, an monachus vnius monaſterij, electus ad Abbatiam alterius monaſterij, debeat primò facere profeſſionem antequam confirmetur, Frede. de Zenis conſil. v.

*Proteſtatio vtilis eſt præſertim in electionibus.*

h Proteſtatione. Hoc conſilium eſt vtile. Nam per talem proteſtationem prouidetur eccleſiæ: quare omiſſa alteratione, an intereſſe debeant, vel non, proceditur ab electione: item prouidetur tam illis, qui dicunt nouicios non debere intereſſe, quàm illis

no-

nouicijs: Quia per hoc remanet ſaluum ius vtriuſq;, & poſtea de hoc poterit coram ſuperiore inquiri. Si enim iſti non admitterentur, & poſtmodum reperietur eos intereſſe debere, caſſaretur electio facta eis excluſis, extra de cauſa poſ. cùm eccleſia Sutrina. Si verò ſine proteſtatione admmitterentur, præiudicatur alijs, quare voces illorum valerent, etiam ſi aliàs non deberent intereſſe, arg. extra eo. Cumana. Melius eſt ergo & tutius ad conſeruationem iuris vtriuſq; partis, ꝙ in caſu iſto etiam vbicunque de aliquibus dubitatur, vtrum electioni debeant intereſſe, vel non, vt admittantur cum proteſtatione. Quod dic, prout notatur per B. Inn. Hoſtiē. & B. com. extra eo. Cumana. de proteſtatione facienda generaliter, antequam procedatur ad electionem, dicitur infrà c. xx. & c. lix. forma. vij.

Adde, quæ dico in eodem capit. xx. in verſiculo non admittunt.

i Admittantur. Nunquid eſt neceſſarium, quòd conſentiant huic proteſtationi illi, qui admittuntur? Non puto, cùm per hoc ius ipſorum non ledatur. ar. vij. quæſt. j. pontifices. ff. de acquir. hære. pro hære. ſecus ſi in aliquo lederetur, tunc enim non valeret, niſi illi conſentiret, & ſic poteſt intelligi, extra c. Cumana. Nam per proteſtationem ibi factam ledebatur ius capellanorum & clericorum. Vnde niſi ipſi conſenſiſſent, proteſtatio non nocuiſſet eiſdem, vt not. ibidem per B. Innocen. & B. com.

Adde, vtrum actus geſtus per vniuerſitatem, in qua interfuerunt aliqui inhabiles, inficiatur per intereſſentiam inhabilium, Ioann. Bap. in repetition. le. omnes populi, folio xix. col. ij. verſiculo tertio generaliter. ff. de iuſtit. & iure, & amplè Barba. in repetitio. Raynaldus. Cardin. Pet. de teſta. & quæ dixi in addi. ad Dyn. in regula vtile per inutile, de regulis iuris li. vj. & in li. conſuetud. Biturgum tit. de iuriſdi. om. iudic. §. vj & §. ix.

k Non habebunt. Hoc facit proteſtatio, aliàs ſimpliciter admitterentur, & valerent voces eorum, etiamſi alias intereſſe non deberent, vt dictum eſt ſuper verbo proteſtatione.

*Cõſuetudo in electionibus allegata, per quas eſt probanda.* l Apparuerit. Sed quis habet probare hanc cõſuetudinem. Dic, quòd ibi non profeſſi. Cùm enim ipſi de iure nõ debeant intereſſe, vt dictum eſt ſup. ſuper verbo admittendi, oportet, quòd probet titulum ſiue cauſſam ratione, cuius intereſſe dicunt ſe debere, extra eo. conſtitutis, vbi de hoc, & c. di. contra morem, C. de proba. ſiue poſſidetis.

Adde. quæ dixi ſuprà eo. in verbo quaſi.

## Vtrum hi, qui elegerunt, vel poſtulauerunt ſcienter indignum, ad electionem ſequentem ſint ab alijs euocandi.

### CAP. IX.

*Qvi ſcienter indignum.*a. *poſtulant, vel eligunt eligendi poteſtate illa vice, hoc eſt in electione ſequenti,*b. *quæ facienda imminet, ſunt priuati,* c. *& penes alios non peccantes,* d. *etiam ſi nõ eſſent, niſi vnus.* e. *remanet hæc poteſtas, vnde poſſunt eis non vocatis.* f. *eligere.* g. *vel ſi volunt, poſſunt vocare eos, & admittere de gratia.* h. *ſpeciali. Verùm ſi effectum non habuerit ſecunda electio à non peccantibus celebrata, vt quia electus renuit conſentire, vel poſt conſenſum renũciat iuri ſuo, aut indignum eligunt ignoranter.* i. *tunc habebunt omnes.* k. *inſimul eligere iterato:* l. *cùm peccãtes primi vna vice tantummodo ſint priuati. Si verò huiuſmodi ſecunda electio propterea non habeat effectum,*

*fectum, quia iſti.* m. *ſciẽter eligũt indignum vel poſtu lant, ſicut primi: tunc nec ipſi poterunt.* n. *eligere, neq; primi, ſed ad Papam ea vice in cathedralibus.* o. *eccleſijs, in alijs autem ad ſuperiorem proximum.* p. *ipſo iure poteſtas deuoluitur prouidendi.*

QVi ſcienter. Extra eod. cùm in cunctis. Secùs, ſi ignoranter, tũc enim nõ ſunt priuati, nec priuandi, dũ tamen debitã diligentiã adhibuerĩt, ex. eo. c. innotuit. Adde gl. ſup. eo. c. ij. in verbo occultũ, & tex. in c. quanq̃, & ibi gl. Archi. Pe. de Anch. Do. & Philip. Franc. eo. lib. vi. & Bart. de fir. in tract. de epiſcopo, in iij. parte lib. j. quæſt. xxvij. ad quem recurre, & Fely. in c. cùm olim, col. j. de maio. & obe. Dyn. & quæ ibi dixi in l. addi. in regula non præſtat, de regul. iuris. lib. vj.

a Indignum. Quis cenſeatur indignus, dicitur in capitu. xxvij.

b Sequẽti. Vna tantũ vice ſunt priuati, & ſi electio ſequens non habuerit effectum, reuertitur eligendi poteſtas ad ipſos, extra eo. cùm Vintonenſis, vbi notatur per B. Inno. & B. com. & ſequitur ſtatim infrà, & eſt ſimile ſup. c. j. in fin. Inno. verò dixit, quòd in tota illa vacatione, & exponit, quod dicit in illa decre. cùm Vintonen. vna vice, id eſt, in tota illa vacatione. Sed primum eſt verius, pœnæ enim ſunt reſtringendæ, de pœn. diſt. j. pœnæ.

Adde, quæ dixi ſup. eo. c. j. in glo. fin. & infrà c. xxvj. in verbo ea.

c Priuati ipſo iure. Extra eod. innotuit, & extra de poſtu. præ. cap. ij.

d Non peccantes. Qui nullum elegerunt, vel ſi elegerunt indignum, ignoranter hoc fecerunt, extra eo. innotuit, & c. cùm Vintonenſis.

Adde Domi. in c. j. c. ij. colum. v. in fin. verſi. quia hîc habetur, &c. & Phil. Franc. eod. lib. vj. & Ludouicum de Roma. conſil. cccclxxxiij. *Electio poteſt fieri per vnũ.*

E e Vnus

e Vnus. Omnibus enim peccantibus ſcienter, vno excepto, penes illum ſolū remanet eligendi poteſtas, vt notat. per Bar. & Hoſtiē. extra de poſtulatione prælatorum, gratum, & per Innocentium, extra eo. illa, Ioh. cum Goff. & Vincen. dixerunt contrà, ſcilicet, ꝙ penes vnum ius eligendi eſſe non poteſt, extra eod. capitulo primo. Sed primum verius argum. extra eodē, cauſam quæ. ff. quòd cuiuſque vniuer. l. ſicut municipij, de hoc notatur infrà c. xvj.

Adde glo. in d. c. xvj. in verbo vnus, & Abb. in cap. j. & c. cùm nobis, colum. pen. eo. & in cap. gratum hic alleg. & glo. in prag. eo. §. qui ſi prædicta in verbo priuati, & Bald. & Docto. in capitu. congregato, & Abb. Sicul. in conſilio xxv. colum. ij. verſicul. ad quartum dubium, lib. ij. & glo. j. eod. & quæ dico ibi in ca. vigeſimoſecundo in glo. fin.

f Non vocatis. Siue ſit notorium electionis tēpore, quòd illi ſint ipſo iure eligendi poteſtate priuati, ſiue fiat poſtea manifeſtum, per probationes poſt electionem. Nec eſt neceſſarium, ꝙ priuentur per ſententiam, vel quòd petatur eligendi licentia, vt notatur per Innocē. Hoſtien. & B. còm. extra de po. gratū, & extra eò. conſiderauimus.

Adde ad iſtam gloſam & ſequen. quando prima electione non caſſata poſſit fieri electio, Abb. Bald. & Moder. in c. conſiderauimus, & in c. auditis hìc alleg. & Bart. de firmo in tractat. de epiſcopo, in prima parte, libro tertio, quæſtio. xix. & Ang. Aret. Inſtit. de curà. §. interdum ante finem, & Barto. & Alexan. in addi. in l. quotiens, in principio, & in §. j. ff. de opti. leg. & in l. qui per ſalutem, & ibi Bald. in vtraque lect. & Paulum de Caſtro, Alberi. de Ro. Alexandrum & Iaſonem ff. de iureiurando. & Franc. de Zaba. in conſilio xcij. columna quinta, in fin. & pulchrè Ludouic. de Ro. conſil. cccxcij.

g Eligere. Etiam ex interuallo, ex quo prima electio eſt nulla, vt notatur communiter per doctores.

extra

extra eod. conſiderauimus, & capitul. auditis.

h De gratia. Vt colligitur extra eod. cùm Vinton. ne. vbi de hoc no.

i Ignoranter. Secùs ſi ſcienter, vt ſequitur.

Adde an religentibus præſumatur ſcientia & cognitio perſonę electi, dic ꝙ in dubio præſumũtur ſcienter indignum elegiſſe, ſecundum Bar. & Bal. in l. ſi patronus, ff. de confir. tuto. & in l. cùm quidam, & ibi Pau. de Caſt. & Alex. in addi. ad Bar. ff. de leg. ij. & Inno. Docto. in c. cùm terram, eo. titu.

k Omnes. Tam peccantes, quàm non peccantes.

l Iterato. Extra eo. cùm Vintonen. vbi notatur per Innocen. & B. ac alios.

m Iſti. Ad quos eſt deuoluta eligẽdi poteſtas propter delictum priorum.

n Poterunt. Nam ſiue delinquant ſimul omnes, ſiue ſucceſſiuè diuerſis temporibus eligendo indignum ſcienter, vlterius eligere non poſſunt illa vice, ſcilicet deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem, ſecundũ B. & Hoſtienſ. vt notatur per eos, extra eodem, bonæ, j. ad fin. & idem dicunt Innocen. & B. com. extra eod. cùm Vintonenſis.

o Cathedralibus. In cathedralibus eccleſijs, cũ ſcienter eodem tempore vel diuerſis eligitur indignus, deuoluitur poteſtas ad Papam ſolũ, licet alius ſit immediatus ſuperior, vt notatur per B. & Hoſt. ex. e. bonæ, j. ad fi. & per Inno. & B. com. eo. tit. cùm Vinto. & probatur in dec. Alex. Papæ. iiij. extra de ap. dilecti. in qua dicitur, quòd in ſolo caſu negligentiæ deuoluitur poteſtas ad Metropolitanum, idẽ eſt in regularib. ſecundum B. com. & ita tenetur in curia, vt notatur per eum, extra e. ne pro defectu, & idem videtur innuere Hoſt. eo. ti. cũ in cunctis, in vl. glo. ſed Vincen. dicit cõtrà, eo. ti. innotuit, hæc altercatio eſt hodie deciſa, per c. quanquam, de elect. lib. vj. *Eligendi poteſtas ad quẽ deuoluitur, quando ſcienter indignus eligitur.*

Adde tex. & gl in §. quòd ſi prædicta, in verbo priuati, eo. in pra. & Arc. Do. & Card. Alex. in c. ſacrorũ, §. j. lxiij. di.

lxiij.di.Abb.Sicu.in c.quia propter,§.niſi,col.j.verſi. extra,& glo.Do.Pe.de Anch.& Phil.Fran.in d.capit. quanquam, & Nicol. Milis in ſuo reperto. in lite.eli. gentes,& gl.ſeq; & Doct.ibi alleg. & Io.Calde.in re. pe.c.ſuper eo.& ibi Abb.eo.

*Epiſcopus ſi prouideat de indigno, quis prouidebit.*

p Proximũ.Hoc fallit in caſu,quando ſcil.ad ſolos epiſcopos ſpectat electio ſeu ꝓuiſio ſuo iure,tunc enĩ ſi prouideant de indigno, nõ deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem, ſed ad eorum capitula,extra eod.cum in cunctis,§.vlti.Si verò iure deuoluto, propter negligẽtiam inferiorum,ſpectet ad eos prouiſio,tunc ſi pro. uideant de indigno ſiue ſcienter, ſiue ignoranter,re. uertitur poteſtas ad eos, qui fuerant priuati primò: cùm tantùm vna vice ſint priuati, vt eſt dictum ſup.

Adde glo.penultim. & fina.in capitulo primo,ſu. prà eod.& Frederic.de Zenis conſilio trigeſimo, vbi ponit, in quibus capitulum ſuccedat, & Franci. de Paui.in tracta.ſuo deputante, c.ſed vaca.in quæſt.j.

## Quando, & quis poſſet in electione conſtitui procurator.

### CAP. X.

*SI abſentes procuratores conſtituãt impedimento legitimo præpediti, præſentes tenẽtur.* a. *eos admittere, dũmodo ſint idonei, & legitimè cõſtituti, aliàs irritabitur.* b. *electio facta ipſis ꝓcuratoribus nõ admiſſis, ſi abſentes.* c. *cõtẽptum huiuſmodi proſequãtur. Sanè ad hoc, vt procurator abſentis legitimus cenſeatur, requiritur primò, quòd conſtituens ſit adeò legitimè impeditus.* d. *vt in præfixo termino.* e. *nequeat commodè perſonaliter intereſſe, de quo impedimento ſi-*

*to fidem faciat, ſi opus fuerit, proprio iuramento.f. Secundò, quòd in tali loco ſit electionis tẽpore. g. vnde abſentes pro electionibus ſunt vocandi. Tertiò, quòd non ſit excommunicatus ſuſpenſus, vel etiam interdictus, quia tunc non poſſet per ſe, vel per alium intereſſe.h. Quartò, quòd ſit de collegio.i.is, qui conſtituitur procurator, nec ſit excommunicatus, k.aut perſona.l.talis, quæ de iure aliàs valeat reprobari.*

SI abſentes. Benè dicit abſentes: nam præſentes non poſſunt conſtituere procuratores ad eligendum, extra eod. quia propter, §. illud, niſi fortè de conſenſu capituli eorum, qui ius habebãt in electione, ſecundum Hoſtien. vt notatur per eum ibidem, & eſt argum. ad hoc, eod. titul. ſcriptum eſt, & extra de ap. conſti.

Adde Doct. inſuper Abb. Sicu. in dicto c. quia propter, §. illud, & ca. d. in. ſcriptum, & tex. in c. ſi quis iuſto, & ibi Doct. eo. lib. vj. & Abb. Philip. Peru. Card. Alex. in d. c. conſtitutus, & Bar. de fir. in tract. de epiſ. in iij. parte, lib. j. q. xiiij. & tex. & glo. in c. j. §. idemque iuramẽtum, in verbo caſibus, eo. in prag. & Car. Alex. in c. quanto, col. j. in fin. cum ſeq. lxiij. diſt. & Bar. in l. ſi ſtipulatus, in vl. q. & ibi Pau. de Caſt. ante fi. & Ang. & Alex. in prin. & Iaſon. ff. de verb. obli. & Freder. de Zenis in conſilio ciiij.

a Tenentur. De iuris neceſſitate, nam ex quo ipſi intereſſe non poſſunt per ſe, de iure eſt, quòd poſſint conſtituere procuratores, extra cap. quia propter, §. illud, & niſi procuratores admittantur, contemnũtur conſtituentes, vnde poſſunt agere de contemptu, vt ſequitur, & notatur per B. com. & Innocen. in prædicto §. illud.

b Irritabitur. Per ſententiam, non enim eſt nulla, ſed annullãda, ex. c. ꝙ ſicut, & c. bonę, ij. & ſup. c. v.

c Abſentes. Alioquin abſentes contemptū proſe. qui non poſſunt, vt dixi ſuprà c. v.

*Impedimēta ſunt duplicia.*

d Impeditus. Impedimento facti, vt puta, quia infirmatur, vel habet inimicitias capitales, vel aliquid aliud, propter quod venire non poteſt, vt infrà c. xij. Secùs ſi eſſet impeditus impedimēto iure, puta, quòd eſſet excōmunicatus, vel ſuſpenſus, aut interdictus, tunc enim nec per ſe, nec per aliū intereſſe ibi poſſet, vt ibi dicitur, & eſt argum. ad hoc extra de teſti. licet ex quadam.

Adde gl. o& Docto. in d. c. quia ꝑpter, §. illud, & Bar. de fir. vbi ſup. verſi. ſed quæ ſunt iuſta impedimenta.

e Termino. Non ſufficit, quòd ille, qui procuratorem conſtituit, ſit impeditus conſtitutionis tempore, imò eſt neceſſe, quòd ſit impeditus electionis tempore. Nam ſi tunc impeditus non eſſet, non admittetur procurator, ſecundum Inno. & Hoſtiē. vt notatur per eos extra eod. quia propter, §. illud.

Adde ibi Abb. Sicu. & Moder. & Bar. de firmo, vbi ſuprà proxi.

f Proprio iuramento. De hoc dic. infr. c. proxi.

g Electionis tempore. Nota, quòd ſi quis ſit tempore citationis infra fines, vnde ſunt vocandi abſentes, ſi poſt modū electiōis tēpore ſit extra fines huiuſmodi, non admittitur procurator ipſius, ſecundū Inno. & Hoſt. vt notatur per eos, extra eo. quia propter, §. illud. A quo aūt loco ſint citandi abſentes, dicitur ſup. c. v. Adde Ab. Sic. & Bar. de firmo, vbi ſuprà.

h Intereſſe. Abſurdum enim eſſet procuratorem ipſius admittere, quaſi præſens eſſet, repelleretur, extra de teſtibus, licet ex quadam, & extra de hæreticis fraternitatis. Quādo autem excommunicati ſint admittendi, dicitur ſup. c. vj.

i De collegio. Aliàs non tenentur procuratorem præſentes admittere, niſi ſit de collegio, argu. ext. eo. quia propter, §. illud, ſed ſi volunt, benè poſſunt, dum tamen aliàs ſit idonea, argu. lxiiij. de obeuntibus, &

extra

extra de elect.cauſam quæ. Quid ſi nullus de collegio vult recipere vices ipſius abſentis. Dic vt infrà capitulo xiij.

Adde ad primum dictum Abb. & Philip. de Peru. in d.c.conſtitutus,& tex.in d.c.ſi quis iuſto,§.fi.& ibi glo.& omnes Doct.eo.lib.vj & Abb.in d.c.quia propter,§. illud, in ſecundo nota.& Bart.de fir. vbi ſuprà verſi.Item verum ſi vocem.

k Excommunicatus.Excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus non poteſt procurator cõſtitui ad eligendum, vt notatur in glo.communi extra de cõcep.Apoſtolicę, quinimo & in alijs negotijs repellitur excommunicatus à procuratione, extra de proba. poſt ceſſionem. *Excommunicatus non poteſt eſſe procurator.*

Adde Abb. & Fely.in iuribus hîc alleg.maximè in c.poſt ceſſionem per Fely.columna vj. verſicu.prima concluſio,&c.

l Perſona talis.Vt puta laicus, qui non debet in electionibus intereſſe,extra eod.maſſena,nec ſe intromittere de alijs ſpiritualibus negotijs, extra de arbitris contingit, extra de iudicijs decernimus xvj.quęſtione vij.laicis.

Adde hic Fely.in c.Apoſtolicę, colu.iiij.verſi.tene mente.de except. Et an ille,qui ex defectu ordinis,vel alia cauſa non habet vocem in capitulo ſuo nomine, poſſit eam alieno nomine habere, ſi inſtituatur procurator abſentis,Ioan.Bapt. in repe.l.omnes populi, certa.xx.colum.j.verſicu.ſecundo quæritur, ff.de iuſtitia & iure.

## Qualiter impeditus procuratorẽ conſtituẽs, de impedimento fidem debet facere

## CAP. XI.

*Quia de impedimento abſentis fides debet,vt eſt dictu,fieri,ſi opus fuerit. a iuramẽto neceſſe eſt,quòd vel iuret per ſe cõſtituens, vel*

*procuratori ſuo, quem ad eligendum ordinat, ſpecialiter id committat*, b. *aliàs non reputabitur ſufficiẽs procurator. Sanè hoc iuramentum duo capitula continebit, ſ. quòd conſtituens erit, vt credit electionis tẽpore* .c. *bona fide ac ſine fraude infra fines ad vocandum abſentes pro electionibus deputatos*. d. *fines ipſos ſpecialiter exprimendo*. e. *Item, quòd impedimento tali tenetur, propter quod non poteſt modò in electionis negotio intereſſe, & credit, vel dubitat, quòd eodem impedimento tenebitur, cùm electio ipſa fiet*. f. *hæc autem intelligas eſſe vera, niſi totum capitulum* g. *vel pars maior remiſerit huiuſmodi iuramentum. Cùm enim iuramentum ipſum propter incredulitatem capituli, & in eius fauorem extiterit introductũ, benè poteſt huic fauori renunciare totum capitulum, vel pars maior capituli, etiam cõtradicente parte altera, prout aliqui aſſeuerant. Cæterùm vbi conſtituẽs per ſe iurat in inſtrumento ſuper procuratione confecto*. h. *conſcribi faciat, qualiter præſtitit iuramẽtum, aliàs niſi per hunc modum, vel alium de iuramento præſtito fiat fides, præſentes procuratorem admittere non tenentur.*

*Opus nouum denuncians, iuret de calumnia.*

QVia de impedimento, &c.

a Si opus fuerit. Id eſt, ſi exigatur ſecundum Innocen. & Hoſt. vt notatur per eos extra eod. quia propter, §. illud an ei ſit opus relinqui arbitrio capituli. Sic qui denunciat nouum opus, debet iurare, qui non calumniæ cauſa denunciat, ſi ab eo exigatur huiuſmodi iuramentum, aliàs non tenetur iurare, ff. de noui operis nunciat. l. de pupillo, §. qui opus.

Adde

Adde ad primum dictum, quòd hodiè talis impeditus conſtituens procuratorem debet contritus cōfiteri & communicari, quemamodū cæteri eligentes ſecundū prag. eo. §. Idemq́; iuramentum, & ad vltimū dictum Albe. de Roza. Ludo. de Ro. Alex. Paul. & Iaſ. in d. §. qui opus.

b Committat. Poteſt enim conſtituens per ſe iurare, ſi voluerit, vel procuratori ſuo committere, vt iuret, & tunc etiam ipſe iurare intelligitur. Quia quæ per aliū facit, per ſe facere videtur, extra de ſen. excom. mulieres. ff. de admi. tu ita autem, §. geſſiſſe. xv. q. vj, conſuetudo, l. fina. aliàs niſi conſtituens per ſe iuret, vel procuratori ſuo ſpecialiter hoc committat, non eſt ſufficiens procurator, vt ſtatim ſequitur.

Adde, quādo quis poſſit iurare per procuratorem, Paul. de Leaza. in c. fin. de iureiurando. lib. vj. & Dominicus in c. vt circa eod. lib. vj. Ludo. de Ro. in ſuis ſin. folio j. & Felyn. in c. licet ex quadam, col. ij. verſi. in tex. ibi. de teſti. & glo. infrà e. capi. lix. forma. vj in verbo ac iurandi. Secus eſt, quod dicitur hic in electione Papæ: nam Cardinalis abſens non poteſt conſtituere procuratorem, tex. in capit. vbi periculum, §. ſanè, & ibi Pet. de Anc. & Philipp. Franc. e. lib. vj.

c Electionis tempore. Sic ſuprà capi. proximo, vbi de hoc.

d Deputatos. A iure vel conſuetudine, quod dic, vt ſuprà cap. v.

e Exprimendo. Non ſolum enim debet ſecundum Innoc. & Hoſtien. ponere in ſuo iuramento verba iuris dicēdo, infrà fines vel in loco, vnde vocari debet, aut iuſto impedimēto tenetur, ſed debet ponere factum, exprimendo locū ſeu fines & impedimentum, vt notatur per eum, extra e. quia propter, §. illud. Fit autem hæc expreſſio, vt per hoc appareat, an ſit in loco, vnde vocari debeat, vel non, & vtrum ſit impedimentum legitimum, nec ne, & ſic admittatur vel repellatur.

Adde B. & Abb. Sic. in d. ca. quia propter §. illud.

f Fiet. Suprà, c. proximo, dic vt ibi.

*Iuramentum per quod probatur impedimentũ abſentis canonici, poteſt per capitulum remitti.*

g Totum capitulũ. Cùm hoc iuramentũ ſit introductum in fauorẽ capituli, & propter eius incredulitatẽ, vt ſequitur, & ar. ex. e. ſignificaſti. nõ eſt mirum capitulũ, ſi poteſt remittere ipſum. Nam quilibet poteſt renunciare fauori per ſe introducto, ex. de regul. ad Apoſtol. C. de leg. quod fauore, imò & ſi conſtaret capitulo, ꝙ is, qui procuratorẽ conſtituit, nõ eſſet in loco, vnde vocari debeat, nec haberet aliquod impedimentum, nihilominus poſſet admittere procuratorẽ ipſum, ſi vellet, ar. ex. e. cũ Vinton. & c. ſcriptũ, & lxiij. di. obeuntibus. Nã & in penitus extraneũ poſſet totũ ius eligendi tranferre ex. e. cauſã quę, ergo multo fortius vocem vnã dare, ar. ex. de offi. deleg. paſtoral. §. item cùm totum. Quod aũt ſequitur, quòd maior pars poteſt ſimiliter hoc iuramentum remittere, minori parte contradicente, verum eſt, ſecundum Innocen. etiam ſi minor pars ſe offerat probaturam corã ſuperiore, quòd conſtituens nullũ impedimentum habet, imò & ſi ſciat pars maior, quòd ille nullũ habet impedimẽtum, nihilominus admittet procuratorẽ ipſius, ſi voluerit, ar. ff. ad munic, quòd maior extra de his, quæ fin. ama. per cap. cum in cunctis, B. com. diſtinguit, & probabilius, vt puto. Quod autem reuocatur in dubiũ de impedimẽto abſentis, aut nõ ſit reuocatur in dubiũ; ſtabitur arbitrio maioris partis tam ſuper iuramento non præſtando, quàm procuratore admittendo, etiam ſi minor pars contradicat, & ſe probaturam offerat: quòd nullo impedimento detinetur, ar. prædictæ, l. quòd maior, & dic. de. cum in cunctis. Nam in hoc caſu magis expedit contradictionem minoris partis non admittere, quã occaſione probationum electiones impediri. Si verò non reuocatur in dubium, vt quia capitulũ vel pars maior ſcit, ꝙ ille nullum impedimentũ habet, tunc non poteſt maior pars eum admittere, minori parte con-

contradicente, ſic nec aliquem penitus extraneum admittere,ar.ff.com. di.Sabinus, ſed ea non contradicente,poteſt arg.iurium prædictorum,quòd maior & c.cum in cunctis,& c.ſcriptum & c.cum Vintonẽ. De his plenè notatur per Innocen.& B.com. extra c. quia propter, §.illud.

Adde ibi Abb. ſic in vltima quæſtione, vbi indiſtinctè tenet contrarium,quòd minor pars etiam vnus poſſit contradicere, vt ibi vide per eũ & moder.

h Confecto. Forma, ſecundũ quã conficiendum eſt inſtrumentũ procuratoris,& præſtãdum iuramẽtum vel committendũ,ponitur infrà,c.lix forma, vj.

## Vtrũ poſsint procuratores conſtituere hi,qui in ciuitate,vel clauſtro electionis tempore ſunt præſentes. CAP. XII.

*NOn ſolum, qui eſt extra ciuitatẽ,quo ad hoc,quòd poſſit electionis negotio procuratorẽ conſtituere,intelligitur eſſe abſens,ſed et ille, qui eſt in eadẽ ciuitate, vel clauſtro, vbi debet electio celebrari,q. nõ poteſt impeditus legitimè ad capitulũ vel ad locũ,vbi faciẽda eſt electio,cõmodè cõuenire,* a.*vt q. a forſan infirmatur,* b.*vel habet inimicitias capitales,* c.*aut alio quouis impedimẽto,* d.*canonico detinetur.*

NOn ſolum qui eſt, &c.

a Conuenire. Licet is,qui eſt in hortis intelligatur eſſe preſens.ff.de procur.l.præſens & is etiam, qui eſt intra continentia vrbis.ff. de verſicul. ſig. colleg. tamen in hoc caſu ille intelligitur eſſe abſens, qui non poteſt ad locum venire, vbi eſt electio faciẽda,ff. de ver.ſig.l.abſente, vt notatur per Inno.Hoſt.& B.Com.extra eo. quia propter,§.illud. *Præſens quis intelligatur.*

Adde

Adde ſingulariter Alex. in addi. ad Barth. in d. le. præſens. & in l. in teſt. ff. de ali. & cib. le. & Paul. de Leaza. & Cardin. de Zab. in cle. cauſam eod.

b Infirmatur. Sic grauiter, quòd ad capitulum venire non poteſt. v. quæſtione. iij. ſi ægrotans, extra de procur. querelam, ſecus, ſi tam leuem patiatur infirmitatem, quòd ea non obſtãte benè poteſt venire, ſi vult, tunc non excuſatur, ſi non veniat, ff. de re. iudic. l. quæſitum.

*Infirmitas non ſemper excuſat.*

Adde Bar. per illum tex. & Ioan. de Pla. & Luc. de Penna, in l. fi. C. de lega. li. x. & no. in c. vno de cleric. non reſi. li. vj. & tex. & gloſ. in c. ſi quis iuſto, in verbo detentus, & ibi Philipp. Franc. eod. li. vj. & gloſ. infrà, eo. c. xlix. verbo requirere, & c. lix. forma vj. in ver. infirmitatem.

c Capitales. Extra de ap. ex parte, ff. de iud. ſi locus xxxiij. q. ij. ſiue.

d Impedimento. Puta quia eſt obſeſſus in aliquo caſtro, ſic quòd non poteſt inde recedere. de com. di. iiij. hi, qui vel eſt vocatus ad maius tribunal, ff. de re iud. l. contra pupillum, de hoc notatur extra eodem, quia propter, §. illud.

Adde quæ dixi in lib. conſuet. Biturigum. de iuriſdic. omnium iudic. §. xviiij. in glo. ij. folio xxiij.

## Si de impreſsione probabiliter dubitetur, an abſentes procuratores cõſtituere teneantur. CAP. XIII.

*SI in electionis negocio pro eligenda, a. certa perſona impreſsio ſiue violentia fieri timeatur, b. abſentes venire ac procuratores conſtituere non tenentur, c. ſed vel p̃ſentes debẽt ad aliquẽ tutum locum, vbi abſque metu poſsit fieri libera electio, d. cũ ipſis abſentibus conuenire, aut ad electionẽ*

non

*non procedere, quouſque impreſsionis vel violentiæ metus ceſſet. Et non current interim tempora, e.quæ ad eligendum ſunt à canonibus definita, cùm ſint impedimento legitimo præpediti: ſi verò proceſſerint, electio non valebit.f.*

SI in electionis, &c.

a Eligenda. Vel poſtu. extra e. bonæ.

b Timeatur. Ita, quòd talis ſit metus, qui poſſet cadere in conſtantes, aliàs non excuſaret vanus metus, extra quod metus cauſa, c.j & c.cum dilect. ff. ꝙ metus cauſa l.metum.

Adde Bar. Bal. & Doct. in d.l.metum & Fely. amplè in c.cauſam matrimonij de offi. deleg. & in c.veniens in j. & ij.c.cũ locũ de ſpon. & plenè Bal. in tra. ſciſmatis, quem ponit poſt tit. ſi quis aliquod teſti. prohi. Imol. Doct in c.licet de euictanda. e. ti. & prohi. Franc. in c.vbi periculum, §. præterea, in vj. notabili, e.li.vj.

c Non tenentur. Contrà, extra eod. quia propter, §. illud, vbi dicit, ꝙ impeditus debet cõmittere alicui de collegio vicem ſuam. So. cùm quis habet proprias inimicitias, poteſt procuratorem conſtituere, & niſi conſtituat, alij ꝓcedere poſſunt, extra eo. ꝙ ſicut. Si verò non propter inimicitias proprias, ſed quia timet ꝓbabiliter, ꝙ electio nõ poſſet fieri purè ac ſine vitio & violentia, fortè quia eſt aliquis tyrannus paratus ad violentiam & impreſſionẽ faciendã, tunc non tenentur conſtituere procuratorẽ, vt hic dicit, & extra eod. c. bonę, j. nam ſicut abſenti, ſi veniret, ſic & procuratori violentia poſſet inferri. Vnde quia liber debet eſſe in electione conſenſus. viij. quæſt. ij. dilectiſſimi. non tenetur conſtituere procuratorẽ, ſed in primo caſu, licet ipſe venire nõ audeat in perſona propria, poteſt tamen liberè procuratorẽ mittere, qui liberum in electione habebit conſenſum. *Electio debet eſſe libera.*

Adde Bal. in d.c. quia propter, in fin. & Ab. in d. §. illud.

illud. Sed an tunc poſſit dare vocem per literas, dic ꝙ non c. ſi quis iuſto. & ibi Domin. & Phili. Franc. in §. porro, e. li. vj. & And. Barb. in c. quamuis in ij. notab. de offi. deleg. & Lud. de Ro. in ſuo ſing. incip. abſens, folio xxij. col. ij.

d Libera electio. Quia in electione liber debet eſſe conſenſus, vt dixi ſupra in glo. proxi. Si non poteſt liberè fieri electio in loco conſueto, ire debent præſentes ad locum alium, vbi poſſunt liberè eligere cum abſentibus, vt xxiij. di. in nomine Domin. extra eod. bonæ, j. vel ſi nolint ire, ad minus, procedere non debent ad electionem, nec interim durante hoc impedimento curret eis tempus, ſicut hic dicitur, & eſt ar. ad hoc extra, ne pro defectu. De hac materia, & quando præſentes ire poſſunt ad abſentes, vel nõ, notatur plenè per Inno. Hoſtien. & B. com. in dic. dec. bonę, j.

*Electio ſi nõ poßit liberè in loco conſueto quid iuris.*

Adde, quòd vbi actus nõ poteſt in loco deputato, debet fieri in loco magis propinquo tex. in c. vbi periculũ, §. porro, & ibi Dominic. in prin. & Philip. Fran. in §. ſanè, in vlt. not. e. tit. li. vj. & Lud. de Ro. in cõſi. cccciij. & glo in c. xix. verſi. aut alio in loco infra eo.

e Tempora. De quibus agitur ſuprà, c. j.

f Non valebit. Nam ſi eligunt illũ, pro quo fiebat impreſſio, nulla eſt ele. ex. c. quiſquis, & c. bonæ, j. Si alium, tunc non eſt nulla, ſed annullanda: ſi ipſi abſentes contemptum ſuum perſequãtur, extra c. quòd ſic, de hoc not. per Inno. & B. com. in d. c. bonæ, j.

## Si nullus vult abſentis vices recipere, vel eis receptis forſitan impeditur, an abſens iterũ ſit citandus. CAP. XIIII.

*SI citatus abſens committat alicui, a. de collegio vices ſuas, qui recuſet, b. eas ſuſcipere, ,vel eis ſuſceptis forſitan moriatur, aut alio impedimento canonico teneatur, capitulum non tene-*

*tenetur abſentem ipſum citare, ſicuti nec vocaret ipſum, nec etiam expectaret, c. ſi eum perſonaliter venientem in via contingeret impediri: ſufficit etenim capitulo, vt abſentes ſemel conuocet, d. licet illi venire nequeant, ſiue nolint. e. Sanè vbi nullus abſentis vices vult recipere, procurãte. f. capitulo, vel maiori parte capituli, fraudulenter tunc abſens poteſt agere de contẽptu, & petere, vt electio irritetur, aliàs fraudulẽti de fraude ſua cõmodum reportarent.*

SI citatus, & cætera.

a Alicui. Sed nunquid poteſt pluribus committere? Non videtur, extra eod. quia propter, §. illud. vbi videtur, quòd vni committat. Vincẽ. dicit, quòd poteſt ar. de offi. deleg. cùm te conſulente, dum tamẽ vtriq; cõmittat inſolidum, & tũc erit occupãtis melior cõditio, extra de procu. non iniuſtè, ſi aũt neutri committeret inſolidũ, non eſſent ſimul admittendi, quia res eſſet ſine exitu, ſi eos contingeret diſcordare, ff. de arg. item ſi vnus, §. principaliter, ſed nec vnus ſine alio quicquam facere poſſet, licet ſecus in duobus tutoribus ſeruetur, ff. de adminiſtr. tut. decreto. hoc notatur per B. com. extra eodem, quia propter, §. illud.

Adde ad totum hoc c. & glo. tex. in c. ſi quis iuſto, & ibi omnes Doct. inſuper Dom. & Philip. Franc. eodem libro vj. & Bald. in dicto cap. quia propter, in fi. vbi vide de pluribus procuratoribus inſolidum & eligendum conſtitutis, & quod voluit Calder. conſil. iij. eodem titu.

b Recuſet. Nunquid poteſt cõpelli? Non, ſecundũ Hoſtien. vt notatur per eum, extra eo. quia propter, §. illud, ar. C. de ꝓcu. inuitus, & Inſti. man. §. mandatũ. Quid ſi nullus de collegio vult recipere vices abſentis, nunquid poteſt extra committere? Non videtur, vt in-

*Canonicus abſens an poßit extraneũ conſtituere, quãdo nullus de collegio vult vices ſuas ſuſcipere.*

vt innuitur in d.§. cùm dicitur committat vni de collegio, quaſi dicat nõ extraneo. Et in hac opinione eſt ibidem Hoſtieſ. ſuper verbo de collegio. Sed credo, ꝙ poſſit, & capitulum talem procuratorem poteſt recipere, ſi vult, quia hoc non eſt de ſubſtantia, vt procurator ſit de collegio, ar. lxiij. diſtin. obeuntibus, & extra eo. cauſam quæ, & facit, quod notatur ſuprà c.xj. in glo. cùm hæc. Si verò capitulum non vult eum admittere, non tenetur, & imputet ſibi is, qui procuratorem in collegio inuenire non poteſt.

Adde tex. glo. & Docto. in d. capitu. ſi quis iuſto, & Bart. de firmo, in tertia parte lib. j. quæſt. xiiij. verſi. & ſciendum, & gl. in prag. eo. §. idemque iuramentum, in verbo caſibus circa medium, & quæ notant Dyn. Barthol. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. vnum ex familia, in prin. ff. de lega. ij. Abb. & Doct. in c. ſcriptum, colũ. iiij. verſi. glo. in verſi. per alios, eo. titu.

c Expectaret. Secundum B. com. vt notatur per eũ, extra e. quia propter, §. illud, aliàs poſſet eccleſia magnum damnum incurrere per moram, quod eſſe non debet, extra eodem, ne pro defectu, & capitu. cùm inter vniuerſas.

d Semel conuocet. Contrà, lxiij. di. plebs, vbi habes, quòd abſentes ſunt ſæpè citandi ad electiones, vt notatur extra eo. cùm nobis olim. Dic ſecundum Innocen. Hoſtien. & B. com. quòd illud fuit de gratia, vt notatur per eos, eo. titu. cùm inter vniuerſas.

e Siue nolint. Extra eo. quòd ſicut, §. ſi autem, & c. eccleſia.

*Canonicus à concanonicis impeditus poteſt agere de contemptu.*

f Procurante. Quia fortè inter ſe conuenerunt, vt nullus vices abſentis recipiat. Idem eſſet, ſi principalem venientem fecerint in via detineri, nam in his caſibus & ſimilibus agere poſſent, abſens de contẽptu, vt ſequitur, & notatur per B. com. extra eod. quia propter, §. illud, & eſt arg. ad hoc bonum extra de offi. de lega. paſtoral. §. fin. extra de conceſ. præb. poſtulaſti, & ff. de eo, per quem fa. infrà eod. l. §. ſi reus, & l. ij. In

ele-

electionibus enim omnis fraus debet ceſſare, extra eo.cùm dilectus,& j.quæſt.j.ſi quis neque.

Adde glo.in prag.eo. in di.§.idemq; iuramentum.

g Reportarent. Quod eſſe nõ debet,extra de teſt. offi.& cap. requiſiſti,ad fin.& ff.de eo,per quem fac. erit,l.ij. Sed quis probabit hanc fraudem? Dic,ꝙ ille, qui allegat eandẽ, ff.de probat. quotiens,§.qui dolo.

## Vtrum procurator ad eligendum datus, valeat poſtulare,vel alium ſubſtituere, ſi fuerit impeditus.

### CAP. XV.

*IS, qui ad eligendum conſtituitur.*a. *procurator poteſt etiam poſtulare.*b. *Item poteſt cõpromittere,ac per quãlibet iuris formam procedere.*c.*niſi de perſona certa.*d.*poſtulanda,vel eligenda mandatum habeat ſpeciale, quia tunc intelligitur ad ſolam formam ſcrutinij conſtitutus.* e. *& ſi per formam aliam procederet, non valeret.*f.*poteſt etiam,licet aliqui contrà dicant,procuratorem alium ſubſtituere.*g.*loco ſui, ſi fuerit legitimè impeditus ad inſtar procuratoris ad negotia conſtituti.*h.*etiam ſi de ſubſtituendo alio mandatum non habuerit ſpeciale.*

IS,qui ad eligendum,&c.

a Cõſtituitur.Simpliciter, ſecùs,ſi ſub certa forma, vt ſequitur.

Adde, quid ſi mortuus eſt canonicus, qui procuratorem conſtituerat, an procurator ceſſare debeat, Docto.in c. quia propter eo.Ioan. And. Archi. Pe.de Anch.Domin.in c.ſi quis iuſto, §.porrò,& ibi Philip. Franc.verſ.in ca.glo.in fin.eod.libro,& Doct.in cle.

fin. de procuratorib. & Do. de Ro. in deciſio. ccclxxvj. cum ſequenti titulo de procurato. in nouis.

b Poſtulare. Extra eo. in cauſis, extra de renuncia. capitul. poſt tranſlationem. Sed nunquid & contrà, qui poteſt poſtulare, poteſt eligere? Non ſecundũ Innocen. arg. ff. de ritu nup. l. generali, & notatur per eũ extra eo. innotuit. B. dicit, quòd poteſt, vt notatur in glo. communi. in decreta. prædic. poſt trãſlationem, in principio.

Adde glo. inf. eod. ca. xlvij. & quæ dico ibi. Et vtrũ vox poſſit præſtari per procuratorem per oẽs ſcrib. in d. c. quia propter, §. fin. & Frede. de Zenis, conſilio ciiij. & Docto. in c. ſi quis iuſto. eo. lib. & Bar. Bald. & Ludo. Bolog. in ſecundis interpreta. in l. ſi is, qui Stichum, ff. de procuratoribus.

*Indefinita æquipollet vniuerſali.*

c Procedere. Ex quo fit conſtitutus ſimpliciter totum ius conſtituentis eſt tranſlatum in ipſum, argumen. extra de offi. deleg. venerabili. Nam indefinita ęquipollet vniuerſali, xix. diſtinct. ſi Romanorum, extra de priuile. quia circa, ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. l. ſi ſeruitus. Et nota, quòd procurator iſte duplicem vocem habebit, ſi eſt de capitulo: vnam nomine ſuo, & aliam nomine illius, cuius eſt procurator, extra de appell. conſtitutus, & extra eodem ſcriptum eſt, & capitul. congregato, & notatur eodem titulo, quia propter. Sed nunquid poterit conſentire in vnum nomine ſuo, & in alium nomine alterius, cùm proceditur per viam ſcrutinij? dic quòd ſic, ſi ſit datus ad certam perſonam, poteſt vnum nomine ſuo, & alium, de quo eſt ſibi mandatum nomine alterius nominare: quia tunc non ipſe, ſed is, qui mandauit illum nominare, intelligitur argu. extra de ſenten. excommunic. mulieres, ff. quòd cuiuſque vniuerſi. l. item eorum, §. ſi decuriones. Si verò ſit datus ſimpliciter, poteſt etiam ſecundum Hoſtienſ. conſentire in diuerſos. Innocent. & B. Comp. dicunt, quòd non poteſt, quod credo verius, argum. xlv. diſtinct. ſicut non

*Procurator ad eligendũ, ſi eſt canonicus, an poſſet in diuerſos conſentire.*

ſuo

ſuo,& ff.de leg.ij.l.neminem. Nam ſi in diuerſis conſentiret, votum vtrunque videretur incertum, cùm non appareret, vtrum plus declinaret in iſtum, quàm in illum, & ita non valeret argum. extra eodem, in electionibus, libr.vj. De hoc notatur per Docto. extra eod. quia propter, §. illud. Iſta opinio eſt hodie approbata, per capit. ſi quis iuſto. §. porrò, eodem titulo, libro ſexto.

Adde ad prin.glo. quòd indefinita æquipollet vniuerſali, Dyn. & quæ ibi dixi in addit. in prohe. de regul. iur. libro vj. & Archid. Dominic. Pet. de Anch. & Philip. Fran. in c. vt circa, eo. lib. vj. & Alex. conſil. cx. volum. j. & Oldra. conſi. c. Et quo ad alia notata hic & in ſequen. glo. tex. glo. Archi. Domini. Pet. de Anc. & Philip. Franc. in dicto c. ſi quis iuſto, §. porrò, & gl. in pragm. eod. §. idemque iuramentum, in verbo certam, cum ſequen.

d Perſona certa. Quod de iure poteſt fieri, ſecundũ Inno. Hoſt. & B. Com. vt nota. per eos, extra eod. quia propter, §. illud. Vincen. tamen dicit cõtrà, eo. ti. congregato, ſed primũ verius, cũ enim prædic. ca. qa propter ſeruare voluerit, ius abſentis nõ benè ſeruaretur eidem, niſi poſſet nominare certam perſonam.

e Cõſtitutus. Secundum Inno. & Hoſt. & B. Com. arg. ff. de pecul. licet, §. ſi ſeruus, & not. per eos, extra eo. quia propter, §. illud.

e Non valeret. Cũ egrediatur fines mandati, qui diligenter ſunt ſeruandi, ff. manda. diligẽter, extra de reſcript. cùm dilecta, & infrà c. xlvj. Aliqui contradicunt per decre. extra de offic. deleg. quoniam apoſtolica, §. is autem. Sed ille, §. non obſtat, quia loquitur in iudice, cui negotium committitur, vt ipſum perſonaliter exequatur, & cuius induſtria ſpecialiter eligitur. Iſtud verò loquitur in procuratore, cuiꝰ induſtria non eligitur, nec ſibi cõmittitur, vt negotium perſonaliter exequatur. Adde ad iſtam glo. & ſequen. tex. glo. Archi. Pet. de Anch. Domi. & Phil. Fran. poſt Io. *Induſtria electa.*

And. in Nouel. eo. lib. & Alex. conſi. xxij. vol. j.

*Arbiter non ſubſtituit, ſed procurator.*

g Subſtituere. Secundũ Vincen. vt notatur per eũ, extra eo. congregato, & idẽ dicit B. Cõ. e. ti. quia propter, §. illud. Sed contrà, inf. eo. xliiij. Dic, quòd aliud eſt in arbitrio, ſiue in compromiſſario, qui non poteſt alij committere vices ſuas, ff. de arbit. l. diem, §. ſtari, & notatur extra de arbitris, cùm dilectus, cũ compromittentes ipſius fidem elegiſſe videantur. Sed in procuratore ſecùs, vt dictum eſt ſup. in proxi. glo.

h Conſtituti. ff. mand. ſi procuratorem, §. ſi mandauerit.

i Speciale. Pone, quòd mandatum ſpeciale habeat ad alium ſubſtituendum, nunquid poterit ſubſtituere, etiam ſi non fuerit impeditus? Credo, quòd ſic, ar. extra eod. in cauſis, in princip. & ille intelligetur eſſe conſtitutus à domino, & non à procuratore, ff. quòd cuiuſque vniuerſi, l. item eorum, §. ſi decuriones, & ff. de ſerui. ru. præ. l. cùm eſſent.

## Quãdo præſentes aliquibus abſentibus poſſunt eligere in termino aſsignato.

### CAP. XVI.

*CVm abſentes vocati legitimè non veniunt ad terminum, nec committũt aliquibus vices ſuas, præſentes poſſunt eligere illorum abſentia nõ obſtante.* a. *dum tamen plures fuerint, quàm abſentes.* b. *Verũ ſi abſentes plures fuerint, quàm præſentes, tunc non poſſunt præſentes eligere, ſed tenentur alios ſaltem vſq; ad finẽ termini, qui à iure ad eligendum ſtatuitur, expectare,* c. *aliàs ſi elegerint, cũ ſit minor pars capituli, facta ꝑ eos electio nulla erit,* d. *in fine aũt termini poſſunt eligere.*

*gere, ne cùm pauci, imò etiã vnus ſolus. e. nõ expectatis abſentibus etiam cõuocatis. f. quia tẽpus à iure præfixum pro præſentibus interpellat.*

CVm abſentes, &c.

a Non obſtante. Extra eo. quòd ſicut.

Adde pulchrè Cepol. Veronẽ. in cautela cxvj.

b Abſentes. Hæc eſt opinio B. in gl. cõmuni, extra eo. cùm nobis olim, & c. bonæ, in hoc concordat Gof. in ſumma eo. ti. & B. Com. in præ. c. cùm nobis olim, & eo. ti. c. quia propter, ſuper verbo maior. Inno. verò dicit, ꝙ oportet ad minus duas partes eſſe præſentes, ff. quod cuiuſq; vniuer. l. nulli, & l. planè, & notatur per eum in prædicta dec. cùm nobis olim, & c. bonæ, j. Idem dicit Hoſti. ibidem, & eod. titu. c. licet, & Ioan. lxiij. diſtinct. quanto. Sed credimus, vt ſufficiat maiorem partem eſſe præſentem, argumentum, extra de his, quæ fiunt à maio. parte, ca. c. j. nam ex quo vocati ſunt, & non veniunt, ſe alienos feciſſe videntur, vt in dicta decretalia, cùm nobis.

Adde Ang. Peruſio in conſilio xlv. Inno. in d. c. cũ nobis olim, & ibi Abb. Sicu. colum. v. ver. ſed dubiũ eſt. & Fely. in c. cùm omnes, col. antep. cum ſeq. verſi. extra glo. de conſti. & in c. j. col. j. verſi. quæ ſit verior de maio. & obe. & Archi. Domi. & Cardin. Alex. in c. quanto, lxiij. col. in verſi. nota ſucceſſiuè, & col. ij. ante fin. Et ſecũdum ipſos opi. Inno. videtur eſſe verior, quòd duæ partes vocandorum ſint præſentes, & per Bar. Bal. & Ang. in l. nulli, & l. planè, hoc allega. & Ab. in cap. cùm inter canonicos eodem, & Ang. Are. in §. ſed ſi ex teſtamento, col. ij. verſic. & aduertas, Inſti. de ſatisda. tu. & Abb. in c. eccleſia, in ij. colum. vij. verſic. ſed quæritur, extra glo. eod.

*Terminus ad eligendũ præfixus, an poſſit mutari à parte capituli.*

c Expectare. De iuris neceſſitate, ſecundũ B. Com. quia maior pars ſiue abſens, ſiue præſens, poteſt mutare terminum à ſe, vel à parte minori, vel à toto capitulo ſtatutũ, extra de his, qua fi. à ma. parte ca. c. j.

ff.ad munici. quod maior,& notatur per eum, ex.eo. cũ nobis olim,& idem dicit Inno.eo. titu. eccleſia,ij. Hoſti. verò dicit ibidem, quòd maior pars mutare nõ poteſt terminum à capitulo ſtatutum ſine cauſa, ſed primũ puto verius, niſi fortè propter termini mutationem eccleſiæ periculum immineret, argum. extra eod. quòd ſicut,§.ſi autẽ,& ſu.c.v. Quid ſi maior pars vocata per minorẽ dicat ſe nolle eligere, vel electioni intereſſe. Dic, quòd tunc pars minor poteſt eligere, argumen. ex. eod. eccleſia,ij. ff. de ſucceſ.edic.l.j.ff.de adult.l. maritus,§.ſi negante, & no. per Bar. in d.decre. cùm nobis olim.

Adde ad iſtam glo. Ab.Sic. in d.c. cùm nobis, col.3. verſi. ſed dubium eſt, vbi idem tenet & gl. in c.j.§.pe. titu. de aucto. ſacr. concil. in verbo abbreuiatio. & gl. in c.xxix. & in c.xlix. inf. eo. & quæ ibi dicam, & Abb. in c. cùm inter vniuerſas, col.j. ver. no. ſecundo, & Io. And. in addi. Spe. eo. ti. §.j. in prin. in. & c. bonæ, in ij. in q. de facto videlicet, quòd ſi die cõcorditer ſtatuta aliqui electores pari numero diſcordent aliquib⁹ volentibus eligere, & alijs terminum volentibus prorogare, & prorogauerunt cõtradicentib⁹ reliquis numero pari, qui ad electionem proceſſerunt. Et alij termino per ipſos prorogato citatis primis alium elegerunt, vbi tenet primam electionem valere, & non ſecundam, cùm prorogatio termini aſſignati nõ poſſit fieri, niſi per maiorem partẽ capituli, cuius verba fuerunt Do. Oldr. de laude in conſi. cxxij. inci. citato capitulo, & idẽ Bar. de fir. in tra. de epiſcopo, in iij. parte, lib.j. quæſt.xxij. & Nico. Mil. in ſuo reperto. in litera electio quando, &c.

*Electio minoris partis eſt nulla.*

d Nulla erit. Extra eod. auditis, nec ratificari poterit à parte maiori, quia quod nullum eſt, ratificari nõ poteſt, vt ibi dicitur, & ff. de regulis iuris, l. quod ab initio decima ſexta, quæſtione tertia, §. poteſt. Hoſti. dicit extra eodem eccleſia, ſecundo, quòd electio à minore parte facta non eſt nulla, ſed annullanda: ſi

contem-

contempti ſuum proſequantur contemptũm, vnde poſſunt eam ratificare, ſi volunt argumẽ. extra eod. titul. quòd ſicut, §. autem, ſed primùm verius, vt colligitur in dicta decre. auditis, & hoc tenent B. Innoc. & alij doctores. Non obſtat decretalis, quòd ſicut, quia ibi non fuit facta electio à minori parte, ſed à maiori, & ideo, quia non erat nulla, ratificari potuit à contemptis.

Adde Abbatem in dicto capitu. cùm nobis, col. j. & pen. & in capitulo auditis eodem titu. & Bar. de firm. vbi ſuprà quæſtione xxv. intellige, prout notat Bald. in l. ſi vxorem, columna ſecunda, C. de conditio. inſer. & quæ dixi in capitu. quinto, in verbo voluerint, & glo. in capitu. xxxiij. in verbo conſentire, & in verbo ſi voluerint.

e Vnus ſolus. Secundum Innocen. Hoſt. & B. Cõ. vt notatur per eos, extra eo. cũ nobis olim, nam cecidit in eũ tũc ius eligendi, ar. xlv. di. c. fi. ff. ꝙ cuiuſque vniuer. l. ſicut, & hoc intelligo eſſe verum, ſiue vocati fuerint abſentes, ſiue non, dũ tamẽ ſciuerint eccleſiã vacare, tunc enim habet locum ratio, quæ ſequitur, quia tempus, &c. aliàs ſi non ſunt vocati, nec ſciunt eccleſiam vacare, non currit eis tempus, extra de conceſ. præb. quia diuerſitatem, vnde in hoc caſu non eligeret vnus, nec etiam minor pars, cùm ius eligẽdi non ſit penes ipſam, maiori parte ignorante.

Adde glo. & quæ ibi dixi, ſu. eo. c. j. in gl. pen. & c. ix. in verbo vnius, & Car. Alex. in c. fin. lxv. di. & Bar. in d. l. ſicut, §. ſi vniuerſitas, & Ang. de Claua, in ſua ſumma, eodem titu. §. j.

f Conuocatis. Ex quo commodè vocari non poſſunt, extra eod. quòd ſicut. §. ſi autem.

Adde, an electio à maiore tertia parte capit. de. xj. ſuſtineatur, ſi concurrat cum poſtulatione facta per quatuor capitulantes, & à minori parte duabus capituli partibus, Ludo. de Ro. in conſilio cccclxxxiij. qui tenet, quòd ſic.

g Interpellatur. Per hoc ſatis colligitur, quòd iſtud ſit intelligẽdum de his, qui ſciunt eccleſiam vacare, aliàs quomodo tempus interpellare abſentes ſimile, extra de loc. potuit. C. de contrahend. & cõmit. ſti. l. magnam.

## Qua hora diei præfixę venire tenentur hi, qui pro electionis negotio ſunt citandi.

## CAP. XVII.

*LIcet is, qui citatur, vt certa die coram iudice debeat comparere, nequaquã (cùm eidem tota die cedat) cõtumax reputetur, dummodo cõpareat ea hora, qua poſſit perfici, quod incumbit.* a. *In electionibus tamen, in quibus ſobrietas erigitur et cõſueuit miſſa ſancti ſpiritus celebrari.* b. *niſi abſentes manè veniant.* c. *in die, quẽ eis extitit aſſignata, præſentes poſſunt procedere illorum abſentia non obſtante. Conſultius tamen facient, ſi vſq; in mane diei ſequentis duxerint expectandum,* d. *& ſi tunc nõ venerint, procedant eis vlterius non vocatis.*

LIcet is, qui citatur nõ expreſſa certa hora. Aliàs teneretur comparere hora in citatiõe expreſſa, arg. extra de dolo & con. actor. lib. vj.

a Incumbit. Extra de offi. dele. conſuluit.

b Celebrari. Inf. c. xix. vbi de hoc notatur.

c Manè veniant. Hora illa, qua conſueuit capitulum celebrari, ſecundum B. Com. vt no. per eũ, extra eod. cùm nobis olim.

Adde Spe. e. ti. §. j. col. ij. ibi Io. And. in addi. verbo diẽ, vbi idẽ tenet, & latiꝰ Inno. Io. An. Bal. & Ab. in d. c. cùm nobis, col. vlt. in hac materia. Nam citatus ad certum actũ debet adeſſe hora, qua ille actꝰ ſolet expe diri,

diri, vt no. Abb. & Felynus, c. conſuluit de officio delega. Barth. ibi Alexander in additionibus in l. aut qui aliter, in princ. & §. j. & l. fin. ff. quod vi, aut clam. & Ang. Are. in §. omnis ſtipulatio inſti. de verbo oblig. & Cepol. Veronenſis in cautel. cxvj. & Bal. in l. ſi vt proponis in ſecunda colũna. C. quomodo & quando iudex, & Bartholomęus de firmo, in tract. de Epiſcopo, in tertia part. lib. primo, quæſtio. decimaſeptima, & Bart. in conſi. c. lxvj. incipiente, pluries contingit, & ibi Bernardus Landrinus in additionibus.

d Epectandum. Dum tamen non expiret tempus, à iure ſtatutum ad eligendum, ſecundum Innocen. Hoſtiẽ. & B. Com. vt notatur per eos ex. e. cum nobis olim: tunc enim non tenerentur expectare, ſuprà ca. proximo vbi de hoc, quia eo elapſo, non poſſent eligere, extra de ſupp. ne. prę. licet, & ſuprà, c. j. idem eſt, ſi ſit periculum in mora, quia nec tunc expectare tenentur, ſupra ca. v. vbi de hoc.

Adde tex. in c. in cauſis ibi tota die, & Bal. ibi. col. j. e. tit. & Bartho. de firm. vbi, ſuprà q. xviij. & quæſt. xliij. cum ſequen.

## Si præfixus terminus prorogetur, an abſentes, qui citati fuerant, iterum ſint citandi.

## CAP. XVIII.

*SI non fiat electio (ſicut contingit aliquando) termino conſtituto, a. ſed ad eligendum, terminus alius aſſignetur, hi, qui vocati fuerant ad primum terminum, nec venerunt, b. de rigore iuris non ſunt (licet quiddam dicant contrarium) vlterius euocandi, nam vna citatio ſufficit in hoc caſu, c. quippe ſi vocari abſentes in ſingulis terminorum*

*præfixionibus oporteret, magnum poßit vacantibus eccleſijs periculum imminere. d. Vt tamen opinionũ diuerſitas. e. euitetur. f. conſulimus, quòd in citatione abſentium doctrina tradita ſuperius. g. obſeruetur, tunc enim abſque citatione alia ſecurè poterit procedi, ipſorum abſentia non obſtante.*

SI non fiat, & cætera.

a Conſtituto. Quia forſan nequeunt concordare, vel volunt abſentes expectare.

Adde glo. inf. eodem capitulo xlix. & quæ ibi dico in addi. & ſuprà eodem c. v.

b Nec venerunt. Quid ſi vocati venerunt ad terminum, ſed receſſerunt, antequam facta eſſet electio, vel ad alium terminum prorogata. Dic ſecundũ Inn. & Hoſtien. quòd non ſunt vlterius vocandi, nec enim debuerunt recedere, quouſque facta eſſet electio, vel prorogata ad alium terminum, vt notatur per eos, extra de offic. delega. conſuluit, & fecit ad hoc xviij. diſt. ſi quid arg. & extra de iudic. c. j.

*Abſentes ſi venerint ad terminũ, ſed poſtea receſſerũt, an ſint iterũ citandi.*

Adde Spe. e. §. j. col. iiij. & Bartho. de fir. in ſuo tra. de epiſcopo in iij. parte, li. j. q. vij. ver. & nota. quòd ſi vnus, & gl. ſu. eo. c. v. & ibi in addi. pe. & Ab. in c. cùm nobis, col. pen. verſi. ſed dubiũ, & Fely. in c. cũ omnes, col. ante. cum ſeq. conſti. & glo. in ca. xxiiij. in verbo circa, infrà eo. & Philip. Franc. in cap. vbi periculum §. ſanè, in princip. eod. lib. vj. & Abb. Sicu. in ca. eccleſia, in ſecundo, col. iij. verſi. in glo. j.

c In hoc caſu. Contrà, lxiij. diſtin. plebs, vbi dicitur, quòd abſentes vocandi ſunt ſæpè ad electionem, & notatur in gloſa communi, extra eo. cùm nobis olim. Dic ſecundum Innocen. Hoſt. & B. Comp. quòd illud fit de gratia, vt ibidẽ notatur per eos. Itẽ cõtrà, xxiiij. q. iij. de illicita, vbi innuitur, quòd ſunt tres citationes faciendæ, vel vna peremptoria pro omnibus. Sed illud & alia conſimilia locum habent in iudicijs,

in ele

in electionibus verò ſufficit vna ſola, vt hic dicit. Nec requiritur quòd ſit peremptoria ar. extra eod. quòd ſicut & c. bonæ, ij. & notatur per prædictos Doctores in c. cùm nobis olim.

Adde, quòd idem tenet Abb. Sicul. in dicto c. cum nobis, columna penultima verſi. an autem duæ partes & in c. in cauſis, colum. iij. poſt principium & Bal. in cap. eccleſia in ij. colum. in verſicul. ſecundo notaeo. Quid ſi prior generalis citauit, vt certo termino conuenirent fratres, & religioſi Venetijs ad generale capitulum. Qui ante aduentum deceſſit, vtrum illa citatio, quæ fuit facta pro reformatione morum ſufficiat ad electionem futuri generalis, vel noua requiratur. Petrus de Anchar. in conſil. ccccvj.

d Imminere. Propter diuturnam vacationem, extra de elect. ne pro defectu.

e Diuerſitas. Quia quidam dicunt eos iterato citandos ar. extra eod. eccleſia. ij. alij contrarium aſſeuerant, quod puto verius: vt dixi, ſuprà ſuper verbo in hoc caſu.

f Euitetur. In dubio enim, quod certius eſt, tenere debemus, extra de ſpon. c. iuuenis.

g Superius. Suprà cap. iiij. & infrà ca. lix. forma. j. in iii. iiij. & v.

## Qualiter die præfixa debent omnes in ſimul congregari, & de tabellione, ac teſtibus prouidere, &c.

### CAP. XIX.

*Conuenientibus in præfixa die omnibus, qui debent,* a. *volunt,* b. *& poſſunt,* c. *in electionis negocio intereſſe: eſt miſſa ſancti ſpiritus ante omnia celebranda,* d. *deinde congregari,* e. *debent omnes ſimul*

*in ca-*

*in capitulo,* f. *vel in choro,* g. *aut in loco alio,* h. *vbi cõſueuit electio celebrari, de ipſo electiõis negocio iuxta id, ꝙ præfixa dies deſiderat, inſimul tractaturi: aliter electio cenſebitur inualida, ſi à ſimul cõgregatis non fuerit celebrata. Et quia electionis proceſſus per ſcripturam probatur melius,* i. *quàm per teſtes, expedit, vt præſens ſit tabellio,* k. *in proceſſu, qui plenè ac integrè redigat in formam publicam vniuerſa: videlicet terminorum aſsignationes, proteſtationes, appellationes,* l. *ſcrutinia compromiſſa, & omnia alia, quæ in ipſo electionis negocio vel proceſſu occurrent facienda, de quibus omnibus fideliter exequẽdis, & nihilominus, quòd omnibus & ſingulis, quorum intererit ſub publica manu, vel alias,* m. *prout fuerit requiſitus,* n. *abſque difficultate, de his dabit copiam pro ſalario competenti,* o. *præſtet in præſentia omnium corporaliter iuramentum: plerumque quidem tabellio de appellationibus, aut proteſtationibus, vel proceſſu alio copiam non vult dare in eorum, quorum intereſt, maximum detrimentũ: vt igitur ipſi tabellioni dandi hanc copiam neceſsitas imponatur, eſt vtile quòd ab eo iuramentum huiuſmodi exigatur. Sanè licet quidam,* p. *aſſerant hic, quòd tabellio laicus poteſt eſſe, opinionem tamen contrariam,* q. *reputo magis tutam, cùm enim laici probibeantur regulariter ſpiritualia tractare negotia,* r. *tutius,* s. *eſt vt electionis proceſſus nõ per laicum, ſed per clericũ conſcribatur. Cæterùm quia ſcriptura tabellionis, ſi ſubſcriptionem teſtium non haberet, nequaquã cenſeretur:* t. *expedit quòd teſtes,* v. *in toto electionis negocio ſint præſen-*

*tes*

*tes, & quòd inſtrumentũ ſingulis ſubſcribantur.*

CONuenientibus,&c.

a Debent. De iure, vt ſunt illi,qui ſunt de collegio eccleſiæ vacantis,extra de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia,xvj. quæſt. vltim.congregatio. vel illi,quibus competit hoc,ex priuilegio extra de verbo ſignifi. c. Abbate, aut illi,qui ſunt in quaſi poſſeſ.extra eod.c. Cumana.

Adde gl.& Doct. in c.j.verbo,ſuper ad conuentũ, ſupra eodem alleg.& Abb.in c.cum eccleſia,in ca.ij. & in cap.quod ſicut,§.j.co.ij.verſicu.nota quarto.& Barth. de firm. in tract. de Epiſcopo, in tertia parte libr.j.quæſt.iij.& pluribus alijs ſequent. & Ludo.de Ro.conſil.cccxxxij.colum.ij. verſic. quo ad tertium, & Abbatem in ca. cum eccleſia de cauſa poſſeſſio.& proprie. & in c.j.& ibi Moder.eod. de elec. & pulcre Cardina.Alex.in cap.j.columna ſexta, verſicul.gloſa ſuper verbo minores,xxj.diſtinct.& Bald.in ca. quia propter,col.ij. verſi.ſi electio.

b Volunt. Si nolunt intereſſe,ſe alienos feciſſe videntur,extra eod.cùm nobis olim.

Adde quæ dixi ſuprà, eod.c.ij.in glo.penul.

c Poſſunt. Qui non poſſunt commodè venire,poſſunt conſtituere procuratores, ſi volunt, extra eod. quia propter,& ſuprà, cap.x.

Adde,quòd pro iſto.ca.eſt hodiè tex. in prag.eod. §.& cùm humanè vſque ad §.ad locum: vbi vide glo. in verbo Abb.& in verbo conueniant.

d Celebranda. Licet in electionibus ſit ſpiritus ſancti gratia inuocanda,ex.eo.cum terra,non tamen inuenio iure cautum expreſsè,quòd miſſa debeat celebrari,niſi quia dicunt Doctores, quòd ſic fieri conſueuit,vt notatur per Inn.Hoſt.& B.Com. extra c.cũ nobis olim, quæ conſuetudo, cùm ſit laudabilis,eſt conſeruanda,xj.di. in his, ſi tamen ſine miſſa fieret electio,non minus canonica eſſe cenſeretur,dum tamen

*Miſſa ſancti ſpiritus non eſt de ſubſtantia electionis.*

men aliud non obſtaret, cùm non ſit de ſubſtantia e. lectionis.

Adde, quòd glo. in §. & cum humanę. eo. in prag. in verbo audituri, allegat Manda. hic. quem de verbo ad verbum inſerit, & idem tenet Abb. in cap. tranſ. miſſam col. iij: in prin. & Card. de Zaba. in cle. ne Ro. mani. §. ſanè co. j. in ij. q. eo. tit. Et fit inuocatio ſpi. ritus ſancti cum hymno veni creator c. cùm eccleſia Suturina in prin. de cauſa poſſeſ. & propric. & Barth. de fir. in tract. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. xxxiiij. Et hodiè miſſa ſpiritus ſancti eſt de ſubſtantia ele. ctionis, vt d. §. cùm humanę. ſicut eſt etiam euchari. ſtiæ ſacramenti ſuſceptio, vt ibi, & in gloſa ſuper ver. bo ſuſcipiant: nec non iuramentum per quemlibet ex canonicis præſtandum, vt ibi in §. ad locũ & præ. dicta debent prius obſeruari.

*Electio debet fieri per congregatos.*

e Congregati. De ſubſtantia electionis eſt, ſecun. dum Innocen. & Hoſtien. quòd capitulum congre. getur, vt notatur per eos extra eo. quia propter, alias vota particularia in diuerſis locis præſtita non tri. buerent ius, ar. extra eod. in gene.

Adde text. & gloſam ſuper verbo conueniant in dicto §. & cùm humanę, & Abb. poſt Ioann. Andr. in dicto cap. quia propter, in principio, col. iiij. vbi po. nit octodecim ſubſtantialia ad electionem neceſſa. ria, & primum eſt iſtud, quòd per congregatos in v. num fiat electio, & idem Bald. ibi colu. ij. & per glo. & Doct. in ca. j. in verbo tractus de rebus eccleſi. non alie. lib. vj. & Bart. in l. ſi tibi §. vnius, ff. de opti. leg. & plenè Bald. in lib. ij. §. colu. ij, C. communia de leg. & in l. j. co. antepe. C. qui admitti ad bo. po. & Barth. de firm. in tractatu, de Epiſcopo in tertia parte lib. j. q. xxxijj. & text. in l. nominationum, & ibi Docto. c. de appel. & gloſ. infrà eodem, capitul. libro in verbo eo loco.

f In capitulo. Extra eod. in cauſis.

Adde, ad iſtam gloſ. & ij. ſequen. in quo loco de. bet

bet fieri electio, & locus de ſubſtantia ſit Ab.Sicul. in capitu.quod ſicut eodem tit.& glo.in prag.eod,§.ad locum. Spec. eo.tit.§.j. colu.iiij. verſicul. debent autem, & plenè Barth.de firm. in tracta.de Epiſcopo, in ſecunda parte, libro primo, quæſtione prima & ſecunda, vbi reperies multa ſingula dicta, Abb.in dict. capi.quia propter in principio, col. penultima, verſi. Item addunt aliqui & glo. infra eodem cap.li. in verbo eo.loco.

g Choro. Extra eo. cùm nobis olim.

h Loco alio. Honeſt. ar.extra de Ep.qua fronte ff. de arbi.ſi cùm dies,§.ſi arbiter.

i Melius. Extra de probatio. quoniam & notatur eo.titulo, c. tertio loco.

Adde quòd idem tenet Car. Alex.in ca.Epiſcopus lxj.di.imò requiritur, quòd redigatur in ſcriptis: quia ſcriptura eſt de ſubſtantia electionis, text. in d.capi. quia propter, ibi in ſcriptis redacta, & ibi Abb. in iiij. no.& Ioann.Andr.in cap.j.de cenſi. libr.vj. vbi inter alios caſus, in quibus eſt de ſubſtãtia, ſcriptura hunc ſeptimo loco enumerat, licet regulariter in actibus qui fiunt per vniuerſitatem, non ſit opus vt vota ſingulorum redigantur in ſcriptis, ſecundum Abb. vbi ſupra, & col.vj. verſic. octauum ſubſtantiale, tamen poſſunt teſtes cum tabellione interuenire ſecundum ipſum ibi.

k Tabellio. Etſi non poteſt haberi tabellio, habeãtur duo viri idonei, qui vniuerſa conſcribant, extra de proba. quoniam infra eod.ca.xxviij. vbi de hoc.

Adde quæ ibi dico & Ioan.And.in c.quia propter & inibi Abb. col. iiij. verſi.quinto, quęſt.& Lanfran. de Oria.d.c.quoniam.

l Apppellationes. Si quæ interponantur.

m Aliàs. Sub manu priuata.

n Requiſitus. Ab eis, quorum intereſt.

o Competenti. Vel dicitur ad exprimendum malitiam tabellionum, qui frequenter odio vnius in

*Tabelliones ſæpè metas rationis excedunt.*

in fauore alterius magnam difficultatem ingerũt in copia facienda, & interdum grandia petunt ſalaria, vt hi,qui petunt copiam à petitione,deſiſtant.

Adde,quæ dixi in addi. ad Dy. in regula,non eſt ſine culpa,de regul.iur.lib.vj.

p Quidam. Vt B. Cõ. vt notatur per eum extra eo. quia propter. Adde,quòd iſtam opi.tenet Specu.titu. de inſtru.edit.§.reſtat, verſicu. quod ergo ſit tabellio, & Ioan. Andr.in dicto capitulo quia propter, vbi dicit, pro iſta parte facit conſuetudo generalis, & tanquam veriorem ſequitur Abb. ibi colum.iiij.verſicu. ſed dubium eſt,nunquid,&c.& in ca.Maſſana, in iij. not.& ibi Bald & Pet.de Anch.in cap. ſi cui eligendi, in iij.nota.eod.lib.vj.

q Contraria. Quæ eſt Hoſtienſ. & Iac.ſecundum quod fuit caſſata electio place. ob hoc ſolũ, quòd laicus ſcripſerat vota, vt notatur per eundem Hoſtienſ. in prædicto c.quia propter.

Adde,quòd iſtam tenet Bar. de firm.in prima parte,lib.iij.quæſt.xxx.& Lanfranc. de Oria. in tracta.de arbi.in ſecunda parte,quæſt.ix. verſicu. ſed ſingulariter dicit Hoſt. Sed tene.proxi.de qua proximè dixi.

r Negotia. Extra eod. Maſſana, & extra de iudic. decreuimus.

Adde glo. infrà eodem capitulo lix. forma vij. in verbo alios.

*Via tutior eſt tenenda.*

ſ Tutius. Hæc opinio cùm ſit tutior, eſt ſequenda, extra de ſpon. iuuenis,ſi tamen laiter fieret, non crederem electionem propter hoc annullari debere.

t Cenſeretur. In auten. de inſtrumentorum cau. §. ſed inſtrumenta.col. vj. & notatur extra de fide inſtrumen.cap.j.& ij.

u Teſtes. Qui poterunt intereſſe in ſcrutinio, ſecundum Innocen. vt notatur extra, quia propter, argum.lxiij.de obeuntibus, licet Hoſtien. dicat eſſe tutius, vt tunc non interſint. De hoc notatur infrà, capitulo xxxiiij.

De

## De monitione quadam & proteſtatione, antequam fiat electio præmittendis.

### CAP. XX.

*Quia excommunicati,ſuſpēſi,interdicti aut laici nō debent in electionibus intereſſe,* a. *cùm omnes fuerint in capitulo, vel in loco alio,vbi debet celebrari electio congregati: ſi ſit notorium,* b. *quòd de his.* c. *aliqui ſint præſentes,antequam ad alia procedatur:moneantur,* d. *vt exeant capitulum,& recedant alios eligere liberè permittentes: & ſi exire noluerint, expellantur.* e. *ſi poteſt fieri bono modo. Si verò expelli nequeunt propter ſcandalum vel potentiam eorundē, proteſtentur alij publicè vel ſecretè,* f. *ſi non audent publicè, quòd non admittunt.* g. *ipſos ad eligendum, veluti ius habentes,& ſi poſſent,libenter eligerent ſine ipſis,nec intendunt inniti vocibus eorundem, imò volūt, quòd voces ipſorum nulli præſtent ſuffragiū, nec alicui afferent nocumentum,quodq́ pro non receptis, ſiue pro non habitis habeantur. Si autem non ſit notorium, quòd ſint tales,ſed poteſt alias legitimè hoc probari, vel de hoc forſitan dubitatur:tunc ſimiliter ſunt monendi, & ſi moniti non recedant, ſunt cum proteſtatione ſimili admittendi. Nam iſti non notorij,quādiu taliter tolerantur, nequaquā ſunt ab alijs excludendi.* h. *licet ſecùs ſit in notorijs,vt eſt dictū. Sūt autem vtiles monitio & proteſtatio ſupradictæ, quia eis præmiſſis ſecurè poteſt cū talibus.* i. *electio celebrari,*

*k quod aliàs fieri non deberet, vocesq́; tamẽ ipſorum omninò inualidè cenſebuntur.*

QVia excommunicati, &c.

a Intereſſe. extra de ap. conſtitutis, extra de conſue. cùm dilectus, & extra eo. cùm inter. R. & ſup. c. vj. vbi de hoc

*Excommunicatio notoria quæ ſit.*

b Notorium. excõmunicatus dicitur notoriè, qui excommunicatur à ſuo iudice publicè, puta in prędicatione publica, vel in eccleſia, præcipuè in feſtiuitatibus, extra de do. & cõ. venerabilis. Item ille, quem iudex ſententialiter pronunciat excommunicatum, vel tanq̃ excõmunicatum vitandũ, vel qui eſt hoc in iudicio confeſſus, vel quem conſtat per rei euidentiã in canonẽ latę ſententiæ incidiſſe, ex. de ap. peruenit, & c. conſulu. & ex. de temp. or. quæſitum. Itẽ ille, qui excommunicatur in præſentia capituli, vbi de electione arguitur à iudice cõpetenti. Et qui etiam auctoritate ſui ordinarij vel iudicis delegati excõmunicat⁹ publicè nunciatur verbo vel ſcriptis, extra de proba. poſt ceſſionẽ xj. q. iij. currere, vt hæc notantur, per B. Com. ext. de conſu. cũ dilectus, & de hoc notatur ex. de excep. exceptionem, in glo. cõmuni. Adde hodie text. & gl. in prag. tit. de excõmuni. non vitã, & gl. in §. publici, in verbo ſententia de concub. & glo. in cle. eos, in verbo publice, & ibi Imol. & Gardi. de Zaba. de ſepul. & Abb. Sicu. in d. c. exceptionem, & ibi pulchrè Fely. col. xv. poſt medium, ver. Item Dominus Abb. & Fely. in c. ij. col. iij. in prin. de ſpon. & Fran. de Are. in c. teſtimonium, col. x. de teſt. & Abb. Sicu. in cõſi. xcx. col. iij. verſic. & ad prædicta. lib. j. & Freder. de Zenis, conſilio lxxxiiij. colum. ij.

c De his. excommunicatis, interdictis, vel ſuſpenſis, aut laicis.

d Moneantur, ab alijs nominatim & expreſsè.

e Expellantur. nam ſi eos poſſent expellere, & nõ facerent, electio non valeret, extra eo. Maſſana, & extra de

tra de procu.conſulti. & notatur per Innoc. & Hoſtiē. extra eo.illa, & c.cùm Vinto. & per B.Com.ext.de cō-ſue.cùm dilectus. Adde Abb. Sicu.in d. c. illa.colum. ij.verſic. Sed dubium magnum, &c. Sed ſufficiat probare electum excommunicatū fuiſſe ante electionē, licet non probetur præcisè, ꝙ tēpore electionis eſſet, Fel.in c.auditis, col.pe. ver.dicit tamē Ro.&c.de pſcr.

f Secretè. extra de his, quę vi met. cauſa fiūt, c.j.& extra de app. ſi iuſtus metus, & notatur per Innocen. extra eod.illa.

g Non admittunt. poſt huiuſmodi proteſtationē eligere poſſunt ſecurè cum talibus, etiam ſi ſint laici, ex quo eos expellere non poſſunt abſque periculo vel ſcandalo, aliàs non prodeſſet proteſtatio, ſi eos abſq; periculo vel ſcandalo expellere poſſent, vt nota. per Innocen. & B. Compoſt. extra eo. Cumana, & ca. illa. Sed nunquid eſt neceſſe, vt ipſi huic proteſtationi cō-ſentiant? Non, cū per hoc ius ipſorum non lædatur, ſecùs, ſi in aliquo læderetur, tunc enim non valeret proteſtatio, niſi illi, contra quos ſit, illis conſentirēt, & ſic intelligitur, & notatur per Innocen. Hoſt. & B. Compoſt. extra eo. c. Cumana. Nec propter hoc vitiabitur electio, licet tales admittantur, ex quo tolerantur, arg. xv. quæſt. vltim. capitu. vltimo, & extra de co-ha. cleri. & mul. veſtra, ff. de offi. præto. l. barbarius, ſed hoc probato poſtmodum coram iudice competenti voces eorum non valebunt, vt infr. ſequitur, & dixi ſup. c. vj. Sed ex quo probari poteſt, quòd iſti ſunt excommunicati, ſuſpenſi vel interdicti, nunquid debet alijs imputari, qui antequam cum eis eligant, hoc non probant? Non ſecundum Innocentium, quia nō eſt præſens, coram quo poſſit hoc probari, cùm capitulum non ſit iudex, vt notatur per eum, extra eod. illa, ad finem, & idem dicit B. Compoſt. extra de conſuetudi. c. cùm dilectus. *Proteſtationis vires.*

Adde Innocen. & Abb. in capit. in Geneſi, & Abb. in d. illa, columna ſecunda, & ca. Cumana, in vj. no-

tabili,& colum.iiij. verſicu.nota.primo,vbi amplè vi. de.Quid ſi ſint inhabiles alio modo, quàm excõmu. nicationis, &c. puta propter defectum ordinis, vel a. lium caſum,vide glo.de Zaba.& Ioan.de Imol.in cle. men.vt hi qui, in verbo concedatur, de æta. & quali. Ioan.And.in regula, quod alicui ſuo nomine,in Mer. curiali.de reg.iuris, Anto.de Butrio,in c.fi.& ibi Ab. Sicu.de procuratoribus, & Abb.in c.cùm ſuper abba. tia, & ibi Felyn. de offic. deleg.vbi concludunt com. muniter Doctor quòd electio propter admiſſionem talium inhabilium ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fue. rint admiſſi, non vitiabitur, tamen vox eorum non augebit numerum, capitu. eccleſia, in ij. de electio. nibus.Et maximè,ſi cum proteſtatione fuerint admiſ. ſi, vt dicunt Docto. ſupr. allega.& Mandagot.hîc, & ſup.vj.& vij.& probatur hæc theorica in clementina j.de regula.

h Excludendi. Secundum B.Compoſt.vt nota.per eum,extra de conſue.cùm dilectus.

*Electio an vitietur, ſi in ea laici admittantur.*

i Cum talibus. Excommunicatis,ſuſpenſis,vel in. terdictis,vel laicis. Sed contrà, extra eod.quiſquis,& c.Maſſana, vbi dicitur, quòd electio eſt nulla, ſi laic' interfuit. Solutio. cùm laici voluntariè à canonicis admittuntur ad eligendum, vel cùm ipſi per impreſ. ſionem aliquem eligi faciunt, tunc eſt electio nulla. Sed ſi ipſi laici ſe ingerant electioni contra volunta. tem canonicorum volentes eligere cum eiſdem,tunc ſi cum proteſtatione admittant,benè valet electio fa. cta ab eiſdem, ex quo eos expellere non poſſunt abſ. que periculo, vel ſcandalo. Nam ſi eos poſſent expel. lere ſine periculo vel ſcandalo, tunc nihil valeret e. lectio, vt dicunt iura prædicta. De hoc plenè not.per Inno. & B.Comp.extra eo.Cumana.

Adde omnes docto.in d.c.Maſſana,& Archid.Do. mi.& Cardi. Alex.in c.laici, lxiij.diſtin.& gl.inf.eo.c. lix.forma vij.in verbo alios,& quæ ibi dico,& Bar.de ſir.in tra.de epiſcopo,in tertia parte, lib.j.q.lx.

k Cele.

k Celebrari. Per proteſtationem enim ipſam non videtur capitulum conſentire, vt tales interſint, argumen.xxxj.quæſt.ij. Lotharius extra de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt, capitu.j. & ideo vt appareat de voluntate huiuſmodi vtilis eſt proteſtatio.

## Quot ſunt eligendi formæ, & in quibus eccleſijs & dignitatibus vendicant ſibi locũ.

## CAP. XXI.

*QVoniam tres eligendi formæ, videlicet ſcrutinij, compromiſſi, & diuinæ inſpirationis traduntur in concilio generali.* a. *oportet, vt qui eligunt, procedant per aliquam ex eiſdem, aliàs electio non teneret.* b. *Sciendum tamen eſt, quòd prima forma neceſſitatis dicitur, & pro tanto, quoniã ad procedendum per eam etiam vno ſolo.* c. *inſtante cæteri neceſſariò aſtringũtur, duæ verò aliæ voluntatis, quia nemo inuitus cogitur per eaſdem procedere. Huiuſmodi autem formæ non ſolùm in cathedralibus eccleſijs ſunt ſeruandæ, cùm eſt epiſcopus vel alius ſuperior eligendus, ſed etiam in alijs collegiatis.* d. *eccleſijs ſecularibus vel regularibus, cùm in eis imminet facienda electio prælatorum, dummodo ſpectet electio ad collegium in eiſdem: ſecùs, ſi ad ſuperiorem aliquem propter illorum, ad quos ſpectat, negligentiam,* e. *vel delictum.* f. *aut ex cauſa alia,* g. *electio, vel prouiſio pertineat: tunc enim non aſtringitur.* h. *ipſe ſuperior ad obſeruandam formam aliquam de præmiſſis. Sanè in dignitatibus inferioribus,* i. *quæ ſunt in cathedralibus eccleſijs conſtitutæ, de rigore iuris non*

*ſunt formæ huiuſmodi obſeruandæ.k.niſi ſecùs de cõſuetudine obtineret, ſicut in multis eccleſÿs id ſeruatur in electione præpoſiti, vel decani, quæ conſuetudo, cùm non ſit iuri contraria, l.eſt inuiolabiliter obſeruanda.* m.

QVoniam tres eligendi formæ, &c. Adde, quòd decem ſigna ad recognoſcendum formã, duodecim ampliationes ad regulã, quæ dicit, ſeruandam eſſe formam, octo limitationes ad eandem, multa demũ de forma celebre vltra omnes, per modum tractatus inuenies, per Domi. Fely. in c. cùm dilecta, colum. vj. verſic. de formæ obſeruantia, de reſcript. & Franc. de Areti. in l. nemo poteſt, ff. de legatis primo.

a Generali. extra eo. quia propter.

Adde, quòd concilium Baſilien. ad iſtas tres ſolẽnitates addit alias tres ſolennitates, quas vide à §. & cùm humanę, ad §. deinde, vſque eodem in pragm. & ibi per gloſam maximè in §. ad locum, in verbo prælato, quæ allegat hic Mandagot. Et aduerte, quòd diuerſitas formarum induxit confuſionem, ſecundum Baldum in dicto capitulo, quia propter, columna ſecunda, vt ne quis ſuo arbitrio tradat formam. Fuerũt olim inuentæ formulæ actionum proponendarum: ſic concilium ſtatuit tres formas, ſiue vias, vt ibi vide per eum.

b Non teneret. extra eodem, cùm poſt petitam, & c. in Geneſi.

*Scrutinÿ via eſt neceßitatis.*

c Vno ſolo. licęt aliàs regulariter maiori parti capituli ſit ſtandum, extra eodem, licet, & extra de his, quæ fiunt à maio. par. ca. c. j. ff. ad muni. quod maior, in hoc tamen caſu non ſtatur, imo vnus ſolus cõtradicere poteſt omnibus volentibus, per formam compromiſſi, vel diuinæ inſpirationis procedere, & petere, vt per viam ſcrutinÿ procedetur, vt notat. per B. Innocen. Hoſtien. & B. Compoſt. extra eod. quia propter,

pter, & ita tenet curia Roman. vnde propter hoc dicitur forma ſcrutinij neceſſitatis, & alia voluntatis.

Adde Abb. Sicu. in c. ſcriptum, columna ij. verſic. no. & in ver. & ſi partes, &c. & inf. eo. c. cxxxix.

d Collegiatis. hæc eſt opinio B. Innocen. & B. Cõpoſt. extra eodem, quia propter, Hoſtien. autem dicit ibidem, quòd locum habent in omnibus eccleſijs viduatis prælatis, & in omnibus beneficijs, quorum electio vel collatio pertinet ad collegium, primum verius eſt, & ita ſeruatur de facto. Quid ſi in eccleſia nõ ſunt niſi duo vel tres, tunc non videtur, quòd poſſet habere locum forma ſcrutinij, vt notat. per Inno. & B. Compoſt. in d. c. quia propter.

*Scrutinij forma locum nõ habet, quãdo ſunt tantùm duo, vel tres canonici.*

Adde ad primum dictum gloſ. quæ dixi ſuprà in addit. in verbo conſtitutis, in capitulo primo, & pulchrè Cardin. Alexand. in capitu. j. columna vj. verſi. glo. ſuper verbo minores, & c. xxj. diſt. Et ad vltimam quæſt. vide Abb. in dicto capitul. quia propter, §. vel ſaltem, colum. ij. verſi. in glo. in verbo vice omnium, vbi idem tenet, quòd duo non tenentur ſeruare formam aliquã, vnde poſſunt procedere ſine forma ſcrutinij & compromiſſi, & idem ibi Bald. col. iij. in fin. verſi. in tex. ibi tres.

e Negligentiam. quia non elegerunt infra tempus à iure ſtatutum, extra eo. ne pro defectu, & ſu. c. j.

f Delictum. quia elegerunt ſcienter indignum, extra eo. cùm in cunctis, §. vl. & ſu. c. ix.

g Cauſa alia. puta ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta, ſic in pleriſque prioratibus conuentualibus contingit, ſu. c. j. vbi de hoc.

h Non aſtringitur. ex. eo. ne pro defectu.

i Inferioribus. puta decanatibus, præpoſituris, & ſimilibus.

k Obſeruandæ. ſecundum B. Compoſt. Innocẽ. vt notatur extra eo. quia propter.

Adde, quanto tempore eligens non eligendo perdat ius eligendi, Bar. & Docto. in l. fin. §. j. C. commu-

nia de leg. Bald. & Doct. Moder. in l. captatorias, C. de teſtam. milit.

l Contraria. Imò eſt iuri conſona, extra eo. dudum j. & extra de ap. conſtitutis. ij.

m Obſeruanda. Nã in electionibus multum attenditur conſuetudo, de cleri. coniug. cùm olim, & extra eod. Cumana.

Adde gloſam, ſupr. eod. cap. octauo, in verbo conſuetudo, & quæ ibi dixi.

## De forma ſcrutinij, & quæ ſunt ſubſtantialia in eadem.

### CAP. XXII.

*Quia forma ſcrutinij primo loco ponitur in concilio generali,* a. *congruum eſt, vt tractemus primitùs de eadem, de duabus alijs ſeriatim poſtmodum tractaturi. Imprimis igitur eſt ſciendum, & diligenter memoriæ commendandum, quòd quædam ſunt ſubſtantialia in hac forma, quibus omiſſis electio non procedit, imò eſt irrita.* b. *ipſo iure. Primum eſt, quòd ſcrutatores aliqui.* c. *aſſumantur. Secundum, quòd vota.* d. *ſecreto.* e. *& ſigillatim.* f. *à ſcrutatoribus inquirantur. Tertium, quòd in ſcriptis vota huiuſmodi redigantur.* g. *Quartum, quòd vota ipſa in ſcriptis redacta, mox* h. *in communi, hoc eſt, in capitulo publicẽtur. Quintum, quòd collatione habita.* i. *ſtatim.* k. *communis.* l. *electio ſubſequatur. Sextum, quòd is, in quem maior pars & ſanior.* m. *conſenſerit, eligatur. Si iſtorum aliquid fuerit prætermiſſum, & electo eſt irrita, vt eſt dictũ.* n. *& nihilominus eligentes eligendi poteſtate ſunt priuandi.* o. *per ſententiam.*

Quia

QVia forma, &c.

a Generali. Extra eod. quia propter.

Adde, quòd difficile eſt ſeruare formam per viam ſcrutinij, ſecundum glo. in c. cum expediat, eo. li. vj. & Bal. in di. ca. quia propter, in prin. & Ab. Sicu. ibi ideò via compromiſſi expedientior & tutior, & idem glo. infrà, eod. cap. xlv. in verbo teneantur.

b Irrita. Extra eod. in Geneſi, & hoc ſecundum omnes, Hoſtien. excepto, qui dixit, quòd non eſt electio irrita ipſo iure, ſed irritanda per ſententiam, cũ peccatur in forma, extra eod. Cumana. & eod. tit. cũ poſt petitam. & c. eccleſia. Sed primum verius eſt, vt notatur in di. dec. Cumana. ad fin. Adde glo. fin. infrà eodem capitulo.

c Aliqui. Non dicit quot, ad notandum quòd numerus ſcrutatorum non eſt de ſubſtantia, vnde poſſunt eſſe tres, vel plures, vel pauciores, vt dicam infrà cap. proxi. ſed iſtud non eſt de ſubſtantia, quòd ſcrutatores aliqui aſſumantur, ſecundum Innocẽ. & notatũr extra eod. quia propter. Vtrum autem aſſumi debeant de collegio tantum, dicetur infrà, ca. proximo. Adde quòd iſtud tenet Spec. eo. §. j. col. iij verſi. ſi ergo viam eligant, ſed contrarium eſt verum, ſecundum Abba. in di. c. quia propter, col. v. verſ. quartum, & ibi Bal. col. ij. verſic. ibi tres quia, & c. quod numerus ſcrutatorum, & quòd de collegio tantum aſſumantur, ſunt de ſubſtãtia electionis, vt infrà cap. proxi. dicam in glo. ſuper verbo tutius cum ſequen.

*Scrutatorum numerus nõ eſt de ſubſtantia electionis,*

d Vota. Id eſt, conſenſus, extra eod. cùm poſt petitam. & ca. eccleſia. j.

Adde, & expone vota, id eſt, deſideria, vt ff. ad Trebellianum l. mulier §. cum proponeretur, ſecundum Baldum, in dicto capitulo, quia propter. co. v. & ibi vide quid ſit votum. Et nota, quæ ſint de ſubſtãtia & forma electiõis, per Baldum, ibi columna tertia, ante finẽ, vbi ponit verſum. Quot ſint præſentes: & ſumãt tres eligentes. Singula ſecreta cunctorum vota ſcri-

bentes mox publicanda perfectè, mox conferenda. Mox eligatur, cui maior pars ſuffragatur. Semel & ſimul ritè verbo ſingulari. Quæ ſint de forma, ex iſtis ſumite dogma.

*Electioni poſſunt intereſſe tabellio & teſtes.*

c Secretò. quo ad illos de capitulo. Nam benè poſſunt intereſſe tabellio & teſtes, vt inf. cap. xxiiij. & ſuprà capitu. xix. & nota. per Innocent. extra eod. quia propter, ſolum enim capitulū excluditur, & non perſonæ neceſſariæ, vt no. ibidem in gl. communi, Hoſt. autem dicit tutius eſſe, vt nullus teſtis adhibeatur, vel tabellio, cùm in prædicta decre. dicatur ſecretè, ſed primum ſeruatur.

Adde, quòd idem tenet Abb. Sicu. in dicto capitu. quia propter, col. vj. in prin. verſi. quintum ſubſtantiale, &c. & glo. inf. eo. c. xxiiij. in verbo teſtibus, licet Ioan. And. in d. c. quia propter, dicat ſe practicaſſe ſine aliquo teſte, & idem Pet. de Anch. in c. ſi cui eligēdi, in ij notabi. eod. lib. vj. tamen opi. glo. hîc, & Abb. de conſue. obſeruatur.

f Sigillatim. nō enī debēt duo ſimul aut tres ſcrutari, ſed ſingulariter ſinguli, inf. c. xxiiij. vbi de hoc, et notatur per Inno. & Hoſtien. extra eod. quia propter. Simile eſt in teſte, qui debet ſolus examinari, extra de teſti. venerabili, & C. de teſti. nullum.

Adde, quòd idem tenet Abb. Sicu. in d. c. quia propter, col. vj. verſic. ſextum ſubſtantiale, & de teſte per Felyn. in d. capi. venerabili, ver. in gl. fin. & tex. Arch. Pet. de Anch. Dominic. & Philip. Franc. in c. ſi cui eligendi, eod. lib. vj.

g Redigantur. vt appareat per ſcripturam, quis & in quem direxerit votum ſuum, & ſi vellet mutare, quòd obuiet ſibi ſcriptura, xxvij. q. j. omnes. De hoc notatur in glo. cōmuni, extra eo. quia propter. Quis debet vota in ſcriptis redigere, dicitur inf. c. xxviij.

Adde, quæ dixi ſu. eo. c. xix. in ver. melius.

h Mox. id eſt, anteq̄ ad alios actus diuertant, vt no. extra eo. quia propter, de hoc nota. plenius inf. c. xxx.

Adde,

Adde quæ ibi dico in ij.addi.

i Collatione habita. Vt per eam appareat de numero & de zelo eligẽtium, ac merito nominatorum in ſcrutinio, infrà, c.xxxj. vbi de hoc.

k Statim. Extra eod. cùm poſt petitam.

l Communis. Ab vno vice omnium vel ſaltem vice partis, quæ benè elegit, & canonicè ſecundum Innocen. vt notatur extra eo. in Geneſi, de hoc dicitur infrà. c.xxxiiij.

m Et ſanior. Extra eod. quia propter, & expone, & pro id eſt, ſecundum Innocen. & B. Com. eo. ti. eccleſia. ij. vt notatur per eos, ca. quia propter, & ibidẽ innuit glo. communis in prædicto capitu. eccleſia ij. nam licet vna pars ſit maior altera numero, non tamen eſt ſanior, quanquã vt quia nominauit indignũ & minor dignum, tũc enim minor eſt ſanior, & ideò debet præualere, ex. de poſtul. præl. gratum. & extra eo. dudum. j. & c. ſcriptum eſt, xl. diſt. multi.

Adde ad primum dictum glo. quid eſt de ſubſtantia ſcrutinij, ſecundum Abb. Sicul. in d. cap. quia propter, col. vj. verſi. quintum decimum, &c.

n Dictum. Supra eod. c. §. j. in l. fin.

Adde, an forma huius ca. habeat locũ in electione Abbatiſſæ, Old. conſi. ccxcj. & Paul. de Caſt. conſil. cccxxxix. ſecundum verum numerum vol. antiq. incip. form. c. quia propter, & c. & text, in c. indemnitatibus, & ibi omnes eo. li. vj. & ibi in §. ſupradicta, vide quid de monialibus & canonicis mixtim in eo. conuentu habitantibus, vbi Ioan. And. in nouel. & Dominic. ponunt vnam iocoſam petitionem cuiuſdam regis, & per Abb. & Felyn. in cap. dilecta de maio. & obed. & Abb. Sicul. conſil. viij. li. j. vbi ponit de regula S. Brigidæ, vbi ſunt viri & mulieres, & ad p̃dicta tex. in §. ſi quis aũt, & ibi B. & An. in Autẽ. de S. Epiſcopo.

*Eligentes eligendo peccantes qualiter priuentur iure eligendi.*

o Priuandi per ſententiam. Non enim ſunt priuati ipſo iure eligentes, cùm peccãt in forma, extra eo. Cumana in fin. ſed quando peccãt in materia, eligen-

gen-

gentes ſcienter indignum, tunc ſunt priuati ipſo iure, extra eod. cùm in cunctis, & cap. innotuit, ſupra c. ix. & infrà c. xxviij.

Adde gloſ. ſuprà eo. in verbo irrita. & quę dixi poſt glo. in di. ca. ix. in verbo vnus. & in glo. penu. & fin. & tex. & glo. in verbo priuati. in §. quod ſi prædicta non fecerint, eod. in prag. & Abb. in di. ca. cum in cunctis, in fin. & c. quia propter §. niſi, col. j verſic. in glo. priuentur, & Ludo. de Ro. in conſilio cccclxxxiij. col. iij. verſic. ſecundo ſi quis dixerit, &c. & Bart. in l. ij. §. j. & l. ſi tibi §. fina. ff. de optio. leg. Quid ſi maior, quæ peccauit in forma, electo mortuo, vel acceptare nolere proceſſerit ad electionem nouam minori parte, quæ non deliquit, contradicente & appellāte, ne fiat electio per ipſos, cùm ſint priuandi per ſentētiam, & poteſtas deuoluta ad minorem partem, an valeat, Inno. Compoſt. & Cald. in dict. cap. quia propter tenent quòd ſic, & ibi idem Abb. in dic. §. niſi, in vltima quæſt.

## Qualiter ſcrutatores: & quot ſunt ad faciendum ſcrutiniū aſſumendi, vtrumue aliunde, quàm de collegio eſſe poſſunt.

## CAP. XXIII.

S*Vnt nonnulli iuris canonici peritiam non habentes, propter quod expedire credimus, vt circa ſubſtātialia formæ ſcrutinij, de quibus iam ſummariam fecimus,* a. *mentionem, amplius immoremur, quo decuerit ordine membra ſingula proſequēdo. Ab aſſumptiōe igitur ſcrutatorum, quæ ipſius eſt principium,* b. *inchoantes.* Notandum *eſt, quòd antequam ad alia procedatur, debēt tres.* c. *ſcrutatores aſſumi.* d. *de collegio.* e. *fide digni,* f. *quibus*

*bus detur poteſtas, vt ſecretò. g. & ſigillatim vota. h. ſua primò, & deinde vota omnium. i. aliorum diligenter exquirant, k. & ea in ſcriptis redacta, mox publicent in communi, & non eſt. l. vis an per compromiſſum vel etiã per patens ſcrutinium aſſumãtur: poteſt enim committi vni vel pluribus, vt ipſos vice omnium eligant ſeu aſſumant: vel poſsint requiri ſinguli publicè ſeu patenter, quos volunt fieri ſcrutatores. Et ſi forſitan ſint diſcordes, quia iſti volunt iſtos, alij verò illos, maiori parte ſtabitur in hoc. m. caſu. Verùm cùm quidã. n. dicant ſcrutatores ipſos aliunde, quàm de collegio eſſe poſſe, ac plures, quàm tres, vel etiam pauciores: alij. o. verò contrarium aſſeuerent, dicentes ſtandum eſſe concilio generali, quo cauetur, vt tres de collegio aſſumãtur: tutius p. eſt huic opinioni vltimæ adhærere, cũ auctoritate dicti concilij fulciatur. Si tamen ſecus factum. q. fuerit, irritari. r. propter hoc electio non debebit. Cæterùm ſi ſcrutatores inchoato ſcrutinio ſe abſentent, vel forſitan infirmentur, ſeu per capitulum reuocentur, s. poteſt per capitulum alios ſubrogare, qui perficient, quod per illos fuerat inchoatum. t.*

SVnt nonnulli, &c.

a Fecimus. Suprà, c. proximo.

a Principium. Extra eo. quia propter, nam à capite edenda eſt ratio, ff. de eden. l. argentarius, §. edi autem.

c Tres. Vel plures, aut pauciores, quod dic, vt infrà eod. §. verum.

d Aſſumi. Ab omnibus de capitulo, vel à maiori parte capituli, infrà §. proximo.

Adde, quòd idem Abb. in d. c. quia propter, col. v. verſic.

verſi. ſecundum ſubſtantiale, quòd ſcrutatores aſſu-mantur per collegium. Non enim debēt ſe ingerere: redderentur enim ſuſpecti, l. quæ omnia. C. procura.

e De collegio. Electorum, vel etiam aliunde, quod dic, vt infrà eo. §. verum.

*Scrutatorum qualitates.* f Fide digni. Quod preſumitur, niſi aliquid canonicè obijciatur contra eos, & probetur, ſecundũ Hoſtien. vt notatur per eum, extra eo. quia propter, hoc tamen non eſt de ſubſtantia electionis, ſecundum Innoc. vt in eo. c. notatur per eum. Illud autem cauendum eſt, ne iſti ſint excõmunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, aut laici, quia tales non debent in electionibus intereſſe: vt dixi ſuprà, c. vj. & ca. ix.

Adde, quòd idem tenet Abb. in d. c. quia propter, col. vj. verſic. addunt etiam aliqui.

g Secretò, & ſigillatim ſuprà, c. proxi. & infrà, ca. proxi. vbi de hoc.

h Vota ſua. Primò ne fraudem committere poſſint, infrà, c. proximo.

i Omnium aliorum. Quid ſi remaneant aliqui ad ſcrutandum? Dic, quòd ſi ſtat per eos, vt quia requiſiti nolunt dicere votum ſuum, non obeſſet, extra eo. cum nobis olim, ff. de interroga. ac. l. de ætate §. qui tacuit, ſi verò non requirantur, non propter hoc electio eſt nulla, ſed annullanda, ſi ipſi contemptum ſuum proſequantur, vt infrà c. prox. vbi de hoc.

Adde gl. in c. proxi. in verbo nõ fit, ſed contrariũ eſt verum, quòd ſi vnus ex præſentibus non ſcrutetur, vel aliquis ex ipſis ſcrutatoribus obmitteretur, non valeret electio, ſecundum Abb. Sicu. in d. c. quia propter, col. vj. verſicu, ſeptimum ſubſtantiale, quod intellige, ſecũdum ipſum, quando contemnitur, ſeu ꝑtermittitur aliquis ex vocatis: ſecus, ex non vocatis: quia contemptus illius non reddit electionem nullam: quia vocatio omniũ non eſt de forma ſubſtantiali, & idem dicit ibi co. v. verſic. primum, &c. & vide quæ dixi, infrà eo. c. xlv. in verbo maior.

k Exqui-

k Exquirant. Formã, ſecundum q̃ hoc poteſt fieri, habes infrà, c. proxi. & melius infrà, c. lix. forma. vij.

l Non eſt vis. Secundum B. Compo. vt no. per eum extra eod. quia propter.

m In hoc caſu. Secundũ B. Cõ. vt no. per eum extra eodẽ, quia propter, & eſt ar. ad hoc extra de his, quæ fi. à maiori parte cap. c. j. & ff. ad municip. quòd maior. Et intelligo verum eſſe, quòd ſtatur maiori parti in aſſumptione ſcrutatorũ, dum tamen aſſumat idoneos. quid enim, ſi laicos aſſumeret vel notorios excõmunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos, tunc enim, quia tales de iure intereſſe non poſſunt in electionibus, vt ſupra, c. vj. & c. xx. & extra e. cum inter R. & c. Maſſana, nõ ſtaretur maiori parti, ſed minori idoneos nominanti, ar. ex de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. j. Sed videtur contrà: cõpromiſſum enim non ꝓcedit vno cõtradicente, vt ſuprà, c. xxj. & infra c. xxxix. à ſimili: nec datio ſcrutatorũ, vt videtur. Solutio cõpromiſsũ eſt voluntatis, vt in pręall. c. dicitur, & ideò oportet, ꝙ cõſenſus interueniat ſingulorũ, ſed aſſumere ſcrutatores eſt neceſſitatis, cũ alias nõ poſſit electio fieri per formam ſcrutinij, vt ſupra, c. proxi. extra e. quia propter. Vnde cùm non poſſint oẽs eſſe ſcrutatores, neceſſariò ſtatur in eorum aſſumptiõe maiori parti, ſicut & in omnibus alijs, quæ fiunt ex neceſſitate, niſi à minori aliquid rationabile oſtẽdatur, ſecus autem eſt in his, quæ à voluntate dependent: quia tunc ſingulorum conſenſum interuenire oportet, vt not. in glo. communi. extra de conſti. cum omnes.

*Maiori partì an ſit ſemper ſtandum.*

*Cõpromiſſũ eſt voluntatis & ſcrutinium neceſſitatis.*

Adde Fely. in d. c. cùm oẽs. co. j. ante pe. cũ ſeq. & gl. & q̃ ibi dixi ſuprà, c. c. xviij. in gl. nec venerũt, cũ ſeq.

n Quidam. Vt Vin. T. & B. Cõ. vt no. per eos, ex. e. quia propter.

o Alij. Vt Gof. & Hoſtien.

p Tutius. Secundum B. Compoſt. vt notatur per eum, extra eo. quia propter: nam in dubio ſemper debet eligi, quod tutius eſt, extra de ſpon. iuuenis de pe. d. vij. c. ſi quis autẽ, in fi. Adde, quod idẽ tenet Ab. in d. c. quia ꝓpter, col. v. verſi. iiij. ſubſtãtiale, ꝙ iſti tres

debent aſſumi de collegio, & idem Pet. de Ancha. in capi. ſi cui, in prin. eo. lib. vj. tamen ſi tres de collegio congregato non electi, alijs videntibus & tacentib⁹ ſcrutati fuiſſent, vota aliorum & ſeruatis omnibus ſeruandis ſecuta fuerit communis electio, quæ valet ſecundum Abb. ibi, & facit in ſimili, quod no. glo. in c. ſicut cùm per formam, eo. lib. vj. & gl. infr. e. c. xxxj. in verb. cõſenſu relata, ad tex. & in c. xxxiiij. in verbo non contradicentibus, & in ca. lj. in verbo mandato.

q Factum fuerit. Puta, quia ſunt aſſumpti plures, quàm tres, vel etiam pauciores, nec ſunt de collegio.

Adde Bar. de fir. in tra. de epiſ. in j. lib. iij. part. q. j. q idẽ tenet, ſed iſtud eſt tertiũ ſubſtantiale in ſcrutinio, quòd ſolũ tres aſſumãtur ſcrutatores, nõ plures vel pauciores ſecundũ Abb. Sicu. in d. c. quia propter col. v. verſi. tertiũ, &c. aliàs nõ valet, & idẽ tenet Bal. ibi col. ij. per glo. ibi ſing. & Ludoui. de Ro. in conſilio ccxxxij. col. ij. verſi. quo ad tertium, &c. & iſtud tene.

r Irritari. Hæc tenet curia Roma. nam electio monaſterij Calen. fuit in ipſa curia confirmata, quanq̃ in ea fuiſſent aſſumpti ſex ſcrutatores, quorum tres erant de collegio, & tres aliunde.

Adde, quando aliunde extra collegium valet, ſi poſſint de iure vel conſue. electioni intereſſe, ſecundum Bartho. de fir. vbi ſuprà in prima par. li. tertio, quæſtione prima.

*Compromiſſarij an poſſint reuocari.* s Reuocentur. Quod poteſt fieri ſecundum Inno. & B. Com. vt notatur per eos, extra eo. quia propter. & c. publicato. Secùs eſt in compromiſſarijs, qui non poſſunt reuocari, re non integra exiſtente, extra eod. in cauſis, vbi de hoc, & infrà c. xlix. dic. vt ibi.

Adde, quòd idem tenet Ant. de But. & Abb. Sic. in d. c. quia propter, §. vel ſaltem, in princ. quòd ſcrutatores etiã re non integra poſſunt reuocari, quia ſcrutatores nullũ poſſunt prætendere intereſſe, quia redderent ſe ſuſpectos, vt ibi vide, & de compromiſſarijs, infr. eo. c. xlix. in verbo dixerunt, & ibi dico.

t Inchoatum. Ar. extra de reſcriptis litteris vij. q. quæſt. j. nihil.

## Per quem modum & ordinem vota ſcrutari debeant ſingulorum.

### CAP. XXIIII.

*CVm ſecretò & ſigillatim ſit, vt diximus, a. votorum inquiſitio facienda, ſcrutatores cũ tabellione ac teſtibus, b. debenti ne audiri valeant ab alijs, trahere ſe in partem: videlicet ad vnum angulum capituli, vel ad locum alium condecentem: & ibidem antequam procedant ad ſcrutinium aliorum, debent iuxta Doctorum, c. conſilium ſcrutari primò ad inuicẽ vota ſua, d. ne ex votis poſsint inſtrui aliorũ, in quem debeant conſentire: aliàs, ſi vota ſua vltimò ſcrutarẽtur, plerumque in ipſorum exiſteret poteſtate ius tribuere cui vellent, e. Scrutatis igitur votis ſuis, vocare debent illum, qui habet in capitulo primam, f. vocem. Quo ſcrutato, alios ſigillatim, quouſque vota omniũ fuerint inquiſita, g. prouiſo, quòd non duo, h. ſimul aut plures, ſed ſinguli ſingulariter inquirantur: aliàs electio nõ teneret, i. Verum ſi ſcrutari aliqui permittunt, licet ſecuta electio non ſit, k. nulla eſt tamen illis, contẽptum ſuum proſequentibus irritanda, m. Et nota nõ ſufficere: prout aliqui, n. aſſeuerãt: quòd vocentur generaliter, o. illi, qui remanent ad ſcrutandũ, immò vocari debent ſinguli nominatim, tam hi, qui*

*ſunt infra capitulum, quàm hi etiã, ſi videri valeant, qui ſunt extra: illi autem, qui videri nequeunt. p. nihilominus, ſi ſint circa capitulum. q. ſunt vocandi, dummodo hi, qui ſunt in capitulo, eos ſciuerint ibi eſſe. Sanè quamuis ſcrutatores ipſi, cùm vota exquirunt, conſueuerint. r. per patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ac in ſuarum animarũ periculum ſingulos adiuuare, s. vt ſecundum Deum. t. & conſcientiam ſuam iuſtam, u. illum nominent ſeu eligant, quẽ vacanti eccleſiæ vtiliorẽ & magis idoneũ eſſe credũt: ſi tamen adiurationem eandem omiſerint, non propter hoc electio vitiatur. Nam licet ſit iuri conſona, x. & per eam ad eligendam certam perſonam magis idoneam. y. adiurati fortius aſtringantur, non tamen eſt neceſſaria, z. ſicut puto: ſed ſufficit, quòd ſimpliciter requirantur, a.*

CVm ſecretò & ſigillatim, &c.

a Diximus. Suprà duobus c. proxi.

Adde text. in ca. ſi quis iuſto. §. abſens, & ibi Doc. li. vj.

*Scrutinium eſſe ſecretum qualiter intelligitur.*

b Teſtibus. Licet enim ſecretè ſcrutiniũ ſit faciendum, nihilominus tamen tabellio & teſtes intereſſe poſſunt, vt dixi ſuprà, c. xxij. nam hoc, quod dicit ſecretè, refertur tantũ ad illos de capitulo, vt vnus nõ audiat de alio, ſed quantum ad alias perſonas neceſſarias, non prohibetur, quin intereſſe poſſint, vt not. per B. Compoſt. Inno. extra eod. quia propter.

Adde quæ dixi in dic. cap. xxij.

c Doctorũ. Puta Hoſt. & B. Cõ. ex. e. quia propter.

*Scrutatores ſe primò ſcrutabũtur.*

d Vota ſua. Hoc intellige verum eſſe, quando ſcrutatores ſunt de collegio. Nam ſi non eſſent de collegio, non fieret iſtud, cum non haberent vocem in electione. Scrutabuntur autem ſe ad inuicem in hunc modum:

modum:duo enim ſcrutabuntur tertium, & eo ſcrutato, ille ſcrutatus cum alio ſcrutabitur ſecundum, deinde illi duo ſcrutati, ſcrutabũtur tertium, vt infrà, c.lix. forma, vij. Quid ſi ſint tantum duo ſcrutatores? Dic, quòd vnus ſcrutabitur alium, ſecundum B. Compoſt. vt notatur extra eodem, quia propter. Sed nunquid capitulum poſſet deputare alios ſcrutatores, qui ſcrutarentur vota illorũ ſcrutatorum? Sic ſecundum Innocen. & Hoſtien. vt notat. per eos in dicto capitulo, quia propter. Magis tamen placet Innocen. quòd ipſi ad inuicem ſe ſcrutẽtur. Adde quòd iſtam glo. & ſequen. in omnibus ſequitur Abb. Sicu. in d.c. quia propter, in prin. col. iiij. verſicu. iiij. quæritur, vbi dicit, quòd practica, quam ponit hic Mand. eſt communis, & melior. Et ibi moder. & glo. in eod. c.lix. forma. vij. in verbo primo.

e Cui vellent. Vt patet in tali exemplo: Pone, quòd ſunt xv. canonici, quorum tres ſunt ſcrutatores, de alijs conſentiunt ſex in vnum, & ſex in alium, modo eſt in voluntate ſcrutatorum dare ius, cui volunt, quantũ ad numerũ, ex quo vltio ſua vota ſcrutãtur. Ne igitur hoc fiat, conſulũt Doctores, vt primò ſcrutentur vota ſua: nam omnis materia fabricandi falſum eſt vitanda, & maximè in electionibus, in quibus omnis dolus & ſubreptio debent ceſſare, extra eod. cùm dilectus.

f Primam vocem. A capite enim edenda eſt ratio, ff. de eden. l. argentarius, §. edi autem. Vnde in ſeſſionibus, ſubſcriptionibus, & reſponſionibus maiores præferuntur, ſecundum Innocen. vt xvij. di. §. huic etiam vltra medium, & ff. de albo ſcriben. l. j, & notatur extra de ma. & obe. c. j. *Maiores in multis ſunt præferendi minoribus.*

Adde, quòd iſta ſunt ſigna cognoſcendi maioritatem, glo. in c. deliberatione, in verbo electionis, & ibi Archi. & Inn. An. de offi. leg. & Franc. de Zab. in cõſi. xxx. colu. iij. poſt princ. verſicu. item eſt dare talem, & gloſ. in §. ad locum, in verbo ſequen. eodem in prag.

Innoc. Abb. & Felyn. in d.c.j. de maio. & obe & quæ dixi in libro conſue. tit. de conſuet. iuris ſtat. perſo. §. vj. in j. gloſ. & Do. de Ro. deci. iiij. incipi. fuit dubitatum & c. in nouis, & glo. infrà eodem c. lix. forma vij. in verbo præsbyte.

g Inquiſita. Quid ſi inquiſiti nolunt reſpondere: vel cauteloſam reſponſionem dent? Dicit Innocen. quòd non obeſt, vt notatur per eum extra eodem, quia propter, ff. de interrogat. ac l. de ætate, §. qui tacuit & §. quòd autem de hoc notatur, ſuprà cap. proximo.

Adde, quòd ſcrutatores debent diligenter exquirere, vt d. ca. quia propter, ibi interrogando, ſcilicet in quem volunt conſentire, & quare conſentiunt in illum per ipſos nominatum, & quo zelo, & etiam interrogare de meritis illius ac qualitate perſonæ, ſecundum Ioan. And. ibi. & Abb. col. iiij. verſicu. & per hoc poteſt decidi, vij. quæſt. imò ſecundum ipſos poterunt ſcrutatores ſingulos aſtringere per iuramentum, vt infra, eod. §. ſanè, & idem tenet Barth. de fir. in tra. de Epiſcopo, in j. parte lib. iij. quæſt. ij. ad quem recurre, &c.

h Duo ſimul. Secundum Innocen. & notatur per eum, extra eodem, quia propter.

i Non teneret. Quia cōtra formam generalis concilij, attemptata, quod vult, vt ſecreto & ſigillatim vota inquirantur, extra eodem, quia propter.

*Electio non eſt nulla, licet vota aliquorum non ferint inquiſita.*

k Non ſit nulla. Non enim eſt de forma, ſecundum Innocentium, quòd vota omnium ſcrutentur, vt notatur per eum, eodē, quia propter, ſed hoc eſt neceſſe, vt dicit, quòd duæ partes ad minus de præſentibus, vel de his, qui vocari debent & intereſſe volunt, ſcrutentur: aliàs non teneret, notauit, eodem titu. eccleſia ij.

Adde ad prin. glo. quæ dixi poſt glo. ſuprà, c. proximo in verbo omnium. Et ad fi. glo. quæ dixi ſuprà, cxvj. in verbo habentes.

*l Illis.*

l Illis. Alij cōtēptum iſtorum proſequi non poſſunt ſuprà. c. v. vbi de hoc.

m Irritanda. Extra eodē, quod ſicut, & ſuprà, c. v. vbi de hoc.

n Aliqui. Puta Inno. & Hoſtien. & B. Compoſt. vt no. per eos extra eodem, quia propter.

o Generaliter. Puta dicendo, venite ad ſcrutinium vos, qui ſcrutandi remanſiſtis.

p Nequeunt. Puta quia loquitur vnus cum alio, iuxta columnas capituli, ſecundum B. Compoſtella.

q Circa capitulum. Quid ſi congregatis omnibus in capitulo hora præfixa pro facienda electione recedunt aliqui de capitulo: nunquid ſunt reuocandi ab his, qui ſunt in capitulo? Videtur quòd ſic, ſuprà extra eod. cùm nobis olim, & in hac opinione videtur eſſe Hoſtien. & ibidem, & in c. cùm inter vniuerſas, & Innoc. ac B. Compoſt. eo. tit. conſiderauimus. Eſt tamen, ar. contra, extra de iudi. c. j. & xj. quæſt. iij. certum, contumacia enim non venientis, & venientis, ſed recedentis negocio imperfecto, vel ſine licentia iudicis ęqui parantur, vt in dictis iuribus dicitur, & xviij. di. ſi quis autem, ergo ſicut non venientibus vocatis abſentibus procedere poſſūt pręſentes, vt in dicta dec. cū nobis olim, & eo ti. quod ſicut, ſic & eo. modo videretur, quòd recedentibus aliquibus de capitulo, poſſent alij procedere ipſis non reuocatis, nec expectatis. Primū tamen eſt tutius. Adde glo. & quæ ibi dixi in ca. xviij. in glo. in verbo, nec venerunt, ſuprà eodem & Bal. & Ab. Sic. in c. eccleſia veſtra in ij. eodem, & quòd voluit Bal. in conſil. ccxiiij. in ſecundo dubio lib. iij. *Canonicis in capitulo cūgregatis ſi aliqui exeāt an ſint reuocandi.*

r Conſueuerint. De ap. conſtitutis ij. & in auten. de ſancti. Epiſcopis §. iubemus igitur Abbatem.

s Adiurare. Talis adiuratio habetur loco iuramēti, ij, quæſt. v. ſi quis præsbyt. & no. extra de ap. conſtitutis ij. Adde quòd hodiè ſecundum prag. in §. ad locum eod. quolibet die ad electionem faciendam

præfixo iurat modo & forma ibi prænarratis, & glo. in verbo ego. N. cum pluribus ſeq. vſque ad fi. §. quas vide pro omnibus in hoc cap. & eius glo. contentis. Et nota, quòd ſicut iudices, dum iudicant, debent habere Euangelia in medio, l. rem non nouam. C. de iu. c. j. iiij. q. iiij. c, vt noſtrum, vt eccleſia. benefic. & c. vt noſtrum de app. l. quod Epheſi. ff. de eo, quod certo loco. Et pariter in conſilijs, c. in nomine Domini, ibi propoſitis ſacro ſanctis Euangelijs, xxxiij. di. ita canonici dum eligunt, vt no. Card. Alex. ibi. col. j. verſ. nota tex.

*Beneficia nō ſunt ſanguini conferenda.*

t Secundum Deum. Non ſecundum carnem: quia non ſanguinis, ſed vitæ meritis, ſunt beneficia conferenda, viij. quæſt. j. Moyſes. Vel ſecundum Deum, idem non ſecundum mundum, ſcilicet interueniente pecunia vel corruptiõe aliqua, extra eo. per inquiſitionem, lix diſtin. miramur.

*Iudicium rectũ multipliciter peruertitur.*

v Iuſtam. Benè dicit iuſtam. Nam multi ſunt, qui fauore, odio, amore, vel præmio, vel expectatiõe premij, ſuam infirmant conſcientiam, vt volunt, & rectum peruertunt iudicium in ſuarum periculum animarum vt extra de re iudi. cùm æterni. libr. vj. & xj. queſt. iij. ca. quatuor.

x Conſona. Extra de appel. conſtitutis. ij.

y Magis idoneam. Licet de iure melior eligendus ſit ab initio viij. quæſt. j. licet, ſufficit tamen ex poſtfacto, ne is, qui eligitur, malus exiſtat, xvj. quæſt. vij. monaſterium & extra eodem, cùm dilectus.

Adde Bartho. & Ange. in §. iubemus, in auten. de ſanct. Epiſcopo, col. ix. vbi idem tenent. Et an electio ſit nulla, cùm is, qui patitur ſe eligi, ſcit ſe nõ habere qualitates requiſitas, Ludo, de Roma. in conſi. ccxvj. colu. ij. verſicul. tertio principaliter, &c. tenet, quòd ſic.

z Neceſſaria. Potius enim eſt ad benè eſſe, quàm ad eſſe: vnde nec de ſubſtãtia eſt, vt notatur per Hoſtien. extra eo. in Geneſi, ad finem.

a Requirantur. Argu. extra eodem, quia propter, & cap. in Geneſi, in quibus de adiuratione nulla fit mentio.

## Vtrum ad infirmos, qui ſunt in eadē ciuitate vel clauſtro, ſcrutatores accedere teneātur.

## CAP. XXV.

*QVando electionis tempore in eadem ciuitate vel clauſtro aliqui ſunt adeò infirmi,* a. *quòd non poßut ad capitulum commodè conuenire, nec volunt procuratores conſtituere, quanquam poſſent,* b. *ſcrutatores, poſtquā eorum, qui ſunt in capitulo, vota fuerint inquiſita, debent.* c. *ad infirmos ipſos accedere, & vota inquirere eorundem: deinde nullo actu extraneo interiecto:* d. *redire debent ad capitulum, vt tam iſtorum, quàm illorum vota publicent in communi. Cæterùm in ſuper publicatione votorum vel collatione, ſeu communi electione, aut alijs, quæ poſtmodum imminent facienda, non ſunt ijdem infirmi neceſſariò requirendi.* e. *Nam ſufficit, quòd in ſcrutinio requirantur, vbi autem procuratores conſtituunt, non ibitur ad eoſdem, ſed cum ipſorum procuratoribus procedetur.*

QVando electionis, &c.

a Infirmi. Supple vel alio impedimento legitimo detenti, ſecundum Hoſtiē. & B. Comp. vt notatur per eos, extra eodem, quia propter.

b Poſſent. Extra eod. quia propter, §. illud.

c Debent. Secundum Inno. & Hoſt. & B. Comp. vt notatur per eos, extra e. quia propter, quia pręſens videtur, qui eſt in ortis ij. q. iij. biduum, ff. de procura. l.

*Aqua dulcior ex fonte hauritur, quàm ex riuulo.*

v.& quia vox infirmi efficacior eſt, quam procuratoris, ar.C. de procur.l.vltim.extra de iudi.paſtoralis,& dulcius ex ipſo fonte. ſ. à domino hauritur aqua, quã ex riuulo, id eſt, ex procuratore, lxxvj.diſt.ieiunium. Si verò infirmi procuratorem inſtituere volunt, poſſunt, & tunc non ibitur ad eoſdem, ſed cum procuratoribus procedatur, vt ſequitur.

Adde Bald.in d.ca.quia propter, col.v.in fin. cum ſeq. qui dicit, quòd dulcius eſt habere aures dominorum, quàm aures miniſtrorum, quod eſt elegans dictum. Si quis interrogatur: quare vult, quòd reſpondeat principalis, & non procurator? Reſpondere debet, quia copioſius & dulcius bibitur de fonte, quàm de riuulis, facit.l.fi. cùm ſua glo. & ibi Doctor. C. de procura.

*Votorum publicatio quãdo fieri debet.*

d Interiecto. cũ enim votis exquiſitis ſit mox publicatio facienda, vt extra eo.titu. quia propter, non debent iſti procuratores ad actus alios diuertere, ſed debent ſtatim, vt hìc dicitur, ad capitulum redire, vt vota iſtorum & aliorum mox publicent in communi. Adde no.in c.xxj & ſequen.inf.eodem.

e Requirendi. ſecundum Innocen.& B. Compoſt, vt notatur per eos, extra eo.quia propter.

## Qualiter debet quis in ſcrutinio exprimere votum ſuum.

### CAP. XXVI.

*QVia in electionibus, poſtulationibus, & ſcrutinijs alternatiua vota, conditionalia, & incerta penitùs reprobantur, a. ſit cautus quilibet, vt non alternatiuè, cõditionaliter, vel incertè, ſed purè votum ſuum exprimat iſto modo, vel alio competenti.* b. *Ego talis in talem*

*talem conſentio, & ipſum eligo. c. in epiſcopum & paſtorem. Vel ſi perſona talis fuerit, quæ debeat poſtulari, d. dicat, in talem conſentio, & ipſum eligo poſtulandum in epiſcopum & paſtorem. Sanè ſi quis votū ſuum expreſſerit alternatiuè, conditionaliter, vel incertè, votum huiuſmodi non valebit, & eligendi poteſtas ea vice. e. penes alios, qui purè conſenſerint, remanebit. f, Alternatiuum autem votū dicitur, ſi quis dicat, conſentio in præpoſitum vel cantorem, conditionale, conſentio in præpoſitum, ſi cantor conſenſerit in eundem. Incertum conſentio in illum, quem maior pars duxerit nominandum.*

QVia in electionibus, &c.

a Reprobantur. Capitulum iſtud ſumptum eſt tam ex textu, quàm ex gloſa doctorum, poſitis extra eo. in electionibus, lib. vj.

b Competenti. Nō enim refert, per quæ verba votum ſuum quis exprimat, dummodo appareat de cōſenſu, ſicut dicitur in matrimonio carnali, extra de ſpon. tue. & c. ſi inter virum.

c Eligo. Quidam dicunt, quòd exprimens cōſenſum in ſcrutinio, non debet dicere, eligo, ne videantur tot electiones, quot ſunt in numero eligentes, extra eo. in Geneſi, ſed ſine dubio, vt ex eadem dec. colligitur ibi, ne vel idem repeti videtur, &c. & eod. titu. c. publicato, vbi hi, qui conſenſerunt in ſcrutinio, electores vocantur, etiā, antequā fiat electio, in communi benè poteſt dicere eligo, vt dicitur hîc, ſi tamē vis oppoſitionem prædictam vitare, poteris dicere cōſentio in talem eligendum in epiſcopum & paſtorē, & eodem modo in caſu ſequenti conſentio in talem poſtulandum, &c. Vide c. j. de poſt. præ. lib. vj. vbi tales formæ eligendi & poſtulandi ſunt nullius momēti. Adde glo. inf. eod. c. lix. forma vij. in verbo eligo, & *Votū in ſcrutinio an poſſit exprimi per verbū eligo.*

quæ ibi dico, & Bar. B. Ang. Paul. Alex. Iaſon, & Berthol. Zoſi. in l. ſerui electione, in princip. ff. de leg. j. & Bar. de Firm. in tracta. de epiſcopo, in j. parte, lib. iij. q. xxj. vbi ponit, ſi dicatur, volo eligere, &c. & in q. xxvj. dicit, ſi dicatur eligo talem, & non dicit, in epiſcopũ, quod intelligitur.

d Poſtulari. quæ perſonæ poſtulari debeant, dicitur inf. capitu. liij.

*Votum non debet eſſe cõditionale, alternatiuum, vel incertũ.*

e Ea vice. In prælectione, de qua agitur, ergo in ſequenti proxima nõ nocebit, ſecundum Hoſt. ex. c. cũ Vintonen. & notatur per eum, extr. c. in electionibus. Adde gl. in eo. c. proxi. & ſu. c. j. in gl. vl. & quæ ibi dixi, & in capi. ix. & Pet. de Anch. in conſi. cccxcix. in fi.

f Remanebit. Nam illi, qui vota ſua taliter expreſſerunt, perinde habebũtur in iſta electione, ac ſi non eſſent de capitulo, vnde ſi erant xiij. canonici in capitulo, & tres conditionaliter, alternatiuè, vel incertè vota ſua expreſſerint, electio à ſex illa vice de alijs facta dicetur à maiori parte capituli facta, quia voces trium prædictorum reciderunt in x. nec computantur. Adde Dominic. in capitulo j. columna ij. verſicu. ſed contrarium verò, de poſtu. præ. li. vj. & Ludouic. de Roma. in conſilio cccxx. & in conſil. cccclxxxiij. & tex. Archi. Ioan. And. Pet. de Anch. Domin. & Philip. Franc. in c. ij. de elec. li. vj. & quod voluit Cal. conſil. vij. eo. ti. & Fran. de Zaba. in conſi. xcix. & conſi. ciiij. colum. ij. in fin.

## Qualiter hi, qui ſcienter indignum eligũt, puniuntur, & quis indignus, vt non poſsit eligi, cenſeatur.

## CAP. XXVII.

*CVm hi, qui ſcienter indignũ in ſcrutinio nominare præſumunt, ſi ex votis eorum communis electio ſubſequatur.* a. *eligẽdi ſint ea vice.* b. *poteſtate priuati.* c. *& ſuſpenſi triennio.* d. *à beneficijs*

*neficijs.e eccleſiaſticis ipſo iure.f.ꝓuidere debet quilibet, ne conſentiat in indignum. Indignus aũt cenſetur omnis excõmunicatus.g.ſuſpenſus, h.vel interdictus.i.ac laicus.k.& qui non eſt in ſacris ordinib.l. vel ætate legitima.m. conſtitutus, quiq; nõ habet ſcientiã n.cõpetentem, aut nõ eſt de legitimo matrimonio ꝓcreatus, o.vel eſt ſymoniacus.p.homicida.q.bigamus r.ꝑiurus.ſ.ſacrilegus, t.aut infamis.u. necnõ & qui electionis tẽpore pluralitatẽ beneficiorũ curã animarũ habentiũ, ſeu dignitatũ, aut perſonatuũ abſq; diſpenſatione ſedis apoſtolicæ noſcitur in caſibus à iure prohibitis obtinere, x.& is etiã, qui electioni de ſe factæ ꝑ ſecularis poteſtatis abuſum præſumpſerit cõſentire, y. ſupradicti oẽs, necnon & cæteri criminoſi, z. ac irregulares.a.à iure eligi prohibentur. Et ſi ſcienter electi fuerint, puniũtur eligẽtes, vt ſuperius eſt præmiſſum.*

CVm hi, qui ſcienter. Secùs ſi ignoranter, extra eo.cùm in cunctis, & c.innotuit, & ſup.c.ix. *Eligendi poteſtatem an perdat, qui ſcienter indignum nominat.*

a Subſequatur. hoc eſt contra quoſdã, qui dixerũt, quòd ex ſolo cõſenſu in ſcrutinio præſtito priuatur quis eligendi poteſtate, ſi nominet ſcienter indignum, vt de hoc notatur per Inno.ex.e. dudũ, j.ſed nõ eſt verũ, niſi ſequatur electio. vt hic dicit, & eſt expreſſum hodie, eo.ti.cap.perpetuæ.lib.vj.

b Ea vice, id eſt, in prima electione, quæ facienda imminet, quod dic, vt ſup.c.ix.

Adde, an eligentes indignum ſint priuati poteſtate poſtulandi pro illa vice, Fely. in c.cùm olim.colũ. j.de maio. & obed.

c Priuati. ipſo iure, extra eodem, cùm in cunctis, §. clerici.

Adde, an dignus priuatiõe beneficij faciat fruct⁹ ſuos, quãdiu in beneficio toleratur, Felyn.c.de quarta, la-

ta, latius, quàm alibi, col. xij. verſic. faciunt poſtremo de præſcript.

d Triennio. extra eo. cùm in cunctis.

*Eligentes ſcienter indignũ non ſemper ſuſpenduntur à beneficijs.*

Adde, an talis infra huiuſmodi triennium poſſit eligi, per Docto. in d. ca. cùm in cunctis, & in c. per inquiſitionem, eo. & Barth. de Firm. in tract. de epiſcopo, in prima parte, lib. ij. q. lviij.

e Beneficijs. Habitis & habendis, extra eo. per inquiſitionem, vbi de hoc, & facit extra de æta. & qua. cùm bonæ. Notandum eſt tamen, quòd iſta pœna, ſ. priuationis à beneficijs locum habet ſolùm, cùm epiſcopus eligitur ſcienter indignus. Secùs autem eſt, ſi alius inferior eligatur indignus, tunc enim licet eligentes priuati ſint eligendi poteſtate ipſo iure, non ſunt tamen ſuſpenſi à beneficijs, ſecundum Hoſt. vt no. per eum extra eo. cauſam quæ, in fin. & c. cùm in cunctis, §. fin. & in ſumma, eo. titu. §. quam pœnam, circa fin. & hæc pœna reſtringitur ad beneficia, quæ ipſi eligentes habent in eccleſia, quam taliter eligendo offenderunt, c. ſi compromiſſarius, §. reſtringitur, de elect. lib. vj.

Adde, qua pœna puniantur eligentes indignum, glo. in prohe. prag. §. nam eccleſiarum, in verbo indignorum, & text. in §. & quoniam, & ibi glo. in verbo auctores, fol. xxvij. eo. titu. in prag.

f Ipſo iure. xx. eo. cùm in cunctis, & c. innotuit.

g Excommunicatus. ſiue maiori, extra de cleri. excommu. mi. poſtulaſtis, & c. ſequenti, ſiue minori, eo. titu. ſi celebrat, vbi de hoc.

Adde, quid ſi ſit excommunicatus poſt appel. interiectam poſſit eligi & eligere, dic quòd ſic, cùm per app. extinguatur, c. præterea, de appel. & c. ſolet, & c. licet de ſenten. excommu. lib. vj. & Do. de Rota. deci. cccvij. in anti. & Abb. Sicu. in conſi. xxxiij. lib. j. & Fely. in c. præterea, columna iij. de ſpon. & in c. paſtoralis, de app. Bar. Bald. Ang. & Saly. in l. fin. C. ſi à non comp. iud.

h Suſpen-

h Suſpenſus. extra de conſuet. cùm dilectus, vbi de hoc.

i Interdictus extra eod. cùm inter, R.

k Laicus. lxj. diſt. c j & ij. talis tamen benè poteſt poſtulari, vt e. di. Oſius, & §. ſequenti, infr. c. lxiij.

Adde, an poſſit fieri electio de alijs, quàm de gremio eccleſiæ, tex. Cardi. de Zab. & Imo. in cle. inſ. eo. & Ioan. de Pla. & Lucas de Penna, in l. nam, C. de nauicul. lib. xj.

l Ordinibus. extra eo. dudum, j. & extra de æta. & qualita. à multis, lx. diſt. innouamus.

Adde, an electus teneatur dicere defectus ſuos, Fely. in c. ſciſcitatus, colum. iiij. verſicu. non ſe excuſat, de reſcrip.

m Legitima. xxx. annorum completorũ in epiſcopo ad minus, & xxv. inceptorum in inferioribus dignitatibus & beneficijs curam animarum habentibus, ex. eo. cùm in cunctis, & c. licet, Gre. x. lib. vj. *Aetas legitima in promouendis quæ eſt.*

Adde Bartho. de Firm. in tra. de epiſcopo, in j. parte, lib. ij. q. xxxj. & tex. in c. indemnitatibus, eo. lib. vj. vbi loquitur de ętate Abbatiſſę. Sed ad prioratum ruralem ſine cura poſſit minor xiiij. annis aſſumi, Frede. de Zenis, in conſilio xlix. & Dominic. in c. de his, xxviij. d. vbi plenè vide, & Fely. in ca. cùm, xx. colum. vlti. de offi. delega.

n Scientiam competentem. extra de æta. & qua. cùm ſit, & c. quamuis, nam licet deſideretur in pręlato eminens ſcientia, in eo tamen cõpetens toleratur, extra eod. cùm nobis olim, & extra de renuncia. niſi cùm pridem, §. ne pro defectu. Adde ad iſtam gl. ſimilem, j. eo. c. lix. forma vij. in verbo Doc. & in cap. lx. in verbo epiſcopalis.

o Matrimonio. infrà eodem, cùm in cunctis, & capitu. innotuit.

Adde, quid ſi in heremita, dic quòd ſic, ſecundũ gl. xvj. q. j. qui verè, per ca. cùm monaſterium de elec. & Bart. de Firm. in tract. de epiſcopo, in prima parte lib.

ij. q.

ij.q.lxviij. vbi vide aliqua pulchra de heremita.

p Symoniacus. extra e. ſuper eo. & extra de ſymo. c.tanta, & extra de renuncia. poſt tranſlationem.

q Homicida.l.d.miror, & ca.ſi quis viduam, extra de exceſſi.præ.ex literis.

r Bigamus. verè, vel interpretatiuè, extra. de bigamis, per totum, & xxvj.diſt.c. deinde. Qui dicantur bigami verè, & qui interpretatiuè, notatur extra eo. de biga.cap.ij.

Adde ad iſtam glo. & ſeq. glo. infrà eod.c.xxxij.in verbo bigamus, & in c.liij.in verb. bigami, & quæ ibi dixi, & an Papa poſſit diſpenſare cum illo, quo ad receptionem ordinum, qui cognouit vxorem, poſtquã audiuit eam adulterium cõmiſiſſe, ex quo cẽſetur bigamus, Pet.de Anch.in conſil.cxxiiij. & pulchrè Bar. de Fir.in tract. de epiſcopo, in j.parte, lib.ij.q.xxj.vbi recitat de Antho.de Roſclis, & Io.de Ligniano bigamis ad cardinalatum aſpirare volentibus ex dicto. glo. in capitu. nuper de bigam. & Bald.in.ac ſi clerici, de iudi.

ſ Periurus. qui non meretur eccleſias regere, extra de iureiu.querelam.

Adde glo.in ca.ſi fortè, eo.lib.vj. & Bald.in l.j.col. ij.C.de reb.cred.Felyn.in d.c.querelam, Barth.de Fir. in tract. de epiſcopo, in j.parte, lib.ij.q.xxxiiij. & glo. inf.eo.ca.lix.forma vij.in verſi.periurus.

t Sacrilegus.extra eo.venerabilem.

*Infames ſunt à dignitatib. repellendi.*

u Infamis. extra de exceſſi.præl.inter dilectos. nã perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debent, vt ibi dicitur, & C.de infa.l.vna.lib.x.vj. quæſt.j.infames.

x Obtinere.extra eo.dudum,ij.

y Conſentire.extra eo.quiſquis.

z.Criminoſi.vt vſurarij, xlvij. diſtin. de petro. extra, de exceſſi. præ. inter dilectos, extra de cohabit. cleri.& mu.capit.veſtra, & capitulo vltimo, xxij. diſt. præter hoc, & idem eſt in alijs criminoſis, extra eod.

cùm

cùm in cunctis, ver. vita, &c. & inf. lxxxj. diſt. tantis.

Adde ad hoc. c. & omnes glo. text. & ibi Arch. Domi. & Cardin. Alexand. in c. qui in aliquo, lj. diſtinct. & infrà eod. c. liij.

a Irregulares. vt hi, qui celebrauerunt excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, nec eſt cum eis diſpenſatum, extra de re iu. cùm æterni. lib. vj. Sunt etiam & alij, qui prohibentur eligi, vt is, qui laborat morbo epileptico, ſiue caduco, extra eodem, cùm inter canonicos, xxxiij. diſtinct. maritum. Item maculam in oculo habens, vel manu altera mutilatus, extra de cor. vici. cùm de tua, & capitu. ex parte. Item regularis, qui audiuit leges, vel phyſicam, niſi cũ eo fuerit per ſedem Apoſtolicam, diſpenſatum, extra de cleri. vel mo. ſuper Specula. Iſti verò, & multi alij, quos per ſe inuenire poterit quilibet ſtudioſus, eligi prohibentur. *Eligi prohibētur multi.*

Adde ad hoc notata, in cap. liij. infrà, eod. qui eligi poſſint vel prohibeantur, & Bartho. de Fir. in tracta. de epiſcopo, in j. parte, libro ſecundo, per totũ. Et quę dicatur irregularitas, & vnde dicatur, & quo iure fuit introducta, & quot modis ſumatur, & qui irregularitatem incurrere poſſunt, quæ fuit cauſa inducendæ irregularitatis, quibus caſibus contrahitur de eius effectu, & qualiter remoueatur, vide amplè per Mari. Zoſi. in repeti. capitu. ad audientiam, de homicid. vbi ponit decem quæſtiones celebres. Et nota, quòd nemo eſt irregularis cenſendus, niſi qui de iure irregularis dicitur, vt dicit Anthonius de Butrio, in capitulo ex parte, in ſecundo de corpo. vicia. & Cardinalis Alexandri, in capitulo, hinc, in principio, quadrageſima nona diſtinctione.

## Per quem, & qualiter vota in ſcrutinio præſtita ſunt ſcribenda.

CAP.

## CAP. XXVIII.

*QVia vota ſunt in ſcriptis neceſſariò, vt diximus, a. redigenda, per quē & qualiter hoc fieri habeat, videamus. Sciēdum eſt igitur, quòd ſi tabellio. b. præſens fuerit, ipſe ſcribet, ſin autem ſcribant ſinguli ſcrutatores. c. aut vnus ex ipſis de beneplacito aliorum, vel aſſumantur duo viri idonei ad ſcribendum, ſicut fit in iudicijs. d. cùm tabellio non habetur. Cæterùm, quicunque ſcripſerit de prædictis, poteſt vel in prima perſona, vel in tertia. e. ſcribere vota ipſa, prout ſibi videbitur expedire, licet, quod in prima perſona fiat id magis propter electionis decretum. f. à doctoribus. g. approbetur. Sanè cùm amplius præſumatur pro his, qui ſunt in maioribus dignitatibus & ordinibus conſtituti. h. conſulo, quòd in ſriptura huiuſmodi ordinem exprimat. i. cuiuſlibet, & etiam dignitatem.*

QVia vota ſunt in ſcriptis, &c.

a Diximus. ſuprà, capitulo xxij.

b Tabellio, qui poteſt in ſcrutinio intereſſe, licet ſit ſcrutinium ſecretè faciendum, vt dixi ſuprà, c. xxij. & c. xxiiij.

c Scrutatores. licet Hoſtien. notauerit, extra c. quia propter, & in ſumma, eo. tit. §. qualiter, vbi, & in ſcriptis redacta, tutius eſſe, vt omnes ſcrutatores ſimul ſcribant vota, quàm ſi per alium ſcribantur. Hoc tamen eſt veritas, quòd ſiue ſcribantur per tabellionē, ſiue per omnes ſcrutatores, vel alterum ex eis, ſeu per duos viros idoneos, ius non offenditur. Et in hac opinione ſunt B. & Innocen. in d. c. quia propter.

*Vota in electione per quos ſunt ſcribenda.*

Adde, quæ dixi poſt glo. ſup. eo. capi. xix. in verbo tabellio, & gl. in prag. eo. §. notarijs, in princi.

d Iudi-

d Iudicijs. extra de proba. quoniam.

e In tertia. Poteſt enim ſcribere ſic, P. requiſit⁹, in quem conſentiebat, conſenſit in B. & eum elegit in epiſcopum & paſtorem Vel ſic, P. requiſitus, in quem conſentiebat, ſuum conſenſum in hunc modum expreſſit, ego. P. in talem conſentio, & ipſum eligo in epiſcopum & paſtorem.

*Vota poſſunt ſcribi in tertia perſona, et in prima.*

Adde gl. inf. eo. c. lix. forma vij. in verbo ego.

f Decretum. in quo ſubſcribi debent nomina canonicorum in prima perſona, vt inf. c. lix. forma 24.

g Doctoribus. vt notatur per Gof. in ſuo libello, eodem titu.

h Conſtituti. extra eo. dudum, j. & c. eccleſia ij.

i Exprimat. is qui vota ſcribit.

Adde glo. in c. lix. forma vij. in verbo præsbyter.

## Si ſcrutinium non poſsit perfici vna die, an continuari valeat in ſequentem.

### CAP. XXIX.

*SI eorum, quorum vota ſunt ſcrutanda, tanta fuerit multitudo, quòd compleri nequeat ſcrutinium vna die, cõtinuari.*a.*poterit in ſequentem, & in die continuata perfici ſcrutinium inchoatum, quod intellige verum eſſe, ſi ſuperſit de tempore ad eligendum in canonibus præfinito: nam ſi nihil de hoc tempore ſupereſſet,* b. *tunc non poſſet fieri* c. *continuatio ſupradicta, cùm eligi nequeat vltra tẽpus,* d. *imò eligẽdi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluetur.* e. *ſibiq; imputent, qui eligere debuerant, qui ſe adeò arctauerunt.* f.

SI eorum, quorum, &c.

a Continuari. ſecundũ Inno. & Hoſt. vt not. per

*Scrutinium poteſt continuari de die in diem.*

eos, extra eo. quia propter, & cenſebitur vnum ſcrutinium ratione cõtinuationis, ar. extra de tempori. or. literas. Nam continuatio de duobus, facit vnum, xvj. q. iij. §. poteſt. & vij. queſt. j. illud, & c. nihil.

Adde, & intellige, dum tamen à maiori parte fiat, vt dixi ſuprà, capitul. xvj. in addi. ij. poſt glo. & facit per hoc, c. tex. in l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſta. & l. cùm antiquitas, & l. caſus, C. eod. & tenet Barth. de Fir. in tract. de epiſcopo, in prima parte, libr. iij. queſt. xxiiij. arguendo de vltimis voluntatibus ad beneficia, quod eſt validum in iure, ſecundum Ludouic. de Ro. in conſilio ccclxxxviij. & capit. ij. de conceſſione præbend. & vide, quod not. Bald. in l. ſi cùm dies, in prin. ff. de arbi. & quæ dico infrà eod. c. lix. forma j. in verbo diem talem, & gloſ. in forma vij. in verbo interuallo.

b Supereſſet. quia fortè eſt vltima dies termini à iure ſtatuti.

*Iuriſdictio an poßit vltra terminũ continuari.*

c Non poteſt fieri. ſic & iudex delegatus, cuius iuriſdictio expirat in termino ab eo præfixo, nõ poteſt continuare in diem ſequentem, licet aliàs poſſit, ſi nõ expiraret, extra de offic. deleg. conſuluit.

Adde Io. Fab. Chriſtofo. Porc. Bar. & Ang. Aret. in §. omnis ſtipulatio, Inſti. de verbo. obl. Bar. in l. ſi finita, §. Iulianus, verſi. quæro, vtrũ primum decretũ, &c. ff. de dã. infec. Ang. Imol. & Moder. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & Bald. Abb. Sicu. & Felynus in dicto capitulo conſuluit.

d Vltra tempus. extra de ſupp. neg. præl. licet, & ca. dilecto, & dixi ſup. c. j.

e Deuoluetur. ſup. c. j. dic, vt vbi.

f Arctauerunt. extra eo. cùm in veteri, & ff. ſi quis cau. l. ij.

## Qualiter, & quando vota in ſcrutinio præſtita debeant publicari.

### CAP. XXX.

Votis

*VOtis omnibus iuxta ea, quæ præmiſimus, a. inquiſitis, ſcrutatores de angulo capituli, vel de alio loco, ad quem ſe in partem traxerant, conſurgentes, ad alios reuertantur, moxq; b. vota publicent in communi. c. legendo, ſcilicet, coram ipſis intelligibiliter ac diſtinctè ſcripturam vota eadem continentem. Porrò, ſi aliquis de ſcrutatoribus facto ſcrutinio ſe abſentat, vel caſu aliquo impeditur, poſſunt. d. vota ipſa ſcrutatores alij publicare, vel capitulum, ſeu aliquis à capitulo deputatus: quia non eſt vis, per quem publicatio iſta fiat, dummodo facta fuerit in communi. Veruntamen, quia generale concilium. e. velle videtur, quòd eam faciant ſcrutatores, tutius eſt ipſam fieri per eoſdem. Cæterùm, quamuis aliqui. f. aſſeuerent, quòd ſi poſt inquiſitionem votorum hæc publicatio differatur, propter hoc non debet electio vitiari, quia tamen in prædicto concilio ſtatuitur, vt vota in ſcriptis redacta mox publicari debeãt, in communi melius eſſe puto, quòd fiat ſine aliquo interuallo, g. ſi fieri poterit. h. bono modo.*

VOtis omnibus, & cætera.
a Præmiſimus. ſuprà capitu. xxiiij.
b Moxque. ſic ſuprà c. xxij.

Adde, poſtquam in ſcriptis redacta, ſecundũ Abb. in capit. quia propter, crebrò alleg. colum. v. verſicul. decimum ſubſtantiale, quod publicetur in ca. vt hic.

c In communi. extra eod. quia propter, & dic in communi, id eſt, in capitu. ſecundum Innocen. vt no. per eum, in c. quia propter.

Adde, ꝙ idẽ tenet & exponit Abb. ibi, col. v. ver. nonũ ſubſtã. &c. & ſu. e. c. xxij. ver. quartũ, & Bart. de Fir.

 in tract.

in tract.de epiſcopo,in j.parte, lib.iij. q.xlj.& quæ di. cam infrà eo.c.xxxv. in ver.publicari.

d Poſſunt.ſecundum Inno.& B. Com. ſecundum quos non eſt vis, per quem publicatio iſta fiat, vt notatur per eos,extra eo.quia propter, Hoſt.aũt dicit tutius eſſe,quòd fiat per ſcrutatores,vt in eo.c. notatur per eum,& ſequitur hîc.

e Generale concilium.ex. eo. quia propter,& cap. cùm poſt petitam.

f Aliqui.vt B.Com.extra eo.quia propter.

g Interuallo.In hoc concordat B.in gl.communi, extra eo.quia propter.& c.cùm poſt petitam.

h Poterit.ſi enim fieri non poſſet,aliqua iuſta cauſa interueniente,tunc non obeſſet dilatio, argum.C. de teſtam.l.caſus,& l.cùm antiquitas.

## Per quem,& qualiter, ac in quibus caſibus ſit collatio facienda.

### CAP. XXXI.

*PVblicato ſcrutinio,mox.*a.*eſt collatio neceſſariò.*b.*faciẽda,*c.*vt ea facta eligatur is, in quem maior & ſanior.*d.*pars conſenſit. Fiat autem collatio numeri ad numerum,*e.*vt per eam appareat, in quem maior pars capituli direxerit votum ſuum.Secũdò,zeli ad zelum.*f.*vt videatur, quæ pars zelum habuerit meliorem.Tertiò, meriti ad meritũ,*g.*vt ſciatur, cui de nominatis maiora merita ſuffragantur,nec puto ſufficere collationem fieri de aliquo prædictorum, licet id aliqui aſſeuerent,*h.*imò eſt de omnibus.*i.*faciẽda.Porrò,vbi vnus eſt tantum in ſcrutinio nominatus,quamuis non poßit.*k.*fieri,tunc collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum,ſeu zeli ad*

*ad zelum, fiet tamen* l. *numeri.* m. *meriti,* n. *atque zeli.* o. *licet quidam dicant, contrarium aſſerẽtes, quòd tunc tantùm eſt collatio facienda, cùm ſunt plures in ſcrutinio nominati, ſed eorum opinio non eſt vera.* p. *Collationem verò iſtam faciant ſcrutatores, ſi ſuper hoc à capitulo mandatũ habuerint ſpeciale, aliàs ſuo videntur functi officio,* q. *poſtquam eſt ſcrutiniũ publicatum,* r. *vnde tunc per illum habet in capitulo primam vocem,* s. *ſeu per alium, ſeu alios, quos capitulũ duxerit deputãdos.* t. *erit hæc collatio facienda, quinimo & ſi per aliquem vel aliquos alijs præſentibus & non contradicentibus collatio ipſa fiat, benè valet, licet eis non fuerit commiſſum, quia in hoc caſu haberetur (vt doctores aſſerunt) taciturnitas pro conſenſu.* u. *Cæterùm, licet quidam dicant, quòd non ſolũ, cùm per formam ſcrutinij, ſed etiam, cùm per formã compromiſſi proceditur, eſt collatio facienda, quando videlicet compromiſſarij conſentiunt in diuerſos, alia tamen opinio tanquam verior eſt tenenda, vt in ſola forma ſcrutinij vendicet ſibi locum,* x. *ſicq; loquuntur iura omnia, quæ de collatione faciunt mentionem.* y. *Sanè, ſi collatione facta quicquam forſan appareat, quod electionem redderet vitioſam,* z. *nullatenus fiat electio, ſed ſcrutinium denuò inchoetur, aut per formam aliam procedatur.*

PVblicato, &c. a Mox. ex quo enim ſunt publicata vota, non eſt differenda collatio, niſi fieret ex cauſa. Quid enim ſi canonici publicato ſcrutinio, videntes diſcordiam præparatam, cantãt miſſam ſancti ſpiritus, vt pax & cõcordia inſpiretur. Vel quid ſi aliqui trahant ſe ad angulũ capituli cõferentes &

*Collatio an poßit differri, poſtquam vota ſint publicata.*

tes & tractantes, quomodo poſſit fieri electio in concordia. Vel pars maior & ſanior regat aliam, vt deſiſtat, nunquid per protractionem huiuſmodi vitiabitur electio? Non ſecundum Gof. vt no. per eũ. ex. eo. in ſumma. Abſit enim, vt virtutes in vitia cõuertamus, xj. q. iij. ſi quis dixerit: & facit ad hoc, quod notatur per Hoſtiẽ. extra eo. cùm poſt petitam. Quid ſi non ex cauſis huiuſmodi, ſed malitioſè protrahunt electos facere collationẽ, fortè intendentes ab electo pecuniam extorquere, vel aliàs electionem vitiare, nunquid per hoc vitiabitur electio? Non, ſed compellẽtur per ſuperiorem electores ipſi ad faciendam collationem & electionem celebrandã, extra eodem, publicato. Nam fraus & dolus ipſorum nominato nocere non debet, extra de reſcriptis, ſedes, & c. ſequenti, & ff. de rei vendi. l. in fundo.

Adde, quòd iſta collatio mox poſt publicationem nullo actu extraneo intermiſſo fieri debet, ſecundum Abb. in d. c. quia propter, col. vj. verſi. duodecimum, & Ioan. And. & Abb. in d. c. publicato, & quòd latè voluit Ludoui. de Ro. in conſi. xlv. quòd illud, quod fit in continenti, non eſt diuerſum ab actu facto. Et ad vltimam quæſtionem hìc, & in gloſa, in verbo facienda, in principio, vide Archidiaco. Dominicum, & Cardinal. Alexand. in capitulo finali, lxv. diſtinct. & Dominicum, & Docto. in capitulo ſicut, eodem libro ſexto.

*Electio ſine collatione eſt nulla.*

b Neceſſariò. Nam aliàs, ſi omiſſa collatione, quę eſt de ſubſtantia electionis, vt dixi ſuprà capitu. xxij. fieret electio, nulla eſſet. extra eodem, Cumana, in fi. vbi de hoc notatur plenè.

Adde, quòd iſtud eſt vndecimum ſubſtantiale, ſecundum Abb. in dicto capitulo, quia propter, colum. v. verſicu. vndecimum, & tenet Bar. de Fir. in tracta. de epiſcopo, in prima parte, libro tertio, quæſtione quadrageſima quarta.

*Electores ſi collationem nolunt face-*

c Facienda. Quid ſi nolunt eam facere electores?

Dic,

Dic, quòd ſunt compellendi per ſuperiorem, vt dixi re, quis com-
ſuprà eo. in prima glo. Quid ſi compulſi, nec collatio- pet eos.
nem facere, nec eligere volunt? Dic ſecundũ B. Com. quòd elapſo trimeſtri tempore eliget Metropolitan9, extra eod. ne pro defectu, & habebit nominatum in ſcrutinio eligere, dum tamen ſit idoneus, cùm ſuccedat in locum illorum, arg. ff. de iure fiſci, non intelligitur, §. ſi poſteriori. & C. de tempo. in integ. reſti. ea, quæ, cùm enim electores publicato ſcrutinio variare non poſſint, ſitque iam ius nominato quæſitum, ſi Metropolitan9 poſſet alium eligere, daretur materia electoribus variandi, & concederetur vna via, quod altera denegatur, quod eſſe non debet, extra de procura. tue. & ff. de tu. & cura. ſcire. De hoc notatur per B. Compoſtellanum, extra eodem publicato.

Adde ad vltimam quæſtionem, quòd idem tenet ibi Ioan. Andr. licet Abb. ibi in fin. hæſitet, prout ibi vide, & quæ dixi poſt gloſam penul. in capitulo j. ſuprà eod. ſed Henri. Boich. in capi. dilectus, de conceſ. præben. diſtinguit. & idem Cardin. Alexan. in c. nullus, lxj. diſtinct. verſicu. in glo. primum. Et not. quòd vbi ſuperior poſſet prouidere de extraneo, ſecundum aliquos, in c. ne pro defectu, hoc tamẽ fallit, ſecundũ Henri. & Cardi. Alex. vbi de conſue. vel ſtatuto eccleſiæ nõ poſſet prouideri de extraneo, vt eſt in omnib. eccleſijs Franciæ, ꝙ de cõſue. præſcripta dignitas, vel perſonatus non conferatur extraneis, de qua conſue. no. Hoſt. & Inno. in c. tua, de his, quæ fiunt à præla. & glo. in §. quod quiſque, in verbo ſimiliter, eodem in pragmat.

d Sanior. Qualiter hoc, quod dicit maior, & ſanior, habeat intelligi, not. ſu. c. xxij.

Adde Barth. in tract. de epiſcopo, in j. parte, lib. iij. q. iij. aliàs, ſi poſt ſcrutinium ex collatione non ſequatur electio, nihil valet, c. eccleſia veſtra, & ibi Doct. c. & Barth. de Fir. vbi ſu. q. xlij. & ſeq.

e Ad numerũ. hoc reſpicit eligentes, & dic numeri

vnius partis ad numerum alterius.

*Collatio zeli reſpicit tam eligentes, quã electos.*

f Ad zelum. Hoc etiam reſpicit eligẽtes, & dic zeli vnius partis ad zelum alterius. Conſiſtit autem zelus in intentione animi, j.q. e. ſi quis neque, cùm ſolus Deus interiora hominis noſcat, extra de ſimo. capitul. tua, xxvij. diſtinct. erubeſcant, de zelo ſiue de intentione hominis iudicari non poteſt, niſi per coniecturas, argumen. C. de dolo l. dolum, vnde ex perſona electa præſumitur bonus zelus vel malus. Nam ſi electus ſcientiam habeat competentem, & ſit vita & moribus ornatus, ac de legitimo matrimonio procreatus, nec aliud obſit ei, præſumitur eligentes bonum zelum habuiſſe, argu. extra eod. dudum. j. & capitu. eccleſia, ij. Et è conuerſo, ſi electus ſit indignus, vel ſi affectu carnali, vel alia priuata affectione quis ſit electus, præſumitur malus zelus, viij. quæſtio. ſecunda, dilectiſſimi, extra de præbend. graue. extra vt eccleſia, bene. vt noſtrum. Item pręſumitur zelus melior, vbi eſt maior numerus, & vbi eligentes ſunt antiquiores tempore, & in maioribus dignitatibus & ordinibus conſtituti, vt in dicta decretali, dudum, & capitulo, eccleſia, & ff. de albo ſcriben. l. j. & propter hoc ille, qui vota in ſcriptis redigit, benè facit, ſi exprimat dignitatem & ordinem cuiuſlibet, vt dixi ſuprà, capitulo xxviij. De hac materia notatur plenè per Innocentium, Hoſtienſ. & B. Compoſtel. in dec. prædicta dudum.

*Collatio meriti reſpicit electos.*

Adde ad iſtam glo. Specul. eod. §. j. col. iiij. verſicu. publicatione, vbi ponit exempla de Apoſtolis, qui elegerunt Matthiam, & non Ioſeph iuſtum, licet cõſanguineum eorum, & Barth. de Firmo, vbi ſuprà in iij. parte lib. ij. q. ij.

g Ad meritũ. Hoc reſpicit nominatos in ſcrutinio ſiue electos, extra eo. eccleſia ij. & dic meritum vnius nominati ab vna parte ad meritum nominati ab altera, qui s ſcilicet ſit melior & vtilior, vt is præferatur viij. quæſt. i. licet, C. de offi. rec. prouic. l. potioris, lxj. diſtinct.

diſtinct. miramur. Adde, quibus virtutibus debet naturaliter eſſe prædictus epiſcopus, & etiam quibus accidentaliter, text. Archid. Dominic. & Cardin. Alex. in capitul. qui epiſcopus, xxiij. diſtinct. & glo. in §. ad locum, eod. in prag.

h Aſſeuerēt. Iſtorum opinio ponitur per B. Com. extra eodem, in Geneſi, & ibidem etiam tāgitur per Innocen. & Hoſtien.

Adde tex. glo. Arch. Pet. de Anch. Dominic. Ioan. And. & Phil. Franc. in c. ſi quando, eo. lib. vj.

i De omnibus. Hæc opinio eſt tutior ſecūdum omnes, ar. ff. de tranſact. cùm hi, §. ſi præter, & ideo tenenda, extra de ſponſa. iuuenis, imò & verior, vt videtur, extra eo. quia propter, ibi maior & ſanior, &c. Si enim ſufficeret fieri collationem de altero, videlicet de numero, quare iunxiſſet, & ſanior, cùm de ſanitate conſtare non poſſit, niſi per zelum eligentium & merita electorum. Qualiter autem ſit hæc collatio facienda, habes infrà ca. lix. forma viij.

*Collationem fieri de zelo tantùm, vel merito tantū &c. non ſufficit.*

k Non poſſit. ex quo omnes in vnum conueniūt.

l Fiet tamen. ſecundum Hoſtienſ. vt notatur per eum, extra eodem, quia propter. Innocentius autem dicit, quòd in hoc caſu debet tantùmmodo fieri collatio de duobus, ſcilicet de merito & de zelo, & non de numero, quia patet de ipſo, & notatur per eum, extra eodem, in Geneſi, B. verò Compoſtella. dicit de nullo iſtorum collationem eſſe faciendam, ex quo non eſt, niſi vnus ſolus nominatus, niſi contradictorem haberet, tunc enim eſſet neceſſariò facienda, vt notatur per eum, extra eodem, cùm poſt petitam. Opinionem Hoſtienſ. reputo tutiorem; & videtur expreſsè probari in dict. decr. quia propter, ibidem, in quem omnes. &c. & c. cùm poſt petitam.

Adde, quòd Specula. titul. eodem, §. j. colum. v. verſicu. vbi autem vnus ſolus, &c. tenet, quòd non fiat collatio, ſed ſolùm per præſidentem, ſeu maiorem fiat collatio talis, ſcilicet, an nominatus ſit de legi-

timo matrimonio natus,ſufficien.ætatis & ſcientiæ, ac in ſacris ordinibus, & videtur ſequi Innoc. vt fiat meriti ad meritum, &c.& nõ de numero ad numerũ, ſed Io. An. ibi in addit.tenet opi. Hoſti. quã ſequitur hic auctor,& idem in d.cap.quia propter,& ibi etiam Abb.colum.iij.verſicul. ſexto hic quæritur,&c.quia conſideratur vtrum habuerit numerũ ſufficien.quia præſentes non faciunt duas partes,prout requiritur, & ſentit glo. ſequen. & idem tenet Dominic.in dicto capitulo,ſi quando, verſicu.quid ſi non ſit niſi vnica, &c.& Barth. de Firm.in tracta.de epiſcopo,in tertia parte,lib.ij.quæſt.iij.& Abb.in c.Cumana,colum.ij. verſi.no.decimo.eo.

m Numeri. ſupple tantum conferent enim inter ſe,vtrum omnes præſentes fuerint, & vtrum omnes citati,vel aliqui cõtempti,vel quare nõ eſt vox alicuiꝰ computanda, vel quare non fuit citatus,& ita de ſingulis,quæ ad numerum ſpectant.

*Meritum circa electũ, circa quæ debet attendi.*

n Meriti. tantum, ſcilicet,vtrum nominatus ſit legitimè natus,vel in ſacris ordinibus conſtitutus, aut excommunicatus,vel periurus,ſeu aliàs criminoſus, alióue impedimento detentus,extra eo. cùm in cunctis, & capitul. dudum, j. et. ij. poterit enim eſſe, quòd in hac collatione occurret,quod in ſecreta nominatione non occurrit. Per collationem enim plerunque veritas inuenitur,argument.extra eodem, in Geneſi.

o Atque zeli. tantum, ſcilicet,vtrum electores bonum zelum habuerint,vel malum. Poſſet enim eſſe, quod non bono zelo moti fuiſſent ad eũ eligendum.

Adde,quid ſi eſt facta à duplo maiori número, an fiat collatio zeli ad zelum, text. in dicto capitulo, ſi quando,eod.libr.vj. & ibi Archid. Ioan.And. Pet.de Anch.Domi.imò & Philip. Fran.

p Non eſt vera.vt extra eo. quia propter,& c.cùm poſt petitam.

q Officio.extra de officio delegat. in literis, & ff.

de re iudicata, l. iudex.

Adde tex. in c. Cumana. ibi, vel ipſi aliquos elegiſſent, &c. & ibi Abb. Sicu. col. ij. verſi. nota octauo, eo. & Doct. ſuprà alleg.

*Collatio an ſit facienda per ſcrutatores vel per capitulum.*

r Publicatum. Hoc videtur probari, extra eodem, quia propter. Nam ibi non datur poteſtas ſcrutatoribus, niſi quòd ſcrutentur vota, & ea in ſcriptis redacta mox publicent in communi, quod autem ibi ſequitur, vt is collatione habita, &c. imperſonaliter loquitur, nec dicit, per quem fieri debeat, & ideò videtur hoc ſpectare ad capitulum, licet aliqui dixerint, quòd ad ſcrutatores id pertineat, quod non credo. De hoc notatur per Hoſtienſ. in dicto capitulo, quia propter.

Adde ad iſtam glo. & ſequen. notata per glo. infrà eodem, c. xxxiiij.

s Primam vocem. Hoc eſt conuenientius. argu. extra de maiorit. & obedient. ca. j. ff. de albo ſcriben. l. j & notatur per B. Compoſtellanum, extra eodem, in Geneſi.

*Collatio poteſt fieri per plures, licet non electio.*

t Deputandos. Quid ſi cùm ſint duæ partes, pars vtraque vult collationem facere? Puto, quòd poſſit, ar. extra eodem, quia propter, & cap. in Geneſi, in quibus non cauetur, an per vnum debeat fieri, vel per plures: licet ſecus ſit in electione, quæ debet fieri per vnum, vt in dicta decret. in Geneſi.

v Pro conſenſu. Secundum Innocent. Hoſtien. & B. Compoſtellanum, vt notatur per eos, extra eodem, in Geneſi, & eſt ar. ad hoc liiij. diſtinct. ſi ſeruus, extra de præſump. nónne.

Adde, quæ dixi, ſuprà in capitulo, xxiij. in verbo Lucius.

x Locum. Hæc eſt opinio Ber. Compoſtella. extra eodem, in Geneſi. Idem innuit Innocen. extra codẽ, quia propter, in glo. de forma.

Adde, quòd idem tenet Bal. in dicto ca. in Geneſi, col. iij. verſic. quæro vtrum.

a Men.

y Mētionem. extra eodem, quia propter, & c. cum poſt petitam, & c. Cumana. & c. in Geneſi, cum ſimilibus.

*Electio poteſt eſſe vitioſa propter multa.*

z Vitioſam. Vt quia reperitur, quòd is, qui eſt in ſcrutinio nominatus, eſt excommunicatus, vel periurus, aut aliàs non idoneus: & hoc eſt notorium per ſententiam, vel euidentiam rei, vel confeſſionem ipſius, vel reperitur, quòd eligētes ſunt excommunicati publicè, ſeu quòd neuter nominatorum habet maiorem partem & ſaniorem totius capituli, vel aliquid aliud conſimile. In his enim caſibus & ſimilibus melius eſt non eligere, quàm eligere, ar. extra de iureiu. quemadmodum, & extra eod. cùm in cunctis §. clerici, & ſuprà, c. xxvij. Secus, ſi reperiatur aliud quod electionem non redderet nullam, ſed annullandam, vt quia fortè aliquis eſt contemptus, tunc enim, hoc nō obſtante, benè debet fieri electio, & ad hoc ſunt electores, ſi nolunt, compellendi, ar. extra c. publicato. Ratio eſt, quia non debet talis electio, niſi per ſuperiorem, & ad petitionem contempti caſſari vt ſuprà, c. v. vbi de hoc & neſcimus, vtrum contemptus velit proſequi ſuum contēptum, cùm non cogatur, niſi velit. Verum ſi cōtemptus peteret ſcrutinium à capitulo inchoari, tunc nō debet fieri electio: imò retractabitur, quicquid factum eſt. Quod dic, vt infrà, c. xxxiiij. Et de hac materia plenè notatur per Innocen. & B. Compoſt. in dicto c. publicato.

*Electio facta aliquo contēpto non eſt nulla.*

Adde ad vltimam quæſt. gloſ. ſuprà eodem ca. v. in verbo voluerit, & infrà eodem cap. xxxiij. in verbo voluerint, & quæ vtrobique dixi.

## Si in collatione dubium aliquod oriatur, an ſit plena diſcuſſio facienda.

### CAP. XXXII.

SI,

SI, cùm ſit collatio, dubiū in aliquo oriatur, puta, quia negatur aliquis eſſe canonicus, a. vel dicitur, quòd eſt maioris excommunicationis vinculo notoriè. b. innodatus, aut ꝙ electus defectū patitur in ordinibus ſcientia vel ætate. c. aut aliquid aliud ſimile. d. allegatur: dicunt quidam. e. ꝙ plena, vt inueniatur veritas, eſt in collatione ipſa diſcuſſio faciēda, nullas tamen ꝓbationes debent canonici recipere, ſeu quicq̃ ſuper huiuſmodi dubijs diffinire, cùm nullam iuriſdictionem. f. habeant in hac parte. Si autem nullum dubium oriatur, tunc (vt dicūt) ſufficit, quòd omiſſa diſcuſſione, alia fiat in genere collatio per hunc modum: Nos ſumus xv. & vos x. nos zelum habuimus meliorem: quia non conſenſimus in noſtrum cōſanguineum vel affinem: vos autem in veſtrum conſanguineum conſenſiſtis, prætereà nominatus à nobis eſt perſona multipliciter litterata, nominatus à vobis non habet ſciētiam competentem. Alij verò. g. dicunt, quòd quantumcūque dubiū oriatur, ſufficit collationē fieri generalē, & tenet electio, licet omnis diſcuſſio ſit omiſſa, vt in caſu alio. h. eſt præmiſſū, quorū opinio eſt iuri conſona, prout credo: nā licet iuxta generale conciliū collationē fieri ſit neceſſe, de diſcuſſiōe tamē huiuſmodi nihil ſtatuitur in eodē, ideoq́ue propter eā omiſſam vitiari. i. electio non debebit. Fateor tamē eſſe vtile ipſā fieri, vt remotis dubijs veritas valeat inueniri, plerumque enim in diſcuſſione tali aliqua pateſiunt, k. propter quæ non eſt electio facienda, ſed vel eſt ſcrutinium inchoandum à capite, vel per formam aliam procedendum.

SI,

SI cùm ſit collatio. Capitulum iſtud ſumptum eſt ex glo. Innocen. Hoſtien. & B. Compoſt. extra c. in Geneſi.

a Eſſe canonicus. extra eodem, in Geneſi.

b Notorie. Quando excommunicati ſunt admittendi vel excludendi, habes ſuprà, c. vj. & xx.

c Aetate. Extra eodem, cum in cunctis, & cap. dudum. j.

d Simile. Puta, quòd electus eſt bigamus, extra de bigamis. c. j. & per totum. Vel periurus, extra de iure iuran. querelam, vel aliquid aliud. propter quod promoueri non poteſt, multa exempla habes in textu: & in glo. ſuprà, c. xxvij.

*Bigami & periuri ſunt intelligibiles.*

Adde quæ ibi dixi, & not. in c. j. xxvii. diſt. & in ca. fina. l. j. diſti. & ibi per Cardi. Alexand. poſt Dominic. & Specu. tit. de biga.

e Dicunt quidam. Hęc opinio tutior eſt, ſecũdum Hoſtien. arg. extra eodem, in Geneſi.

f Iuriſdictionem. Non enim habet imperium par in parem, extra, capitulo innotuit, ff. ad Trebellianũ ille à quo, §. tempeſtiuum.

*Imperium nõ habet par in parem.*

g Alij verò. Vt Innocent. & B. Compoſt. vt notatur, extra eodem, in Geneſi.

h Caſu alio. Suprà, §. ſi autem.

i Viciari. Contrà, extra eodem, in Geneſi, vbi innuitur, quòd niſi fiat plena diſcuſſio, electio non valeat. Sol. Dicit. B. Compoſt. quòd non fuit cauſa caſſationis electionis in d. c. in Geneſi, quia diſcuſſio & tractatus omiſſi fuerunt, ſed quia ibi nulla facta fuit collatio numeri, zeli, vel meriti, licet innuatur ibi, quòd collatio numeri facta fuerit, ſed non plena, quinimo & ſi collatio numeri facta fuiſſet, non tamen hoc ſufficiebat, ex quo collatio zeli, & meriti fuerat omiſſa, vt dicitur ſuprà, proxim. in gloſ. hæc opinio.

*Electio an coſſit fieri diſcuſſione & tractatu omiſſis.*

Adde Ioan. de prola. in l. obſeruare, verſiculo, ſed

quæro

quæro, & Luca. de Penna. C. de decuri. libro x. ibi & Abb. in c. auditis eodem.

k Patefiunt. Suprà, ca. proximo in fine, vbi de hoc.

## Si, qui ſuperueniant canonici datis ſcrutatoribus vel ſcrutinio publicato, vtrũ id, quod factum erat, debeat retractari.

## CAP. XXXIII.

*SI aſſumptis ſcrutatoribus, aut facto ſcrutinio, vel etiam publicato aliqui veniant canonici, qui vocati non fuerant, licet in loco eſſent, vnde debuerant & potuerant ſine periculo.* a. *euocari, petentes quod factum eſt in ipſorũ abſentia retractari, & rurſus à capite inchoari: audiri.* b. *debent, niſi pro bono pacis voluerint conſentire.* c. *Nam manifeſti iuris.* d. *exiſtit, quòd eis abſentibus non fuerat procedendum: hoc autem intelligas verum eſſe, niſi ante ipſorum aduentum ſit electio celebrata, tunc enim non poteſt per capitulum: cùm ſit ſuo functum officio.* e. *ipſa electio retractari.* f. *ſed ſuperiorem adeant, & coram eo contemptum ſuum, ſi voluerint,* g. *proſequantur. Si verò prædicti erant in loco, vnde non debuerant ſeu non potuerant abſque periculo euocari, tunc ſi veniant poſtquam dati fuerint ſcrutatores, vel etiam antequã ſcrutinium ſit perfectum, admitti.* h. *debẽt, ſi ſcrutari petierint vota ſua: ſi autem iam erat ſcrutinium publicatũ, tũc ad collationem et alia, quæ ſequũtur, ſunt ſolummodò admittendi. Et in his caſibus nõ debẽt ea, quæ ante prædictorum aduentum ſunt facta, dum tamen aliàs ritè proceſſerint, retractari.* i. *Sanè licet contempti ratificare*

*poßint*

*poſſint,* k. *quod in eorum abſentia fuerit factũ, ipſorum tamen ratificatio vel conſenſus eligentium numerum non augmẽtat,* l. *ſed id ſolũmodo operatur,* m. *quod ratione contemptus alicuius electionem non poterunt vlterius impugnare.* n.

SI aſſumptis,&c. Capitulum iſtud ſumptum eſt ex glo. Innocen. & Hoſtien. extra eodem, eccleſia ij.

a Sine periculo. quamuis quis ſit in loco, vnde eſt vocandus, non tamen vocabitur, ſi periculum ſit in mora, ſuprà c. v. vbi de hoc.

b Audiri debent. In hoc concordat gloſ. communis, extra eodem, eccleſia ij.

*Electio facta abſentibus contemptis, an poſsit per eos ratificari.*

c Conſentire. Abſentes autem ratificare poſſunt, quod in eorum abſentia fuit factum, vt hîc dicitur, & extra eodem, quòd ſicut. quod verum eſt, cùm pars minor fuit abſens: ſecus, ſi maior, tunc enim electio facta à præſentibus paucioribus, eſſet nulla, vnde ratificari non poſſet, extra eodem, auditis, ff. de regulis iuris, quod ab initio. xvj. quæſt. iij. §. poteſt. Licet Hoſtien. dicat, quòd poteſt, ſed non eſt verum, vt dixi ſuprà, c. xvj.

Adde quæ dixi in dicto capitulo xvj. & infra, capitulo proximo in verbo non augmentat. cum ſequẽ.

d Manifeſti iuris. extra eodem, quòd ſicut, & cap. bonæ ij.

e Officio. ar. extra de offi. deleg. in litteris, & ff. de re iudi. iudex.

f Retractari. ar. extra de cleri. coniuga. diuerſ. viij. quæſt. ij. dilectiſsimi.

*Abſentis contemptum nullus præter eum proſequi poteſt.*

g Si voluerint. In eorum enim voluntate perſiſtit proſequi ſuum contemptum, vel ratificare, quod factum eſt, alius enim volens proſequi contemptum iſtorum, non audiretur, cùm non interſit ſua, arg. extra de teſt. veniens olim, & extra de accuſat. illa, & not. per Innocent. extra eodem, eccleſia ij. & per B. Comp. extra eod. quòd ſicut, ad fi. & dixi ſuprà, c. v.

Adde,

Adde,quæ ibi dixi in glo.huic ſimili,Frede. de Zenis in conſilio ccxxvij. & in conſilio ciiij . vbi etiam ponit de contemptu patroni , & Oldra. conſilio lxx. de quo per Felyn. in tracta.de indulgentijs,incip.hodie mecum eris in paradiſo,in x. ampliati. & in capi. cùm Bertholdus,col.iiij. verſi.limita quinto,de re iu. Et ſic non tranſit ad ſucceſſores canonicorum, aliàs contemptorum,de quo per gl.& Doc. in d.c.ꝙ ſicut, & Imol.Dominic.in ca.cupientes,§.ſi verò, col. vi.& ibi Phil.Fran.imo ſecundum Abb.in d.ca.ſicut: ſi tẽpore, quo fuit emiſſum edictum de confirmatione fienda, taceant, non poſſunt amplius contradicere, ca.fin.eo.lib.vj.quod nota.

*Scrutinio nondum perfecto, ſi aliqui ſuperueniãt, qui etiam aliàs nõ erant vocandi, debent admitti.*

g Admitti debent. Hoc non inuenio expreſsè per iura,vel per Doct. determinatum, ſed ſatis conſonat rationi.Si enim debet admitti ad collationem is,qui venit facto ſcrutinio & publicato,vt ſequitur, & not. per Inno.extra eod. eccleſia,ij.quare non eodẽ modo admittetur ad ſcrutinium , ſi nondum ſit perfectũ,& multò fortius,ſi non ſit inchoatũ , ſine dubio admittetur, argumẽt.extra de conuer.coniuga.placet,& ff. de ceſſi.bo.is,qui.

Adde, ꝙ iſtud eſt determinaũ per Gof. & Vincẽ. in d.c.eccleſia,in ij.& Archid. Domi. & Card.Alexã. in c.quanto,col.iij. ver.ſed nunquid, in fi.lxiij.diſt.

i Retractari.ar. op.ex. de cõſti. capitu.ij.ex.de ꝓcu. mãdato, ex.de exce.pia.li.vj.& ex.de reſt.ſpo.audita.

k Poſſint.vt dictum eſt,ſup.glo.abſentes.

*Abſentiũ ratificatio numerum non auget.*

l Non augmentat.ſecundum B.Com.vt no. per eũ in gl.communi,extra eo.eccleſia,ij.nam is eſt eligendus,in quem maior pars conſenſit in ſcrutinio, vt extra eo.quia propter,& c.in Geneſi.

Adde ad iſtam glo. & ſeq.quæ dixi poſt gl. ſup.eo. in verbo,ſi voluerint,& in capit. v.in verbo,voluerit, & glo.in capitu.xxxix.in verbo quidam, & in capitu. l.in verbo retractari.

m Solummodo operatur. Imo poteſt ſecundum

K Inno.

Innocen.roborare maiorem partem, licet numerum non augmentet, vt nota. extra eo. eccleſia, ij.

*Electioni ſemel conſentiens, an poſſit illam poſtea impugnare.*

n Impugnare. vt colligitur tam in textu, q̃ in glo. extra eo. eccleſia, ij. Et nota, quòd dicit ratione contemptus, q. d. alia de cauſa poteſt benè impugnare electionem illius, in quem non conſenſit, vt ratione excommunicationis, vel periurij, aut alterius criminis, vel defectus, ſed electionem illius, in quem conſenſit, non. viij. quæſtione ſecunda, dilectiſſimi, extra eodem, cùm inter canonicos. Quia, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, xxxij, quæſtione quinta, horrendus, & hoc intellige verum eſſe, niſi ex cauſis poſtea emergentibus, vel niſi ei morum illius antea cælata pandatur improbitas, vel ſibi reueletur veritas alicuius alterius vitij, cap. nulli, eo. li. vj.

Adde, quæ dixi poſt glo. ſu. proxi. & Dy. & quę ibi dixi in vltim. regula, quod ſemel, de reg. iur. lib. vj. & Abb. & Moder. in d. c. eccleſia, in ij. Ioan. And. Pet. de Anch. Domin. & Philip. Fran. in d. ca. nulli, eod. libro ſexto. Quid ſi duobus in diſcordia electis, vno ex canonicis contempto, & ipſe electioni vnius conſentiat, poſſit alium impugnare, vide in d. c. eccleſia, col. iiij. verſi. ſed circa hoc cadit, &c. & Oldra. conſi. lxiiij.

## Qualiter collatione facta per vnum vice omnium, vel vice ſuæ partis, faciēda eſt electio in communi.

## CAP. XXXIIII.

*Q Via collatione facta, ſtatim. a. facienda eſt per vnum. b. electio in communi: notandum eſt, quòd ſi eſt aliquis in capitulo, cui ex officio id competat, c. debebit fieri per eundem, alioquin fiet per illum, qui habet in capitulo primam vocē, vel aliū, cui capitulū. d. hoc*

*ſpecia-*

ſpecialiter duxerit committendum. Et hoc intelligas verum eſſe, vbi eſt vnus tantummodo in ſcrutinio nominatus, vel etiam vbi plures, placet tamen omnibus, e. vt is ſolummodo eligatur, in quem maior. f. et ſanior pars cõſenſit. Cæterũ, vbi plurib. nominatis pars quælibet ſuo vult inſiſtere nominato, tũc vnus de parte qua libet nominatũ ſuæ partis habebit eligere, mãdato. g. ſibi facto ab his, qui cõſenſerunt in eundẽ, & ſi fortè in præmiſsis caſibus, h. ſiue partes, ſiue capitulũ concordare nequeunt, cui poteſtatẽ tribuant eligẽdi, ille tũc eliget, q̃ à maiori parte capituli, vel à plurib. ſuæ partis ad hoc fuerit deputatus, cũ enim per vnã electionẽ fieri ſit neceſſe, i. maioris partis beneplacitũ eſt ſequẽdum, k. niſi forſan. l. maiori excõmunicatione ligatũ publicè, aut ſuſpenſum, vel interdictũ, ſeu laicum deputaret. Nam cùm facta per tales electio non valeret, m. tunc minoris partis iudicio ſtandum. n. eſſet. Sanè, ſi quis, cui ex officio id non competit, præſentibus alijs, & non contradicentibus. o. nominatum eligat in communi vice omnium, p. vel illorum, qui conſentiunt in eundem, nihilominus & tunc valet electio, quanquam nullum mandatum ſuper hoc fuerit ab alijs illi factum, dum tamen ipſi, vel eorum maior. q. pars, quorũ nomine ipſa electio facta fuerit, eam ratã habeant ex poſtfacto. Si autem ipſam ratã habere noluerint, r. tunc non valet, ex quo ille mandatum non habebat, nec id ſibi ex officio competebat. Poſtremò notandum eſt, quòd ſiue is eligat, qui hoc habet ex officio, ſiue is, cui hoc ab alijs eſt cõmiſſum, benè valet electio, & communis intelligitur, licet eligens non

*exprimat, quòd id facit nomine capituli, vel eorum, qui in illum dirigunt vota ſua, tutius.s. tamen eſt id exprimere, quàm tacere. In alio verò caſu, videlicet cùm eligit is, cui ex officio id competit, nec mandatum habet ab alijs eligendi, eſt neceſſe, quòd eligens dicat: eligo talem nomine capituli, ſeu eorum, qui in eum dirigunt vota ſua. Alioquin cenſebitur ſua electio ſingularis.t. & ſic per cõſequens nulla.u. erit, nec ratificari poterit ab alijs, cùm capituli, vel eorum nomine non ſit.x. facta, ideoq; vtilius eſt & tutius, quòd quis non eligat, y. niſi ſibi ſpecialiter cõmittatur. Quis autem modus in eligendo debeat obſeruari, declarabitur infrà plenius inter formas.*

QVia collatione, & cætera.

a Statim. Nõ enim poſt collationem eſt differenda electio, vt extra eo. quia propter, & c. cùm poſt petitam, vbi de hoc.

Adde, quòd idem tenet Abb. Sicu. in d.c. quia propter, col. vj. verſi. quartũ decimũ, & in d.c. cũ poſt petitam, & Bald. in c. publicato, col. j. ante fi. vbi dicit, ꝙ electio habet tres partes integrales ſibi inuicem cohærentes, ſ. ſcrutinium, & iſta eſt prima pars, de qua ſuprà, cap. xxiiij. publicationem ſcrutinij, & iſta eſt ij. pars, & in ſe perfecta, & ideo inuariabilis, de qua ſuprà c. xxx. & electionem, quæ totum perficit, & iſta eſt tertia pars: electio enim terminus communis, quia cõmuniter profertur, per vnum vice oĩm, ſecundum eum, vt hìc, & in ſequenti dicam poſtilla.

b Per vnum. extra eodem in Geneſi, vbi de hoc notatur plenè.

Adde Ludo. de Ro. in conſi. ccix. & Abb. in d.c. ꝗa propter, col. vj. ver. tertium decimum, & text. & gl. & omnes Doc. in ca. ſicut cũ eo, & in c. cùm ab vno, de

reiu.

re iu.lib.vj. & Doc. inf.eod.in verbo vice omnium al leg.& Calder.in conſi.vj.eo.titu.

c Competat. ex priuilegio fortè vel conſuetudine. Tunc enim debebit eligere talē, vt notatur per Inno. extra eodem, in Geneſi, & extra de ma. & obe. cap.j. Idem dicit B.Com.extra eo.quia propter, hoc tamen nuſquam audiui eſſe in aliqua eccleſia.

Adde ad iſtam glo.& ſeq. Abb.in ca. cùm nobis olim.col.iij.verſi.in glo.conuocare,& in d.c.quia propter,col.iiij.ver.vj.quæritur, & gl. & Doc.in c.ſicut, cum eodem lib.vj.& Bar.de Fir.in tra.de epiſcopo,in j.parte li.ij.q.vj. verſic.& ſubdo hic.

d Primā vocem.licet quidam innuant, ꝙ eo ipſo, quod quis primam vocem, in c.habet,habet ſolenniter eligere in communi perſona, in ſcrutinio nominatam,arg. ff. de albo ſcri.l.j.& extra de ma.& ob c. j.tutius eſt tamen ſecundum Inn. & Hoſt. vt ibi not. per eos,ꝙ ſemper habeat mandatum.Non enim inuenitur iure cautum, ꝙ hoc cōpetat ei,qui habet primā vocem, & ideo cùm electio cōmunis debeat fieri vice omnium,vel ſaltē vice illorum,qui cōſenſerunt in aliquem eligēdum,nullus inuitis illis hoc ſibi poterit vendicare,argum. extra de præbē.ratio. & xij.q.ij.§. qui manumittitur.

*Electio communis cùm debeat fieri per vnum,quis erit ille.*

e Omnibus. Nam licet quis conſenſerit in vnum in ſcrutinio,benè poteſt publicato ſcrutinio à ſua nominatione recedere,& in illum cōſentire, qui nominatus eſt à maiori & ſaniori parte, vt dixi ſup. c.xxxj. in prin.& eſt ar.ad hoc,extra eo. quia propter, & notatur per Inno.& B.Com.eo.ti.c.publicato.

*Scrutinio publicato poteſt quis à ſua nominatiōe recedere.*

Adde,quòd idem tenet Abb. in d.c. publicato,col. vltim.in prin.verſi.& ex hoc infertur,&c.& in c.auditis, eo.ti.& Doc.in c.indemnitatibus,§.ſi qua verò, eo.li.vj.& Calde.conſi.v.eo.titu.

f Maior & ſanior pars totius capituli, ex.eod.quia propter, & c.in Geneſi. Non enim ſufficit, ꝙ habeat maiorem partem habito reſpectu ad alios, imò eſt

 neceſſe

neceſſe, quòd habeat maiorem partem totius capituli, extra eodem, eccleſia.i. perſona electa non computata, eod.titu.c.Cumana.

Adde Inno.Ioan.And. & Abb.Sicu.in c.ſcriptũ eo. vbi tenent, quòd iſta duo copulatiuè requiruntur, & idem in c.eccleſia, in j.& ij.& in ca.quia propter, & in dicto capitulo in Geneſi, & ibi Bald. columna prima, & tex.in cap.ſi cui, & ibi Dominicus & Philip. Franc. poſt Pet.de Anch.eod.lib.vj. & Felyn.in capitu.cùm omnes, colum.xij.de conſti.& Bartho.de Fir.in tract. de epiſcopo, in prima parte, libr.iij.q. xj. & q. xliij.& Abb.in d.ca.Cumana, col.v.verſi.in glo.in verbo, ad maiorem partẽ; vnde ſi eodem ſcrutinio fierent duæ electiones, vna à maiori parte reſpectu numeri, alia à ſaniori, neutra electionũ confirmabitur, de quo amplè per Cardin.Alexand.in c.in canonicis, columna j. verſicul.quo ad vltimam, xix. diſtinct.& Doct.ſup.c. xvj.in prima addi.alleg.& glo.& Cardin. Alexand.in c.pe.§.j.lxiij.diſtinct.

g Mandato.imò & ſine mandato valet electio, dũ tamen alij habeant ipſam ratam, vt dicitur infrà eodem capitul.§.ſane: licet ſit tutius, vt non eligat quis ſine mandato, vt dixi ſuprà in gloſ. licet quidam, & infrà eod.§.in alio.

Adde, quòd idem tenet Spe. eodem, §.j.verſic.publicatione autem facta, & ibi Ioan.Andr. dicit Papam Ioan.diffiniſſe in cauſa monaſterij Sancti Dioniſij, prope Pariſios, valere collationem, & communem electionem factam per extraneum, tacente capitulo, & idem Bart. de Fir.in tract. de epiſcopo, in tertia parte, libro primo, quæſt. xxxix. & quæ dixi ſuprà cap.xxiij.in verbo tutius.

h Caſibus.quando.ſ. vnus eſt eligendus vice omnium: vel, quando pars quælibet ſuum vult eligere nominatum.

*Parti maiori ſtatur in his,* i Neceſſe.vt ex.c.in Geneſi.cũ enim nõ poteſt fieri per plures, neceſſe eſt, ꝙ ſtetur in hoc caſu maiori parti.Nam

ti. Nã in his, quæ facienda ſunt ex neceſſitate, ſtatur iudicio maioris partis, vt no. per B. Inno. & alios Doℓto. extra de conſti. cùm acceſſiſſent. Et dixi ſu. c. xxiij. *quæ ex neceſſitate fiunt.*

k Sequendum. ſecundum Innocen. & Hoſtien. vt notatur extra eo. in Geneſi.

l Niſi forſan. tunc enim ſtaretur maiori parti, ſecundum Hoſtien. vt not. per eum, extra eo. in Geneſi.

m Non valeret. ſu. c. vj. & c. xx. in quib. no. de hoc.

Adde, niſi ſit excommunicatus occultè, quia tunc valet communis electio ſecundum Spe. eo. §. j. col. vij. verſi. porro. Et idem ſi committatur alicui, non exiſten. de ca. vt no. Specu. vbi ſuprà col. vj. ver. Itẽ, non eſt vis, & Ioan. And. in ca. ſicut cum, & ibi Domin. in j. quæſt. eo. libro vj.

n Standum eſſet. Cùm ſit ſanior in hac parte, & ideo debet præualere, extra de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. j. & xl. diſtin. c. multi.

o Non contradicentibus. Taciturnitas enim habetur pro conſenſu in hoc caſu, ſecundum Innoc. vt nota. per eum, extra eo. in Geneſi, & idem dicit Bern. Compoſt. extra eod. quia propter, ſuper verbo eligatur, vnde ſumptus eſt, §. iſte. Adde Abb. Sicu. in d. ca. in Geneſi, colum. iiij. verſicu. ſed quia, & Specu. eod. §. j. col. vj. verſi. ſi aũt eligẽtes, & quæ dixi ſu. c. xxiij. in verbo tutius, & Doctor. in ſeq. poſti. alleg. Et not. ꝙ hæc publicatio debet fieri in ſcriptis, ſecũdum Spe. vbi ſu. col. v. de quo inf. eo. c. lix. forma vij. in verbo in nomine, & quæ ibi dico.

p Vice omnium. ita, ꝙ hoc exprimat dicendo, ſ. eligo talem vice mea, & vice omnium, infrà c. lix. forma vij. aliàs ſi hoc non exprimeret, quòd vice omniũ eligeret, cenſeretur electio ſingularis, & ita nõ valeret, extra eodem, in Geneſi, & infrà eod. c. j. verſicul. in alio verò caſu. Et intellige, quòd debet dicere vice omnium, cùm omnes conſenſerunt in vnũ, vel etiam in plures, ſed placet omnib. ꝙ vnus eligatur, quod fieri poteſt, vt dixi ſu. e. c. in prin. Vbi aũt conſenſerunt in di- *Electionem communem faciens, quib. verbis vtetur.*

in diuerſos, & quælibet pars vult ſuum eligere, tunc non dicet eligens: eligo vice omnium, ſed vice illorũ, qui conſenſerunt in eundem, vt ſequitur.

Adde Ludouic. de Roma. in conſilio ccxvj. colum. ij. verſicu. iiij. & Specul. titul. eod. §. primo, columna vj. verſicu. & nota. vbi dicit, quòd ſecurius eſt, ſi dicat nomine capituli, vel illorum, qui in eum conſenſerunt, & idem Abb. in dicto c. in Geneſi, colum. ij. verſicu. nota. quarto, & latius colum. iij. verſicu. in glo. in verb. nec. Et hoc per verba ſingularis numeri, ſiue proceſſum fuerit per viam ſcrutinij, ſiue per viam compromiſſi, vt capitu. ſicut cum eo, libro vj. & capi. cùm ab vno, de re iud. eo. lib. & vtrobiq; per gl. Arch. Pet. de Anch. Dominic. & Philip. Franc. & Io. And. in addi. Spe. vbi ſuprà in verbo eligimus, & glo. inf. eod. cap. xlj. in verbo ſanum, & in capitulo lix. forma viij. in verbo ita tamen, in princip. & Franc. de Ar. in cõſi. xvj. col. iij. verſi. circa ſecundum, & Nico. Milis in ſuo reper. in litera electio quando, & Bar. de Fir. in tract. de epiſcopo, in prima parte, lib. iij. q. x. & idem in poſtulatione, vt inf. c. lv. in verbo poſtuletur. Quid ſi eligens eligat per verba pluralis numeri, & in continẽti ſe corrigat, an valeat? Oldra. tenet, quòd ſic, in cõſilio clxxxiij. ſed ipſemet tenet contrarium in conſil. ſequen. incip. pater ſancte, & vide hic glo. infrà eod. capitulo lix. forma ix. in verbo eligo, & iſta pronunciatio communis electionis debet fieri in ſcriptis ſecundum Speculatorem eodem, §. primo, verſicul. ex his igitur peractis, &c.

*Ratihabitio comparatur mandato.*

q Maior pars. Sufficit enim ratificatio maioris partis, ſecundum B. Compoſt. vt notatur per eum, extra eodem, quia propter. Nam quod maior pars facit, omnes facere videtur, ff. ad municip. quòd maior, ex. de his, quæ fiunt à maiori parte c. c. j. Et Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, ff. de vi, & vi arma. l. prima, extra de reſtitutione ſpoliato. cùm ad ſedem, ix. quæſt. ij. Lugdunenſis. Adde Specula. eod. §. j. col,

j.col.vj.ver. ſi aūt eligens, Dyn. & quæ ibi dixi in addi. in regula Ratihabitionem, de regul. iuris, libro vj. & Franc. de Aret. in dicto conſi. xvj.col.iij. verſiculo, circa ſecundum.

r Noluerint. Nec ad hoc cogi poſſunt, vt innuit B. Comp. extra eo. quia propter.

ſ Tutius. ſecundum B. Com. vt notatur per eum, extra eodem, quia propter.

t Singularis. ſecundum B. Com. extra eod. in Geneſi, & not. per eum extra eo. quia propter.

u Nulla erit. extra eodem, in Geneſi.

Adde, an electio ſemel vacuata, poſſit renouari, vno de collegio contradicen. Lud. de Roma. in conſil. ccclij.col.iij. verſi. quo ad tertium, & tenet, quòd non, per tex. in auten. de defen. ciui. ad finem.

x Non ſit facta. Quod noīe meo non eſt factū, ratum habere non poſſum, ff. de nego. geſt. ſi pupilli.

y Non eligat. ſecundum Innocen. etiam ſi hoc habeat ex officio, vel ſibi de conſuetudine competat, vt notatur per eum, extra de maiorita. & obedien. capi. j. infrà capitulo lix. forma vij.

## Qualiter electione facta debet Te Deū laudamus cantari, & electus intronizari, ac ipſa electio clero & populo ſolenniter publicari.

### CAP. XXXV.

*CVm minimè ſint mutanda, quæ interpretationem diuturnā per conſuetudinem habuerunt, quamuis nō ſit iure cautum, quia tunc ſic extitit hactenus obſeruatū, debet electione facta, Te Deum laudamus ſolēniter decantari, & inſtallari, ſeu intronizari.* a. *electus, ſi p̄ſens fuerit, in cathedra paſtorali. Veruntamen ſi hæc*

*fuerint prætermiſſa, non ideo electio eſt caſſanda.* b. *Debet inſuper per aliquem.* c. *ipſa electio, quàm citò facta fuerit, ſolenniter publicari.* d. *Et licet dicant aliqui,* e. *quòd ſi hæc publicatio omittatur, non propter hoc debet electio irritari, cùm ſit ipſi electio per electionem factam in capitulo ius quæſitum, tamen quia generale concilium.* f. *electiones reprobat clandeſtinas, & eas præcipit, quàm citò factæ fuerint, publicari: conſulo, quòd viam eligas tutiorem, publicationem ipſam nullatenus omittendo.* g.

CVm minimè. ff. de legi. minimè. argu. extra de conſue. cùm conſuetudinis.

*Intronizare.*

a Intronizari. De intronizatione electi habetur xxxiij. diſt. c. in nomine Domini, & extra e. eccleſia, ij. Adde ad iſtam glo. & ſeq. Bar. de Fir. in tract. de epiſcopo, in j. parte, li. iij. q. xiiij. & q. lv. & Spec. & ibi Io. And. in addi. eo. §. j. col. vij. in verbo intronizetur, & quæ dico inf. eo. cap. lvj. in addi.

*Electus an ſit intronizandus.*

b Caſſanda. cùm nõ ſint de ſubſtantia electionis, imò ſecundũ Hoſt. nõ debet electus ſuſtinere, q intronizetur, ne tanq̃ ambitioſus videatur ſe ingerere, C. de epiſcopis & cle. l. quanq̃., & ſi inuit⁹ deportaretur, fugere debet, quàm primũ relictus fuerit, vt nota. per eum, ex. e. eccleſia, ij. ſed quicquid dicat, hodie de cõſuetudine vbiq; intronizãtur electi, quæ cõſuetudo minimè eſt vitanda, ſecundum Inn. & B. Compoſtel. vt notatur per eos, eod. qualiter, & facit, ff. de legi. minimè.

c Per aliquẽ. nõ eſt vis, per quem fiat hæc publicatio, cũ non ſit de ſubſtantia, ſecundum Inno. & B. Cõ. vt no. per eos, extra eo. quia propter, in fin.

d Publicari. Populo, viij. q. j. licet hoc autem ita de conſuetudine ſeruatur. Nã facta electione, cãtatur Te Deũ laudamus, & intronizatur electus, pulſantur cã-

panæ

panæ in ſignum lætitiæ, vt populus conueniat. Deinde finito Te Deum laudamus, & dicta oratione conſueta, vnus dicit populo qualiter. Talis eſt electus, & inſiſtit circa commendationem electi, prout ſibi videtur expedire.

*Electione facta de conſuetudine multa ſunt ſeruanda.*

Adde Car. de Zab. in cle. ne Romani, §. ſanè col. i. e. tit. & Abb. Sicu. in d. c. quia propter, §. fin. & Bal. ibi co. ij. & iij verſ. Itē no. ꝙ eſt duplex publicatio: prima, de qua ſuprà in c. xxx. Et ſecunda eſt iſta, vt eſt facere quandā prædicationē ad refrigeriū & conſolationē cler. & populi, ar. C. publicę lætitię, [illegible] onſu. l. vnica, li. xij. & Bart. de fir. vbi ſuprà q. iij. v[illegible] icit, ꝙ iſte debet habere mandatū, de quo debe[illegible] per inſtrumētum cōſtare, & latius, in q. ix. vbi in ver. pro prædictis, dicit, ꝙ talis publicatio debet fieri populo ad finē habēdi cōſenſum expreſſum vel tacitū, ſcilicet per taciturnitatē, ſine contradictiōe, lxij. diſt. c. nulla, cū glo.

e Aliqui. Vt Innocen. & B. Compoſt. extra eodem, quia propter, in fin.

f Concilium. extra eodem, quia propter.

*Electio an vitietur ſi ipſius publicatio omittatur.*

g Omittendo. Hoc enim eſt tutius, quia ſic ſtatuitur in concilio generali, & quia Doctores aliqui dicunt, quòd electio eſt caſſanda, ſi non publicetur: in qua opinione eſt gloſ. communis in d. dec. quia propter, & Hoſtien. idem dicit, quando ex negligentia, vel contemptu omittunt Canonici hanc publicationem: ſecus, ſi malitioſè hoc facerent. Quia tunc non præiudicareur electo, ar. extra eodem, publicato. Sed quicquid dicant, hoc puto verius, quòd propter publicationem omiſſam electio caſſari non debeat de iuris rigore: & hoc propter rationē ſuperius aſſignatam, ſcilicet, quia per electionem factam in capitulo eſt ius quæſitum electo, quod perdere non debet per aliorum culpam, lvj. di. ſatis, extra de eo, qui. co. cōſanguineam vxo. ſue. c. diſcretionem.

Adde Abb. Sicu. in d. c. quia propter, §. fi. in prin. qui ſequitur. Innocen. quem ſequitur Mandag. hic,

&

& Spec.eodem.§.primo, col.vij. verſi. conſequenter autem,& Bar.de fir.vbi ſuprà,quæſtione ix. verſicu. ſed quæro.

## Infra quod tempus electo electio præſentāda:& de pœna illorū,qui iam debito tempore non præſentant.

### CAP. XXXVI.

*VT in proceſſu noſtro debitum ordinem obſeruemus: poſtquam vidimus.*a.*qualiter ſit electio facienda in communi: conſequenter videndum eſt, quando, & à quibus debet facta electio.* b. *præſentari, & eiuſdem conſenſus requiri, quamue pœnam hi,qui negligentes fuerint, patiantur. Sciendum eſt igitur, quòd ſiue vna, ſiue plures electiones fuerint celebratæ, tenentur electores ipſi ſuis electis electiones ipſas infra octo dies,* c. *poſtquam commodè.* d. *potuerunt, præſentare.* e. *ac conſenſum petere eorundem, alioquin ſi eas infra tempus huiuſmodi differant præſentare hi, qui ſunt in hoc culpabiles.* f. *à proſecutione proceſſus, quo ad ſe, totaliter excluduntur,* g. *& per continuum ex tunc.* h. *triennium.* i. *inchoandum à beneficijs omnibus,quæ in eccleſia.* k. *ipſa, de cuius electione agitur,obtinente.* l. *ſunt ſuſpenſi,ad quæ ſi infra illud tempus propria temeritate vel alio colore quæſito ſe ingeſſerint,* m. *illis,ipſo iure, perpetuo ſunt priuati. Cæterùm propter negligentiam vel malitiam electorum electiones non præſentantium tempore*

*com-*

*competenti, nullum electis in proſecutione iuris ſui præiudcium generatur.*

VT in proceſſu noſtro, &c.

a Vidimus. Suprà, capit. xxiiij.

b Facta electio. non facienda. Nam ſi petatur conſenſus electi ante electionem, & ipſe conſentiat, non valet electio poſtmodum conſecuta, extra eod. cùm poſt petitam: imò eſt tanquam ambitioſus repellendus j. quæſt. vj ſicut is, C. de Epiſcopis, & cler. ſi quenquam.

*Electio non valebit ſi ante electionẽ electus conſenſum præſtiterit.*

Adde, quòd epiſcopus ordinandus non debet ſe offerre, quia notaretur, de ambitu, vt dic. l. ſed quenquam, & ibi Bal. in ij. nota. & Paulus de Caſt. in fin. & per Innocen. & Docto. in ca. per inquiſitionem eodem titu. & Ioann. de Platea & Luca de Penna, in l. ordinis C. de decre. decuri. lib. x. & tex. in auten. quo modo. Oppor. Epiſcopos, §. j. & Bart. de ſir. in tract. de Epiſcopo, in prima parte, lib. ij. quæſt. x. & quæſt. lxix, cùm ſequen. Et ambitioſus dicitur, qui deſiderat præeſſe, & non prodeſſe: & ideò bonum opus deſiderat, qui Epiſcopatum deſiderat, vt proſit, non vt præſit. oct. quæſt. pri. qui Epiſcopatum. Hinc Hieronymum Diuum dixiſſe fertur, tunc laudabile fuiſſe Epiſcopatum appetere, quãdo dubium non erat per hunc ad martyrij gloriam peruenire.

*Ambitioſus.*

c Octo dies. Olim non erat tempus certum in iure ſtatutum, infra quod electores tenerentur electis pręſentare electiones ac petere conſenſum ipſorum. Vnde quia electoribus negligentibus electiones ipſas præſentare, multotiens differebantur, non ſine periculo eccleſiarum ordinationes, ſtatuit. Greg. x. in concilio Lugdonen. extra eodem, quam ſit, lib. vj. vt de cætero electores electiones deberent electis pręſentare, quã citò commodè poſſunt, ac petere conſenſum ipſorum, vnde quia nondum plenè prouiſum fuerat contra eorum malitias, ex quo certum tem-

*Electio infra quod tempus eſt electo præſentãda.*

tempus præfixum non erat in ipſo concilio ad præſentationem huiuſmodi faciendam, nec aliqua pœna negligentibus inflicta. Nicolaus in dec. cod. tit. & l. Cupientes, §. cæterùm, ſtatuit, vt hanc preſentationem teneantur facere ipſi electores infrà viij. dies, quàm cito commodè poterũt: quod niſi fecerint hi, qui erunt in hoc culpabiles, puniuntur pœna, quæ hîc infrà ſequitur, verſic. alioquin. Et licet aliqui dicant, quòd illa conſtitutio Cupientes, non habet locum, niſi in electionibus eccleſiarum cathedralium, vel regularium, quarum electionum confirmationes à ſede ap. ſunt petendæ ratione ſubiectionis immediatæ, vel appellationis ad eam interiectæ. Ego tamẽ credo, quòd quantum ad præſentationem & pœnas non præſentantibus in ea inflictas ſit intelligenda, etiam de alijs electionibus aliarum eccleſiarũ. Quod ſatis apertè colligitur in principio ipſius conſtitutionis, vbi dicit in ſuo robore, cùm infrà ſcripti moderatione temporis, &c.

Adde ad iſtam glo. & ſequen. Spec. eo. §. tit. .j. & omnes Doct. in dicto c. quàm ſit, & Bar. de fir. in tract. de Epiſcopo in j. parte li. iij quæſt. xxv.

*Electionis præſentatio multis ex cauſis differri poteſt.*

d Commodè. Impeditis tempus non currit, extra eodem, c. ne pro defectu, & ſuprà, cap. j. Quid enim ſi non auderent ad electum accedere, propter graues, vel capitales inimicitias. Vel quod ſi electus grauiſſimè infirmetur: ita quòd non poteſt ei præſentari electio. Puto ꝙ in his & ſimilibus caſibus excuſentur electores, nec aliquam pœnam incurrant, vt colligitur in dicta conſtitut. Cupientes, §. cæterùm, & nota, quod dicit, poſtquam commodè poterunt, q. d. iſti. viij. dies tunc currere incipiunt, poſtquam poſſunt præſentare commodè & non ante, ar. extra de conceſ. præbend. quia diuerſitatem, & extra eod. eis, quibus & C. de an. ex. l. j. in fine.

e Præſentare. Qualiter debeat electio præſentari, habes infrà, c. lix. form. xij.

Adde

Addc.Bar.Ioan.de Pla.& Luca.de Pen.in l. obſeruare.C.de decu.li.x.

*Puniri non debet aliquis propter alienũ delictum.*

f Culpabiles. Alij enim de iure puniri non debent, cùm peccata debeant ſuos tenere actores, extra de his, quæ fiunt à maiori parte capitu.c. quęſiui.xvj.q. vj.cognouimus.C. de pœnis ſancimus,& eſt ſumptũ, quod dicitur in iſto.cap.ex conſtit. Nicol. extra eod. Cupien.§.cæterùm,li.vj.

Adde Dyn.& quæ ibi dixi in addi.in reg. Non debet quis, de regulis iuris,lib.vj.Quid ſi non apparet, qui ſint culpabiles, an omnes teneantur, vel omnes abſoluantur? Vide glo.in di.§.cęterùm,in verbo culpabiles,quę tenet,quòd omnes abſoluuntur,de quo ibi per Petr.de Anch. Dominic. & Philipp. Franc.& Barth.in l.fi.in rixa.ff.de ſicca.& quæ dixi,poſt Dyn. in reg. Ratihabitionem, & in regul.in obſcuris, ver. ad tertium, de regulis iuris.lib.vj.

Adde, Si plures vnum occiderint,neſciatur autem quis eorum fecerit, propter incertitudinē potius abſoluendi ſunt,niſi conſtet de quibuſdam,qui ex propoſito percuſſerint, & deliberato conſilio ad percutiendum ierint,illi enim omnes tenebuntur. De quo vide multa apud Hipp. de Marſ. in rubr. de probatio.Damhaude. in praxi cri.tit.de homici. & Bartol. Romu.in l.Vt vim de iuſt.& iure pleniſſimè.Et Ioan. Mile.in praxi cri. Marſil.ſing. 217. nu. 4. M. Boiſſ.

g Excluduntur.Ita,quòd non admittuntur ad petendam cõfirmationem electionis à ſe factæ, nec ad impugnandam electionem alterius electi,vel electoris eiuſdem.

h Ex tunc.In lapſis prædictis octo diebus.

i Triennium. Sic extra eodem, cum in cunctis,§. cleri.& c.ſtatuimus,lib.vj.

k Eccleſia ipſa. Hic enim ſola eccleſia eſt offenſa; & ideò in ea ſola punitur, ar. extra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, c.quęſiuit,& extra de iure patro.paſtoralis.

l Obti-

l Obtinẽte. Ergo quo ad alia beneficia, quæ in aliſs eccleſijs obtinent, non puniuntur, quod verum eſt, cùm illa ſola eccleſia, in qua facta eſt electio, ſit offenſa, & non aliæ, vt dictum eſt ſuprà in glo. proxi. Nec eſt hoc inconueniens, quòd quis ſit ſuſpenſus à beneficijs in vna eccleſia, & nõ in alia. Nam & hoc alibi habetur, vt xviij. diſtin. c. placuit, & lviij. dic. ij. & notatur, extra de ap. paſtoralis.

*Suſpẽſus poteſt eſſe quis in vna eccleſia & non in alia.*

m Ingeſſerint. Aliquid recipiẽdo per ſe aut alium de ipſis fructibus, extra eodem. per inquiſitionem, & in dec. Cupientes, eodem tit. §. cæterùm, lib. vj. aliàs eſt ipſo iure priuatus, vt ibi dicitur, & eodem titu. c. ſtatuimus.

n Generatur. extra eodem, Cupiẽtes, verſic. nihilominus. Nam iniquum eſſet electum propter culpam electorum grauari. C. de in officio teſtamento. ſi quis, & extra de eo. qui cogno. conſan. vxo. ſue. ca. diſcretionem.

*Electo nocere nõ debet eligentium culpa.*

Adde glo. ſuprà, c. proxi. in verbo obmittendo, & infra, cap. lvij. in verbo generatur: quia electo eſt ius quæſitum, quod quando procedat, vide Cardina. de Zab. in conſil. xxx. col. iiij. & Felyn. in c. cùm Bertoldus, col. j. verſic. quale ius de re iudi. & Barth. de fir. in tract. de Epiſcopo, in tertia parte, lib. j. quæſt. xxvj. & Card. Alexand. in c. quanto, col. ij. lxiij. di. & Abb. Sicul. in conſil. xlvij. incip. videtur primò, & Bar. in l. abſenti, ff. de dona. & in l. fin. C. de conſu. li. xij. & Felyn. in c. ſuper his, col. j. verſ. in quantum de accuſ.

## Infra quod tẽpus electus debeat conſentire, & de pœna, quã patitur, ſi debito tempore nõ conſentit. CAP. XXXVII.

*LIcet electus, cuius conſenſus ex alieno arbitrio.*a. *non dependet, poſsit ſtatim.* b. *præſentata ſibi electione licitè conſentire:*

*con-*

*conſultius tamen agit, ſi ante conſenſum vires proprias diſcutiat,* c. *& electionis proceſſum.* d. *ac eligentium ſtudia.* e. *examinet diligenter, vt per hoc, an cõſentire, vel diſſentire ſibi expediat, plenius informetur. Nam melius eſt honorem oblatum ab initio refutare, quã ex poſtfacto, quod vix ſine nota.* f. *poteſt fieri, deijci ab eodem.* g. *Cæterũ,* h. *ne hoc prætextu, vel alia ratione quacunq; electi vacãtes eccleſias teneant diutius in ſuſpenſo, prouida deliberatione ſtatuit concilium Lugdunen. vt electus infra menſem.* i. *à tempore præſentationis electionis ſibi factæ, debeat conſentire. Alioquin, ſi conſenſum ſuum præſtare diſtulit.* k. *vltra menſem, omni iure, ſi quod ei ex ſua electione fuerat acquiſitum, eo ipſo nouerit ſe priuatum.* l. *Niſi forſan talis electus fuerit, qui abſq; ſuperioris ſui licẽtia electioni de ſe factæ nequeat.* m. *conſentire, in quo caſu idẽ electus,* n. *vel electores ipſius debent cũ ea celeritate, quã illius ſuperioris præſentia, vel abſentia ꝑmiſerit, petere ab eo conſentiẽdi licentiã, & habere,* o. *alioquin, ſi lapſo tempore pro eiuſdem ſuperioris præſentia, vel abſentia moderando hanc licentiã non obtinuerit,* p. *ab eodẽ electores ex tunc.* q. *procedẽdi ad electionem aliam habent liberam facultatem.*

LIcet electus, & cætera.

a Arbitrio. quia non eſt religioſus, qui cũ non habeat velle nolle, nõ poteſt conſentire ſine licentia ſuperioris ſui, inf. e §. niſi forſan, vbi de hoc.

b Statim. extra eo. cùm poſt petitam, & c. quãuis, de Grego. x. lib. vj. & viij. q. j. in ſcripturis, melius tamen facit, ſi non ſtatim conſentiat, nam precibus & inſtãtia victus, & pluries inuitatus, debet electus conſentire, *Electus de honeſtate non debet ſtatim conſentire.*

tire,aliàs ſi ſtatim conſentiat, poteſt quodammodo de ambitione notari, j.q. vj. ſicut is,& C.de epiſcop. & clericis, ſi quenquam. De hoc notatur per Innoc. extra eodem,cùm in iureperitus.

*Inuitus.* Adde,an inuitus eligatur epiſcopus?Dic quòd nõ, vt no.lxxiij.diſt.c.geſta, & c. vbi cum ſequen.& vtro. bique per Cardi.Alex. & Bal.& Doct.in.l. nec emere, C.de iure deli.& in l.ad ſcribatum, C.de appel. Ioan. And.But.& Abb. in capitulo fin. de poſtula. præla.& Bartho.de Firmo,in tract. de epiſcopo,in j. parte,lib. ij.quæſtione nona.

*Electus non debet conſentire, niſi præmiſſa matura diſcuſſiõe.* c Diſcutiat.vt ſi ſe inſufficientem ſenſerit,dignitatem,ad quam eligitur,non accipiet. Si ſufficientem etiam cum metu ad eã accedat,iuxta concilium Grego.j.quæſt.j.non eſt putanda,in fin.nam vt dicit Auguſtin.Nil in hac vita difficilius, nil laborioſius, nilque periculoſius epiſcopi officio, ſed apud Deum nil beatius,ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator iubet xl.diſtin. ante omnia. Meritò ergo debet quilibet diſcutere vires ſuas, antequam electioni de ſe factæ conſentiat.In his enim, in quibus periculum vertitur, cautius eſt agendum,xlij. diſtinct. quieſcamus, ff.de carbo.edict.l.j.§.ſi quis verò.

Adde Barto. & Alex. in addi.in l.abſenti.ff.de donatio. & Angelum Aretinum, Inſtit. quibus modis ius patria poteſta. ſoluitur. §. filiusfamil. in gloſa vltima,& Doctores in capit.ſi tibi abſenti. de præbend. libro ſexto.

d Proceſſum. Vtrum ſit ſeruata forma concilij generalis,quoniam aliter electio non valeret, extra eo. quia propter,& ſup.c.xxij.

*Confirmator de multis inquirere debet.* e Studia.Vtrum bono zelo, vel malo moti fuerunt eligentes:cùm enim de his tribus,ſcilicet de meritis, ſiue ſufficientia,electæ perſonæ, ac de ſtudijs eligentium, & electionis proceſſu debeat inquirere confirmator, & vbi omnia ritè concurrerint, confirmare hanc electionem,vel ſi ritè proceſſum non fuerit,in-

firma-

firmare debet, extra eo.titu.cùm nobis olim,& c.ſcriptum eſt, & c.nihileſt: vtilius eſt & honorabilius ipſi electo, vt ipſe hæc omnia diſcutiat diligenter, anteq̃ conſentiat, ſicut hîc dicitur.

Adde tex.& gl.in c. prouida,& ibi Archi.Io.And. Pet.de Anch.Dominic. & Philip.Franc.eod.lib.vj.& textum & glo. in ca.j.§. facta autem electione eod.in pragmat.

f Sine nota.i.infamia.ſaltem quo ad communem hominum opinionẽ credentium, ꝙ propter culpã electi, electio nõ habuit effectũ.Sed quantũ ad veritatẽ iuris,ſi electio caſſetur propter malum electionis proceſſum,non propter vitium electi, nõ incurrit aliquã infamiam electus,extra eo.ſuper eo.vbi de hoc.

g Ab eodem.Nam turpius eijcitur,quã nõ admittitur hoſpes,ex.de iureiu.quemadmodum. *Verſus.*

h Cæterùm.Quod dicitur in iſto,§.& in ſequentibus vſque ad finem c. eſt ſumptum ex conſtitutione Greg.x.extra eo.quàm ſit,lib.vj.

Adde ad no.in hoc toto,cap.Io.An. Archi. Pet.de Anch.Do. & Phil.Franc.in d.c. quàm ſit,& Specula. ti.de dila.§.j.verſi.ſunt & alię.&c.

i Menſem. Menſis iſte cõputabitur ſecundum kalendarium,arg.extra de ſuppl.negl. prælat.licet.& ſi forſan non præſentetur electo prima die menſis, tũc vt menſis compleatur,in quo præſentata fuerit, accipiet tot dies de menſe ſequenti, quot de illo fuerant elapſi, vt in ſimili caſu dixi ſup.c.iij. non conſulo tamen electo,quòd nimium ſe arctet. *Menſis datus electo ad cõſentiendum poſt præſentationẽ,qualiter computabitur.*

Adde,quæ dixi in d.c.iij.in addi.

k Diſtulit.iuſto impedimẽto ceſſante. Quid enim ſi electione præſentata electus infra menſem incipit infirmari, ita quòd nullatenus propter vim infirmitatis põt eius conſenſus haberi:nũquid excuſabitur? Puto,ꝙ ſic,ar.ex.c.q̃ ſit. Greg.x.§.cęterũ,lib.vj.& ex. de conceſ. præb. quia diuerſitatẽ, cum ſimilib.cũ lex debeat eſſe poſſibilis,iiij. diſtinct. erit autem,non eſt

veriſimile, quòd dictum concilium electos voluerit ad impoſſibile obligare, argu. ff. de reg. iu. impoſſibilium, & extra de ſol. Odoardus.

Adde glo. infrà eo. c. lix. forma xviij. in verbo periculo, & quæ ibi dico.

l Priuatum auctoritate dicti concilij Lugdunē. ex. eo. quàm ſit, lib. vj. nec requiritur alia ſententia, imò ſtatim elapſo menſe, à tempore præſentationis, & petiti conſenſus, poſſunt electores alium eligere, niſi electus fuiſſet legitimè impeditus, vt dicitur ſuprà in glo. proxim. ſimile, extra eodem, capitulo auaritiæ, in fin. Greg. x. lib. vj.

Adde, quòd vbi imponitur pœna ex non facto infra tempus certum, pœna non cōmittitur, niſi ex toto labatur tempus. Et ſic patet, quòd vbi ſtatutum præcipit certā pœnam ſoluendā infra annum, illa pœna peti non poteſt, donec annus totaliter fuerit lapſus, tex. & ibi de Sanct. Gemi. in ca. cōmiſſa. in prin. & ibi Philip. Franc. eod. lib. vj. vnde dicit Bald. in c. j. qualiter dominus proprieta. priuetur, quòd pœna non cōmittitur, niſi cōcurrant oīa requiſita ad eius cōmiſſionē, & idē Car. Alex. ibi, & Alex. conſi. xxxiij. vol. ij.

*Electioni nō omnis cōſentire poteſt.*

m Nequeat cōſentire. vt ſunt canonici regulares, & monachi, ac prædicatores, & fratres minores, & cæteri religioſi. Cùm enim ſimiles nō habeant velle & nolle, xij. quæſt. j. non dicatis, non debent conſentire ſuis electionibus ſine conſenſu ſuorum ſuperiorum, extra eod. quàm ſit, lib. vj. & extra de ſtatu monach. cùm ad monaſterium, §. j. in fin. De hac materia nota. per Inno. extra de renunci. c. poſt tranſlationem, & Hoſt. & B. Com. extra de poſtula. c. j.

Adde tex. in ca. quorundam, & in c. ſi religioſus, & ibi per Docto. eod. lib. vj. & Abb. Sicu. in cap. cùm dilectus, in j. nota. de conſue. & Dominic. & Phil. Fran. in c. quàm ſit, §. niſi forſan.

*Religioſus electus poteſt ſine nota am*

n Idem electus. licet enim ſit honeſtius, quòd electores petant hanc licentiam, ne electus ſaltem de

facto, de ambitione notetur, j.quæſtione vj. ſicut is, & C.de epiſcopis & clericis, ſi quicquam, tamen & ipſe eam petere poteſt,ſi voluerit,vt dicitur hîc,extra eodem,quàm ſit,lib.vj. Nec propter hoc, quo ad rei veritatem, cenſebitur ambitioſus, argument.xxiij. quæſtione quarta,qui peccat, argumen.ff. de acquir. poſſeſ.iuſtæ. *bitionis petere licentiam conſentiẽdi.*

Adde, an ſufficiat conceſſio licentiæ generalis religioſo,de conſentiendo electioni factæ, vel fiendæ, dic quòd non, vt clementi.vltim.& ibi Cardin.de Zaba.poſt Pet.de Anch.& Imolam,eo.titu.

o Et habere. licet quandoque ſufficiat petere licẽtiam,quamuis non obtineatur, vt extra de regula, licet,vbi de hoc notatur, in hoc tamen caſu non ſufficit,extra eodem, quàm ſit, libro vj. & eſt ſimile,extra de pœni.& remiſſio.omnis. *Licentiã quãdoque ſufficit petere, licet non obtineatur.*

Adde, an liceat electo & poſtulato petere confirmationem ſine ambitionis nota, in gloſ. in capitulo primo,§. facta autem electione, in verbo præſentata, in pragmatica, eodem titulo, qui alleg. hic Mandago.& infrà eodem, capitulo lix.forma xvij.in verbo confirmationem,& quæ ibi dico.

p Non obtinuerit. Quid ſi obtineat licentia debito tempore, nunquid habebit electus vnum menſem in hoc caſu ad conſentiendum à tempore obtentæ licentiæ,ſicut habent alij electi à tempore præſentationis electionis? Credo,quòd ſic. Nam ante obtentam licentiam conſentire non poteſt, vnde cùm non ſit in mora, tempus ſibi currere non debet, ſed poſtquam habebit licentiam, incipiet currere, argumen. opp.extra eodem,eis,quibus, & extra de conceſſione præbendarum, quia diuerſitatem, C.de anna.excep. l.prim.in fine. *Religioſus electus poſt licentiam ſuperioris obtentam habet menſem integrum ad conſentiendum.*

Adde extraua.benedicti.xj.ſi religioſus, eo.titu.

q Ex tunc. Sic extra eodem, quamuis,libro ſexto, Grego.x.

## De decreto electionis, & an ſine decreto valeat electio confirmari.

### CAP. XXXVIII.

*Q*voniam poſt electionem decretum. a. eſt ab eligentibus faciendũ, & ſuperiori, ad quem ſpectat confirmatio, iuxta ſtatuta. b. canonica, præſentandum, vt per ipſum idem ſuperior de perſona electa, & de forma electionis, ac de ſtudijs eligentium inſtruatur, de ipſo aliqua ſunt dicẽda. Notandum eſt igitur, quòd decretum dicitur quædã litera, c. ſeu ſcriptura, quæ ſuperiori dirigitur, à quo confirmatio eſt petenda, & poteſt ſtatim fieri, cùm eſt electio celebrata, vel poſteà ex temporis interuallo, etiã ſi aliqui de canonicis, qui pro electione venerant, receßiſſent. d. Porrò decretum huiuſmodi cõtinere debet electionis ſeriem, ſiue formam, e. nomina. f. eligẽtium, & conſenſus, ac ſubſcriptiones. g. etiam eorundem, nomẽ electi, ac conſenſum. h. eiuſdem, & ad quã eligitur dignitatem, necnon & in quo eſt ordine. i. cõſtitutus, debet inſuper per publicã manum ſcribi ſeu ſigillis. k. eligentium, aut ſigillo capituli, vel alio autentico roborari. Et ſicut cùm per formã cõpromißi electio celebratur, poßit per cõpromiſſarios hoc decretũ fieri capitulo approbante, eſt tamen melius, l. ꝙ per capitulum tantum fiat, ſiue per formam cõpromißi, ſiue per quamcunq; aliam ſit ꝓceſſum. Cæterùm, quia de hoc decreto, vtrum ſit de ſubſtantia electionis, vel poſtulationis, diuerſæ ſunt ſententiæ peritorum, illa tamen, quæ de ſolennitate ipſum eſſe aſſerit, eſt tanquã verior amplectenda, m. vnde ſine decreto, dum tamẽ

de for-

*de forma electionis conſtet, aliàs ritè poteſt electio cō-firmari. Nam decretum eſt teſtimonialis litera dun-taxat plenam probationem faciens, potiſsimè vbi ſu-per electione inter aliquos litigatur, niſi forſan per ta bellionem publicum, qui in omnibus interfuit, auctentic è ſcriptum eſſet, n. quinimo, quantumcunq; decre-tum plenum & ſufficiens habeatur, nihilominus ta-men perſonæ aliquæ de his, quæ electioni interfuerūt, ſunt hodie ad ſuperiorem mittendæ, o. vt per eas ſu-perior de perſona electa, & de forma electionis, ac de ſtudijs eligentium plenius inſtituatur. Sanè licet de-cretum non ſit de ſubſtantia, vt præmiſi, & licet ſine i-pſo poßit electio confirmari, tamen quantum ad hoc, non tenetur ſuperior, niſi velit: conſulo, p. q̃ is, qui cō-firmationē petierit, decretū ſemper deferat roboratū, prout dixi ſubſcriptionibus eligentium & ſigillis. Et ſi fortè ſigilla propria non habeant eligentes, ſigillent i-pſum ſigillo ſui capituli, aut alio autentico, vel ſaltem ipſum ſcribi faciāt manu publica, vt eſt dictum.*

QVoniam, &c.

a Decretum. in hoc loco dicitur ſecundum Inno. a decerno. i. ordino, vel diſpono, quia in eo continetur ordinatio eccleſiæ, vt not. per eum extra eod. innotuit. *Decretū electionis, quare ſic vocatur.*

b Statuta. lxj. diſtinct. §. ſed aliud, et. capitu. epiſcopus, extra eo. innotuit.

c Litera. qualiter autem iſta litera ſiue ſcriptura formanda ſit, & quæ in ea contineri debeant, habes plenè inf. c. lix. forma xiiij. & duabus ſequentibus.

d Receſſiſſent. ſecundum Inno. Hoſti. & B. Comp. vt notatur per eos. extra codem, innotuit.

e Formam. vt ſuperior inſtruatur, per quam formam eſt in electione proceſſum.

f Nomina eligẽtium, vt ſciatur, vtrum omnes, vel quot conſenſerunt in electum.

g Subſcriptiones. ne poſſint poſteà variare, argu. j.q.vij.ſaluberrimum.

*Confirmatio ante conſenſum electi nõ poteſt peti.*

h Conſenſum eiuſdem. nam ante conſenſum electi confirmatio peti non poteſt, vt notat. in glo.communi, extra eo. innotuit, idem dicit Hoſtien. ibidem, & capi. dudum, ij. ideo debet fieri mentio de conſenſu in decreto.

Adde Calde. conſi. vij. colum. ij. verſicu. poſſet addi, eodem titulo.

i Ordine. vt ſciatur, quando potuerint eligi, vel debuerint poſtulari, extra eodem dudum, j. & extra de ætat. & quali. à multis.

*Decretum an debeat continere ſubſcriptiones eligẽtium.*

k Sigillis eligentium. Decretum ſecundum Inno. & B. Compoſtellanum benè poteſt fieri ſine ſubſcriptionibus & ſigillis eligentium: ſufficit enim, quòd ſigillo capituli ſigilletur, vel per manum tabelliõis autenticetur. Eſt tamẽ ordinarium & conſuetum, quod electores in eo ſe ſubſcribant, vt notatur per eos, extra eodem, innotuit.

Adde Abb. Sic. & Bal. ibi, & Card. Alex. in c. epiſcopus, lxj. diſtinct. & Nico. Milis in ſuo reperto. in litera electio, & quæ dico infrà eod. capitu. lix. forma vij. in verbo in nomine, & Bartho. de Fir. in tract. de epiſcopo, in prima parte, lib. iiij. quæſt. xvj. vide amplè de iſta, & alia multipli. ſubſcriptione, ac etiam de ſigillo Papæ, & plurium aliorum dominorum, ad quem recurre.

l Melius. ſecundum Innocen. Oſtien. & B. Com. vt notatur per eos extra eodem, innotuit. nam quando omnes faciunt decretum, euidentius conſtat de intentione, ac deſiderio cuiuſque, quàm ſi per ſolos cõpromiſſarios fieret.

m Amplectenda. in hac concordant Inno. Hoſtiẽ, & B.

& B. Compoſt. extra eodem, innotuit, ſed gloſa communis innuit ibidem contrarium: ſcriptura tamen, in qua ſcribuntur, non eſt de ſubſtantia, ſecundum omnes, vt ſupra, c. xxij. *Decretum eſt de ſubſtantia electionis.*

Adde, quòd glo. in dicto c. innotuit, & in ca. Epiſcopus, lxj. di. in c. quanto, lxiij. di. & vtrobiq; per Archi. & Card. Alexan. tenent decretum & ſubſcriptiones eligentium eſſe de ſolennitate, & non de ſubſtantia, & Barth. de ſir. vbi ſuprà quæſt. xvj.

n Scriptum eſſet. Tunc enim faceret fidem, ſecundum Hoſtien. & B. Compoſt. & vt notatur extra eodem Innotuit, ar. extra de fide inſtru. c. ij. & C. de ꝓbat. cum precibus.

Adde Innocen. Bal & Abb. Sicul. in d. c. innotuit, & Ludo. de Ro. in ſuo ſingu. incipi. num quid decretum, fol. xx. colum. iiij.

o Mittendæ. Extra eodem, nihil, & in conſtitutione Nicolai eodem tit. Cupientes, li. vj.

p Conſulo. Hoc conſilium iuri concordat, & ideò ſequendum eſt, extra de offic. ordina. paſtoralis in fine.

## De forma compromiſsi, & an aliquo contradicente procedi valeat per eandem.

## CAP. XXXIX.

*CVM per Dei gratiam iam ad finem perduxerimus primam formam, a. ad ſecundã, quæ dicitur cõpromiſsi: b. loco ſecundo ponitur in concilio generali, c. ſtylum deinceps conuertamus. In primis etenim eſt ſciendum, quòd ad hoc, vt ritè procedi valeat per hanc formã, eſt neceſſe, quòd conſenſus interueniat ſingulorum: nam ſi contradicente etiam vno ſolo. d. fieret compromiſſum, ſecu-*

*ta ex tali compromiſſo electio non valeret.e.quia facta, contra formam præmiſſi concilij generalis, quod vult, vt hi, quibus poteſtas committitur eligendi, vice omnium debeant prouidere: nec, vt quidam. f. aſſerũt, iuſtificari poſſet talis electio: cùm ſit nulla per ratificationem contradicẽtis poſtmodũ ſubſecutã, licet ſecus eſſet, ſi non contradicẽte, ſed contẽpto aliquo fieret cõpromiſſum: tunc enim, quia nõ eſt nulla, ratificari poſſet legitimè per abſentẽ. Vt igitur. g. de conſenſu cõſtet omnium, ita fiat. Cùm enim oẽs fuerint in capitulo congregati, is, qui habet in capitulo primam vocem, vel alius de mãdato à capitulo ſibi facto, ſeu qui ſibi ſine mandato non contradicẽte. h. tamen capitulo id aſſumit, requirat primò ſingulos ſigillatim, i. ſi placet eis procedere per hanc formam, quibus conſentiẽtibus requirat eos iterum, quibus perſonis. k. & per quem modum. l. velint eis committere vices ſuas, eis autem de perſonis concordantibus & de modo, tunc vel omnes ſimul, m. vel vnus. n. vice omnium in perſonas huiuſmodi eligendi transferat poteſtatem. Si verò, ſicut frequenter. o. euenit, de compromiſſarijs nequeant canonici conuenire, tunc vt citius ad concordiam veniatur, poſſunt vni vel pluribus, qui eos vice omnium eligant, committere vices. p. ſuas.*

CVm per Dei gratiam, &c.

a Formam. Scilicet ſcrutinij.

b Compromiſſi. Extra eodem, cum iure.

c Generali. extra eodem, quia propter.

Adde, quòd iſta forma eſt tutior, etiam quòd compromiſſarij teneantur procedere per viam ſcrutinij, & eligere illum, in quem maior & ſanior pars conſenſerit,

ſenſerit, cap. cùm expedita, & ibi Archi. Petr. de Anchar. Dominic. & Philipp. Franc. eodem libr. vj. & licet fiat partim ex ſcrutinio, & partim ex compromiſſo, tamẽ nominabitur, & dicetur forma compromiſſi determinati ſeu limitati, vt ibi, & capitul. cùm dilecti, eodem, & Cardin, de Zaba. Bar. in conſil. xxx. col. j. ante fi. & infrà, capitu. xlv.

d Vno ſolo. Suprà cap. xxj. vbi de hoc, & not. communiter per Doctores extra eodem, quia propter.

Adde quomodo & qua forma debent iſti compromiſſarij procedere, Barth. de firm. in tract. de Epiſcopo, in j. parte, libro iij. q. xlix.

*Electio eſt nulla quando peccatur in forma.*

e Non valeret. Imò eſſet irrita ipſo iure propter rationem, quę ſequitur. Nam quandocunque peccatur in forma, eſt electio nulla, vt extra eod. in Geneſi, & notatur ſupra, ca. xxij.

Adde tex. in prag. eodẽ, §. Quod ſi prædicta, & ibi glo. celebrẽ. in verbo ipſo iure, & Abb. in cap. in cauſis col. j. verſic. non ibi à ſingulis, eodem & Bal. in di. cap. quia propter, col. v. verſi. ſequitur, in litera, cùm ſequen. verſic. & ibi Abb. in §. vel ſaltem in ij. nota. & in verſic. in gloſa, in verbo vice omnium, & gloſa, infra eodem, cap. lix. form. viij. in verbo ſpecialiter.

*Electio per viã compromiſſi aliquo contẽpto eſt nulla n[illegible] tificari [illegible] teſt.*

f Quidam aſſerunt. Iſtorum opinionem, quam B. Compoſtell. recitat, extra eodem, quia propter, puto eſſe veram. Conſtat enim quòd ibi proceditur aliquo contradicente per hanc formam: fit contra tenorem prædictæ decret. quę vult, vt hi, quibus committitur prouidendi poteſtas, vice omnium debeant prouidere: & ita forma debita non ſeruatur, ſicque per conſequens electio eſt nulla, vt in eadem dec. dicitur ver. aliter electio. Si igitur eſt nulla, ratificari nõ poteſt, extra eod. auditis, ff. de regulis iuris, l. quod ab initio xvj. q. iij. §. poteſt. Sed contra hoc eſſe videtur, quod notatur per Innocen. extra eodem, quod ſicut gloſ. & ſi contempti, verſicul. item videtur per compromiſſum, &c. ibi enim innuitur, quòd poſſit ratificari.

Reſpon.

Reſponſio. Illud intelligitur, quãdo proceditur ali. quo contempto, tunc enim benè cõualeſcit electio per ſubſequentem conſenſum, quia non eſt nulla, vt hic ſequitur, & probatur in dicta decre. quod ſicut, §. ſi autem, & eodem ti. eccleſia. ij. Sed ſecus, vbi proce. ditur aliquo contradicẽte: quia tũc eſt nulla, vt dixi, & ideò ratificari non poteſt.

Adde quæ dixi poſt gloſam. ſuprà eodem, capi. v. & c. xxxiij. in verbo ſi voluerint, & glo. in prag. eo. §. & cum humanè in verbo dic.

g Vt igitur. Quod dicitur in iſto. §. eſt ſumptum ex glo. B. Compoſt. extra eodem, quia propter.

h Non contradicente. Taciturnitas in hoc caſu ꝓ contemptu habetur, ar. liiij. di. ſi ſeruus, extra de his quæ fi. à præla. c. ij. ff. de re iudic. ſæpè.

*Electio ſi debeat per compromiß. fieri, oẽs ſigillatim ſunt requirendi.*

i Sigillatim. Nunquid eſt neceſſarium, vt requi. rantur ſinguli ſigillatim, & quòd requiſiti habeant expreſsè conſentire vel diſſentire? Dicit B. Compo. quòd Papa Innocen. ita viſus fuit ſentire de facto, vt notatur per eum extra eodem, quia propter, & hoc propter magnitudinem negotij, vellet enim quilibet ſic rumpere ad nominationem & nominare etiam malum, & ſibi fauorem nominati acquirere, & ſic lo. cus deliberationi auferretur: tales enim nominatio. nes, quæ fiunt ſine debito tractatu, non valent, C. de ap. nominationes, ij. quæſt. vj. §. nominationes.

Adde gloſam, in prag. eodem in §. Et cùm huma. nè, in verbo conueniunt.

k Perſonis. Seu perſona. Nam in vnum ſolum po. teſt compromitti, infra ca. xlj. & extra eodem, cauſam quæ, & extra de renũcia. poſt tranſlationem.

*Compromiſſum poteſt à principio reſtringi.*

l Modum. Nam poſſunt, ſi volunt, cõpromittere ſimpliciter, vel cõpromiſſum reſtringere ad certam diem vel horam, aut ad certam eccleſiam, vel ad cer. tas perſonas, infra c. xliij. & capitulo, xlv. & capitulo ſequenti, extra eod. cum dilecti.

Adde ibi Bald. & Abb. Sicul. & ipſum Abb. in ca.

pitulo,

pitulo, quia propter, §. vel ſaltem verſi. ſecundo quęritur & glo infrà, eodem capitulo. l.

m Simul. Extra de renunciatio. poſt tranſlationē, iuxta formam traditam, infrà capitulo, lix. form. viij.

n Vnus. Recepto mādato ab alijs, & poterit dicere ſic. Ego tali vicē meā & totius capituli committo, ſeu do tali poteſtatem noſtrę eccleſię prouidendi.

o Frequenter euenit. Nam variæ ſunt hominum voluntates, extra de conceſſi. præ. quia diuerſitatem. Adde tex. in l. quia poterat. ff. ad Trebellianum, & in l. ſcire oportet, ff. de verbo obligat. & gloſ. infra, eodem, ca. lix. forma. vij. in ver, ita facta. *Senſus tot ſunt, quot capita.*

p Vices ſuas. Extra eodem, in cauſis.

## Si infirmi, qui ſunt in ciuitate eadem vel clauſtro, ſunt, cùm per formam compromiſſi proceditur, requirendi.

### CAP. XL.

*SI in clauſtro vel ciuitate, vbi eſt electio celebranda, canonici aliqui ſunt infirmi.* a. *qui non poſſunt ad capitulum commodè conuenire, neque velint.* b. *alicui committere vices ſuas: ne illi reputare valeant ſe contemptos: nec poſſunt petere vt facta eis irrequiſitis electio irritetur.* c. *debent hi, qui ſunt in capitulo, ad ipſos mittere, ac ſuper hoc requirere.* d. *beneplacitum eorundem, & ſi eis placuerit, ꝙ per formam procedatur huiuſmodi, benè quidē. Sin autem non, puto quòd eis inuitis poſſit id fieri, vt ſuperius.* c. *eſt expreſſum.*

SI in clauſtro, & cætera.

a Infirmi qui Supple vel alio impedimento legitimo detenti, vt dixi ſuprà, c. xxv.

b Neque

b Neque velint. Ex voluntate enim ipſorum dependetur conſtituere vel non conſtituere procuratores, ſecundum Innocē. & Hoſtien. & Ber. Compo. extra eodem, quia propter.

c Irritetur. Ratione contemptus: nō enim eſt nulla, ſed annullanda, extra eodem. quòd ſicut.

*Electio nō fit per compromiſſū, niſi de conſenſu etiā infirmorū canonicorum.*

d Requirere. Qua enim ratione itur ad infirmos, & requirūtur eorum vota, cùm proceditur per viam ſcrutinij, ſi volunt conſtituere procuratores, vt dixi ſuprà, c. xxv. eadem ratione ſunt requirendi, ſi placet eis procedere per viam compromiſſi, cùm non poſſit in ea procedi, niſi conſenſus interuenit ſingulorum. ſuprà, cap. prox.

Adde not. ſuprà eod. capi. xij. & quæ ibi dixi, in ij. addi. & Abb. Sic. in d, c. quia propter, §. illud.

e Superius. ſuprà capitu. proximo.

## Vtrum in vnum ſolum vel in plures debeat compromitti. CAP. XLI.

*Quamuis quidam ſentire aliter videantur, hoc tamē indubitabiliter eſt tenendū, quòd in vnū ſolū.* a. *vel in duos,* b. *aut in plures etiā prout placet poteſt licitè compromitti, et ipſi compromiſſarij poſſunt eſſe vel de gremio.* c. *vacātis eccleſiæ, vel etiam aliundè:* d. *dū tamen non ſint laici,* e. *aut maioris excommunicationis vinculo innodati publicè,* f. *ſeu ſuſpēſi, vel etiā interdicti. Nā ſi in tales aut in eis ſimiles fieret compromiſſū, facta per eos electio non valeret. Cæterum cū in plures cōpromittitur, ſanū.* g. *eſt ſecundū quoſdā conciliū, vt in cōpromiſſo clauſula huiuſmodi apponatur: videlicet ꝙ poſtquā cōpromiſſarij de perſona concordes*

*des fuerint eligenda, vnus eorum vice ſua et aliorum eam eligat.* h. *in communi, & prouideat de eadem.*

QVamuis quidam. Horum opinio recitatur per Hoſtien. extra eodem, quia propter.

a Vnum ſolum. ex. eo. cauſam quę, & extra de renun. poſt tranſlationem, nec obſtat extra e. quia propter, §. vel ſaltē, vbi innuitur, quòd non in vnum ſolum, ſed in plures ſit compromittendum. Nam ibi refert ſe ad id, quod frequenter accidit: frequentius enim compromittitur in plures, quàm in vnum, vt patet extra eodem in cauſis, & cap. cum dilectus & c. cum in iure, & c. cum in veteri, & extra de ſortile. c. eccleſia, iura enim ad ea, quæ frequentius accidunt, aptantur, ff. de legi. nam ad ea. *Compromitti tā poteſt in vnū ſolum.*

Add iſtam iſtam glo. & ſequen. Bal. in d. c. quia ꝑpter col. v. verſ. & not. quòd ſi compromittitur, & ibi Abb. Sic. in. §. vel ſaltem.

b Duos. Secundum Hoſt. vt no. per eum. ex. e. quia propter, hoc enim non eſt contra ius, vt compromittatur in numero pari, extra eod. cùm in veteri: ſed tamen melius eſt, vt compromittatur in numero impari, vt diſcordia vitetur: Nam vbi compromittitur in numero pari, res eſt fere ſine exitu, propter facilitatem hominum ad diſſentiendum, extra de arb. c. j. & ff. de arb. l. item ſi vnus, §. principaliter.

c De gremio. Extra eodem, in cauſis & capit. cum dilecti.

d Aliundè. Secundum Innocē. Hoſtien. & B. Compoſtel. extra eodem, cauſam quæ, & notatur per eos extra eod. quia propter.

e Laici. extra eodem Maſſana.

f Publicè. Extra de procurat. conſulti. & extra de re iudicata, ad probandum: ſecus, ſi eſſent occulti omnino, vj. q. ij. capit. j. & iij. Quando autem iſti excōmunicati, ſuſpenſi, vel interdicti ſint admittendi vel repellendi, dixi ſuprà, c. vj. & c. xx.

g Sanum,

*Compromiſſarij ſi fuerint, plures per vnũ eorũ facienda eſt electio communis.*

g Sanum. Iuxta opinionem Hoſtien. qui dixit, quòd omnes compromiſſarij debent ſimul eligere, nec vnus poteſt de mandato illorum electionem pronunciare, niſi hoc habeat forma compromiſſi, vt no. per eum, extra eodem, quia propter, §. vel ſaltem, & facit ad hoc lex, quę dicit in pluribus arbitris, quòd vel omnes dicunt ſententiam, vel nullus, ff. de arb. l. item ſi vnus, §. item ſi plures. Sed quicquid dicat, tenendum eſt, quòd nedum in forma ſcrutinij facienda eſt per vnũ electio in communi, extra e. in Geneſi, & dixi ſuprà, c. xxxiiij. ſed etiam in forma in compromiſſo, etiãſi non exprimatur, & niſi fiat, eſt irrita ipſo iure, prout diffiniuit Papa Nicolaus in electione eccleſiæ Karleolen. quam fecerant omnes compromiſſarij ſimul: & Honorius in electione Arelaten. vt not. infra, c. lix. forma. viij. in glo. hęc clauſa: ſi tamẽ, vt ſatisfiat opinioni prædictæ, hoc exprimatur in compromiſſo, prout hic dicitur, non reputo malum. De hac materia not. per B. Compoſt. in dicta decre. quia propter.

Adde quæ dixi ca. xxiiij. in verbo vice omnium, & glo. infrà eodem, c. lix. forma. viij.

h Eligat. Secundum formam, quam habes infrà, c. lix. forma nona.

## An religioſus in electionis negocio compromiſſarius eſſe poſſit.

### CAP. XLII.

*LIcet in religioſum, vt in arbitriũ. a. (niſi pro vtilitate ſui etiam monaſterij & de licentia Abbatis) de iure nequeat fieri compromiſſum, in electionis tamen negocio, vbi propriè non cenſetur quis arbiter, ſed potius arbitrator.* b. *compromit-*

*promitti poterit in eundem. Nam viri religioſi, vt in canone, c. ſtatuitur, ad electionum negotia ſunt vocandi, & de ipſorum conſcientia & conſenſu eſt vacantibus eccleſijs prouidendum, ille tamen canon de honeſtate. d. non de neceßitate iuxta ſanum loquitur intellectum.*

LIcet in religioſum, &c.

a Arbitrum. Religioſus enim arbiter eſſe non poteſt, vt notat. xvj. quæſtione prima, de præſent. & idem dicit Hoſtien. in ſumma, extra de arbit. §. ſi quis poſſit eſſe arbiter, in fine, niſi de licentia ſui abbatis, & pro vtilitate ſui monaſterij, vt in dicto §. notatur, nam generaliter prohibetur, ne religioſi ſint forenſis, vel eccleſiaſtici negotij ſuſceptores, xvj. q. j. monachi, & extra de poſtulan. c. ij. *Religioſus nõ poteſt eſſe arbiter.*

Adde Paul. de Leaza. in quæſt. incipien. laicus, & religioſus, & Archid. viij. quæſt. j. ſi ergo, & Dominic. in c. cõmiſſa. §. fin. & ibi Philip. Franc. poſt Doct. eo. lib. vj. vbi ponunt, quid de laico, an poſſit eſſe compromiſſarius.

b Arbitrator. vt nota. per B. Compoſtella. & Hoſti. extra eod. cauſam quæ.

c Canone. lxiij. d. c. obeuntibus, ex quo ſatis colligitur, quòd religioſus poteſt eſſe compromiſſarius in electione. *Compromitti poteſt in religioſum.*

Adde, quòd idem tenet Abb. Sicu. in d. c. quia propter, §. vel ſaltem, colum. ij. verſi. in glo. eo.

d De honeſtate. vt notat. in glo. communi, extra eod. quia propter. nam de iure communi ſpectat electio ad ſolum collegium, extra eod. c. j. extra de cauſa poſ. & proprie. cùm eccleſia, q. xvj. vl. congregatio.

Adde, quæ dixi ſup. eo. c. j. & in c. xxx. quia ſoli canonici faciunt capitulum, vt tenet curia Romana, ſecundũ Io. An. & Domi. in c. ex. e. §. fi. eo. li. vj. & Lud. de Ro. in conſi. cccxxv. & in ſuis ſingula. fol. xx.

## An cõpromiſſarij ad eligendum habeant totum tempus, quod compromittentibus competebat. CAP. XLIII.

*SI ſine præfinitione temporis fuerit in aliquos compromiſſum, ipſis compromiſſarijs ad eligendum conceditur tantum tempus, quantum compromiſſi tempore compromittentibus competebat.* a. *& ſi fortè infra tempus huiuſmodi per eos non fuerit electio celebrata, ex tunc ad ſuperiorẽ proximum eligendi ſeu prouidendi poteſtas deuoluitur ipſo iure, ſibiq́ꝫ hi imputent, qui tales compromiſſarios ſine præfinitione temporis elegerunt.* b. *Vt igitur compromittentes periculum hoc euitent, conſulo, quòd ſemper in compromiſſo diem certam apponere debeant ſiue horam,* c. *vt ſi illi infra tẽpus non prouiderint præfinitum, ex tunc eligendi poteſtas ad eos liberè reuertatur.* d.

SI ſine præfinitione, &c.

a Competebat. cùm compromiſſarij fungantur vice capituli, extra eod. in cauſis, ex quo aliud nõ eſt dictum, in compromiſſo idem tempus habere debẽt, quod habeat capitulum tempore compromiſſi, ar. C. de tempori. in integ. reſt. ea, quę, & ff. de iudi. ſi iudex, extra de reſcript. ſuper literis, in fine.

Adde tex. glo. Pet. de Anch. Archid. Domi. & Phi. Fran. in c. compromiſſarius, eo. lib. vj. & glo. in clem. quamdiu, in verbo cõpromiſſum, & ibi Imo. & Frã. de Zaba. de app. & B. de Fir. in tra. de epiſc. in j. parte, lib. j. q. xiij. & gl. inf. e. c. lix. forma viij. in ver. per tot.

*Capitulo nocet negligentia compromiſſariorum.*

b Elegerunt. Sicut enim negligentia procuratoris nocet domino, ſic & iſtorũ cõpromiſſariorum negligentia nocebit capitulo, ſecundum Hoſt. vt nota. per

eum

eum, extra eo. ne pro defectu, & imputet ſibi capitulum, quia tales elegit. ff. de mino. cũ mandato ad fi.

Adde, quia mala electio eſt in culpa, l. Qui nõ tam idoneum hominem, ff. commo. & l. item videndum, in prin. ibi, q̃a ſuo periculo, &c. ff. de pet. hæredi. & j. §. j. ver. proinde ſi imperitè, ff. ſi menſor fal. mo. dixe.

c Siue horam. Hoc enim poſſunt facere de iure, vt patet extra eod. cùm in veteri, vbi fuit factum cõpromiſſum vſque ad conſumptionem cuiuſdam candelæ, ff. de arbi. ſi cùm dies, in prin.

Adde Abb. Sicu. in d. c. cùm in veteri, in iiij. nota. & Bald. col. ij. verſic. ibi vſque ad conſumptionem, & verſi. pone, quod præceptum eſt.

d Reuertatur. Extra eod. cùm in veteri. Nam lapſo tempore, cõpromiſſum expirat, vt ff. de arbit. ſi cùm dies, & ar. extra de offi. deleg. de cauſis.

## Vtrum his, quibus poteſtas committitur eligendi, poſsint alijs cõmittere vices ſuas.

## CAP. XLIIII.

*His, quibus poteſtas committitur eligendi, non poſſunt, niſi forma commiſsionis id habeat.* a. *alijs committere vices ſuas, cùm compromittentes,* b. *videantur eorum induſtriam elegiſſe,* c. *non poſſunt etiam à forma recedere.* d. *ſibi data, & ſi receſſerint ab eadẽ, irritum.* e. *prorſus habebitur, quicquid factum fuerit per eoſdem.*

His, quibus, &c. a Habeat. Puta, quia dicitur in cõpromiſſo, vt poſſint alios deputare, ſi voluerint, vel quòd poſſint per ſe, aut alios eligere, tunc enim benè poſſunt compromittere, argu. ex. eo. in cauſis, & ex. de arbi. cũ à nobis, & no. per Hoſti. extra

**Cõpromiſſarij ad eligendum, an poſſint alijs vices committere.**

extra eo.quia propter,§.vel ſaltem. Ad hoc etiam fa. cit,quod no.per Inno.ex.de arbit.innotuit, in fin.

Adde glo.Bart.Bald.Ange.& Imo.in l.Inſtit.talis, ff.de condi.inſti.

b Compromittentes. Idem eſt in alijs arbit. ff.de ar. non diſtinguemus, §. quæſitum, & l. in compro. miſſis,& nota.extra de arbi.cùm dilectus.

Adde,quòd arbitrorum poteſtas & officium ex te. nore cõpromiſſi perpenditur & firmatur, vt no.Bart. Soſi.de Zenis,conſi.xxvij.col.j.verſi.ex hoc volu.j.& glo.inf.c.lvj.in verbo non tenebit.

c Elegiſſe.ext.de offi.delega.quoniam apoſtolica, §.is autem. Sed huic eſt contra.ſup.c.xv.Dic vt ibi.

*[M]andati fi[n]es diligẽter [s]unt ſeruãdi.*

d Recedere.fines enim mãdati ſunt diligenter ſer. uãdi,ff.mãdati diligẽter, & ex.de reſcrip.cũ dilecta.

Adde Bar.de Fir.in tracta.de epiſcopo, in j. parte, lib.iij.q.xlv.cum ſeq.

e Irritum.extra eo.cùm dilectus, & extra de con. fir.vti.vel inuti.examinata.

## Vtrum ſub ea forma poſſet fieri compromiſ-ſum, quòd perſonam certam compromiſ-ſarius eligere teneatur.

### CAP. XLV.

*SIcut nõ eſt ſub ea forma,vt certam dicat.* a. *ſententiam, arbiter eligendus, ſic nec in electionis negotio poteſt fieri compromiſſum, vt perſonam certam compromiſſarius eligere teneatur.*b.*Sed ſi duobus,vel pluribus nominatis compromittatur in aliquem eo modo,vt eligat,quem voluerit ex eiſdem,compromiſſum huiuſmodi benè valet,*c.*cùm in hoc caſu ſaltem quo ad nominatos eidem libera electio relinquatur,*

qua

*quæ totaliter adimitur in priori. Poteſt etiam compromiſſum fieri ſub hac forma, vt ſecretò et ſigillatim inquiſitis voluntatibus ſingulorum, illum, in quem maior.*d *.pars conſenſerit, teneantur.*e. *compromiſſarij eligere, per quam formam contentiones multiplices remouentur, & abſque calumnia ſatis de facili vacantibus eccleſijs prouidetur.*

SIcut non eſt ſub ea forma, &c.

a Certam. vt ff. de arbi. l. qualem. & l. item ſi vnus, §. item Pomponius.

b Teneatur. ſecundum B. Compoſt. vt notat. per eum, extra eo. quia propter.

Adde, quòd idem tenet Calde. in conſi. iij. eo. titu. qui alleg. hic Mandagot. & Abb. Sicu. in dicto capitulo, quia propter, §. vel ſaltem, in iij. quæſt. & gl. in cap. ſi quis iuſto, §. porrò, in verbo, de certa, & ibi Archid. Pet. de Anch. Domin. qui allegat etiam auctorem, & ibi Philip. Franc. & per Bart. Bald. Angel. & Imol. in l. inſtitutio talis, ff. de condi. Inſti.

c Benè valet. argum. extra de ap. conſtitutis, ij. nã ſecundum Innoc. & Hoſtien. licitè poteſt cõpromiſſum reſtringi ad duos, vt ibidem notatur per eos. & idem dicit B. Compoſtella. extra eodẽ, quia propter, ſed ad vnum non poteſt, vt hic di. arg. ff. de arbi. qualem, & l. item ſi vnus, §. item Pomponius. *Compromiſſũ ad duos reſtringi poteſt.*

Adde, quòd ratio eſt ſecundum Calde. vbi ſuprà, quia electio debet fieri de vno ex pluribus.

d Maior. ſupple & ſanior, extra eo. cùm dilectus, & capitu. quia propter, & c. eccleſia ij.

Adde, an valeat electio retẽtis terminis formę huiuſmodi facta per compromiſſarios, nõ ſcrutato voto electi? Domi. de Rota, deciſio. cccxliiij. eodem titul. in antiq. qui tenent, quòd ſic.

e Teneantur. hæc forma, quæ colligitur, extra eodem, cum dilectus, manifeſtam in ſe videtur æquitatem & *Compromittẽ poteſt in ali.*

*quos vt eligant illum, in quem maior pars capituli conſenſerit.*

tem & vtilitatem continere. Nam per hanc citius ꝓuidetur vacantibus eccleſijs, quàm per formam ſcrutinij, in qua multa ſolennitas requiritur, & de facili erratur. Item, per hanc ſeruatur cuilibet ius ſuũ, quo ad conſenſum, quod nõ fit, vbi ſimpliciter in cõpromiſſarios eligendi poteſtas transfertur. Item, per hãc tolluntur cõtentiones, quæ habentur in electione cõpromiſſariorum: nam quando datur ipſis poteſtas eligendi, quem volunt, quilibet nititur amicum ſuum compromiſſarium facere, & ita raro de compromiſſarijs cõcordatur: vel ſi concordetur, vix conueniũt inter ſe ipſi cõpromiſſarij, quia quilibet ſuum amicũ promouere conatur, ſed in caſu iſto, cùm non poſſint eligere, niſi nominatum à parte maiori, non eſt vis, q ſint cõpromiſſarij. Itẽ, cùm proceditur ſecundũ hãc formam, non eſt timendum, ꝙ duo, vel plures in diſcordia eligantur, ex quo eligi debet nominatus à parte maiori, ſed in forma ſcrutinij vis eſt, quòd plures in diſcordia eligantur. Itẽ, in hac forma non poſſunt cõpromiſſarij ſic corrumpi prece, vel precio, aut timore, vel amore ad aliquem eligẽdum, ex quo nominatũ à parte maiori neceſſe habent eligere, ſicuti poſſunt, cùm eis libera datur eligendi poteſtas. Quid ſi ſub hac forma cõpromiſſarijs poteſtas data fuerit, vt inquiſitis voluntatibus ſingulorum, & in ſcriptis redactis, eligant illum, qui plures habebit numero partium cõparatione minorum, etiam ſi maiorem partem capitu. non haberet, nunquid valet huiuſmodi compromiſſum? Dic, quòd non, imò Papa Honorius iiij. caſſauit propter hoc electionem Ebredinen. in qua ſic fuerat compromiſſum, & ferè duæ partes totius capituli cõſenſerant in electum, dicens, quòd talis electio facta erat contra formam capituli concilij generalis, plures etiam videbantur tũc ſentire, quòd forma, de qua hic in textu agitur, & in dec. prędic. cũ dilectus, eſt hodie correcta per dec. quia propter, verſicu. vel ſaltem, ibi enim innuitur, quòd libera eligendi po.

*Cõpromiſſarij etiam de permiſſione capituli nõ poſſunt eligere nominatum à maiori parte partium comparatiõe minorum.*

di poteſtas eſt in compromiſſarios transferenda, ſed hoc non fit in forma hîc poſita, nec in propoſita quæſtione, cùm in vtroque caſu compromiſſarij neceſſe habeant eligere nominatum à compromittentibus, iuxta formam in compromiſſo expreſſam, vnde non valet, argumen. ff. de ar. l. item ſi vnus, §. Item Pomponius. Secùs autem eſt, cùm permittitur, vt eligatur alter de duobus, tunc enim habent arbitrium in eligendo, quem volunt compromiſſarij ex eis, & ideo valet, vt ſuprà capit. proxim. Vide formam compromittendi in præſenti textu expreſſam, hodiè approbatam per capitulum, cùm expediat, de electio. libro ſexto.

Adde ad prin. glo. & ſecundam quæſt. Abb. Sic. in d. c. quia propter, §. vel ſaltem, col. j. ver. ſecundo quęritur, & tex. & glo. in pragma. eo. in §. quod etiam iuramentum in verbo compromiſſum, vbi iſti cõpromiſſarij tenentur confiteri, & ſacramentum Euchariſtiæ recipere, & iuramentum præſtare.

## Si ſint plures compromiſſarij, & diſcordent, an valeat electio, quæ à maiori parte ipſorum fuerit celebrata.

## CAP. XLVI.

*SI pars maior cõpromiſſariorũ perſonã idoneã.* a. *duxerit eligendam, talis electio canonica eſt cenſenda, quanquam pars altera cõtradicat,* b. *niſi in cõpromiſſo actum fuerit, quòd aut oẽs, vel duæ partes, ſiue plures ex eis debeãt concordare, tũc enim propter cõpromiſſi formam, quam non licet egredi,* c. *maioris*

*partis electio non tenebit.* d. *Et intelligas hæc eſſe vera, vbi omnes compromiſſarij ſunt præſentes.* e. *Nam vno mortuo, vel abſente, reliqui (niſi in compromiſſo dictum eſſet expreßè) procedere non valerent.* f.

SI pars maior, &cæt. Capitulum iſtud ſumptum eſt ex glo. Bernar. Compoſtel. extra eodem, cùm in iure peritus.

a Idoneam. aliàs nõ teneret electio, extra eodem, cùm in cunctis, & capitulo cauſam quæ, ff. de ritu nuptia. quanquam.

b Contradicat. ex quo enim præſens eſt, eius contradictio non obſtat, ſicuti dicitur in alijs arbitris, ff. de arbitr. l. ſi in tres, & l. ſeq. & notatur in glo. communi, extra de arbi. c. j.

c Egredi. extra de reſcrip. cùm dilecta, & ff. man. l. diligenter, & ſuprà capitul. xliiij.

*Compromiſſa incedunt via ſtricta.* d Non tenebit. Compromiſſa enim ſtricta via incedunt, nec compromiſſarij quicquam poſſunt facere extra formam compromiſſi, vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus, §. vlt. & extra de Archi. cùm dilectus.

Adde, quæ dixi ſuprà c. xliiij. in verbo compromittentes, & in verbo recedere.

e Præſentes. ff. de ar. l. per in tres, & l. ſeq. vt notat. per B. Compoſt. extra eod. cùm in iure.

f Non valerent. extra de offi. deleg. vno delegatorum, & extra de teſta. Raynaldus, & ff. de arbi. l. non diſtinguemus, §. cùm in plures.

## Vtrum compromiſſarij poſtulare poſsint & eligere vndecunque.

### CAP. XLVII.

*CVm compromiſſarij totum capitulum repræſentẽt,* a. *ſicut poſſet capitulum, ſic et ipſi poſtulare.* b. *poßũt, & eligere vndecunq;* c. *niſi*

*niſi expreſſè in compromiſſo ſit actum, quòd de gremio. d. eccleſiæ vacātis duntaxat, vel de certo loco. e. eligere teneantur, tunc enim habent ſequi neceſſariò traditam ſibi formam: aliàs, ſi ab ea receſſerint, electio nulla erit. f. Cæterùm, ſi in aliqua eccleſia de conſuetudine, vel ex ſpeciali priuilegio habeatur, vt de certa eccleſia prælatus per electionem canonicam aſſumatur, g. tunc aſſumpti compromiſſarij eligere non poterunt de aliqua eccleſia, quàm de illa, quia compromittentes plus iuris, quàm haberent, in eos transferre nullatenus potuerunt.* h.

CVm compromiſſarij, &c.

a Repræſentent. extra eo. in cauſis.

b Poſtulare. Qamuis ſuper hoc ſpecialiter nō habeant poteſtatem, nam ex quo datur eis eligendi poteſtas, per conſequens & poſtulandi data intelligitur, extra eodem, in cauſis, & dixi ſuprà c. xv.

*Eligendi poteſtatem habens, poteſt poſtulare.*

Adde glo. in capitulo innocens, xxij. quæſtio. iiij. & glo. Archid. Dominic. & Cardin. Alexand. in capitulo nullis inuitis, lxj. diſtinct. & Bartho. de Firm. in tracta. de epiſcopo, in prima parte, lib. ij. quæſtio. xvij. & Franc. Cur. in ſuo conſi. xix. col. vlt. poſt tra. de feu. Nam poteſt mandatum impleri non ſolū in forma ſpecifica, ſed etiam per æquipollēs, l. fin. §. fin. ff. mādati. ideo dicit glo. j. in c. licet, viij. quæſt. j. quòd ſufficit fieri id, quod eſt vicinum mandato, licet ipſum nō ſit mandatum, & inter cætera iura alleg. bonum tex. in l. Iam tamen, §. in hac, in ſecundo, ibi iuxta mandatum, & ſi mandatum, non fuerit, &c. quem ibi dicunt Barth. Pau. de Caſt. & Ang. peregrinum, ff. iudica. ſolui. & Franciſ. Curt. in dict. conſilio xx. & per Abb. in dicto capitulo in cauſis, col. iiij. verſic. in glo. in verbo, quia verò poſtulatio.

*Mandatū non requirit ſpecificam formam.*

c Vndecunque. hoc probatur expreſsè, extra eod.

*Cōpromiſſarij poſſunt eligere extra gremium.*

in cau.& no.per B. Compoſtella.& Hoſtien. extra eo. cùm dilectus. Nam ex quo ſimpliciter in eos compromittitur, totum ius ſuum tranſtuliſſe intelliguntur compromittentes in ipſos, argum. extra de offi. delegat. venerabili, xix. diſt. ſi Romanorum.

Adde not.per B. in l. vnū ex familia, §. ſed ſi fundū, ff. de le. ij. & Dyn. in l. D. Marcus, ff. de tuto. & cura. ab his, & Bartho. de Firm. in tracta. de epiſcopo, in j. parte, libr. ij. quæſt. xvj. & Docto. in dicto capitulo in cauſis, & in ca. inter canonicos. Et an electus à compromiſſarijs per collegium deputatis dicatur ab ipſo collegio, vel compromiſſarijs electus, Barth. Bald. & Paul. de Caſtr. in dicta l. vnum ex familia, §. primo, & in l. Inſtitutio talis, ff. de condi. Inſti. & Bart. de Firm. in prima parte, libro tertio, quæſtione xxviij. Et concludunt ſecūdum Mandagotum hic, quòd à compromiſſarijs, & idem Doct. in c. cùm dilecti, eodem.

d De gremio. Vbi hoc exprimitur, non poſſunt compromiſſarij eligere aliunde, extra eodem, cùm dilecti. & not. per Innocen. & Hoſtien. extra de app. conſtitutis, ij. Nam forma mandati eſt diligenter obſeruanda, de reſcript. cùm dilecta, ff. nam diligenter, & ſuprà capitu. proxim.

e Loco. Sub iſta forma poteſt licitè compromitti, argumen. extra de conſue. cùm dilectus, & extra de verborum ſignificatio. abbate, vt notat. per Innocē. & Hoſtien. extra de app. conſtitutis, ij.

f Nulla erit. ſuprà eod. xliiij. extra de confir. vtil. vel inuti. examinata.

g Aſſumatur. ſicut fit extra de conſue. cùm dilectus, & extra de verbo. ſignificatio. abbate.

h Potuerunt. Extra de iure pat. quòd autem, primo, quæſtione ſeptima, Daybertum, & ff. de regulis iuris, nemo.

## An compromiſſarij eligere valeant de ſe ipſis.

CAP.

## CAP. XLVIII.

*Q*Vamuis quidam aſſerant, quòd compromiſſarij, niſi actum fuerit id expreſſe, nequeunt eligere de ſe ipſis, opinionem tamē aliam reputo meliorem, videlicet quòd de ſe poſſint .a. eligere, niſi eis expreſſo à compromittentibus fuerit interdictum. b. vel niſi forma compromiſſi contineat, quòd omnes compromiſſarij de perſona eligenda debeant concordare, c. tunc enim propter compromiſſi formam de ſe facta electio non teneret. Ad omne tamen dubium remouendum, & vt opinionum perplexitas. d. euitetur, compromittētes cautè faciunt, e. ſi ſuam in compromiſſo aperiant voluntatem, inhibendo ipſis compromiſſarijs, ne eligant de ipſis: vel id expreſſè concedendo eiſdem, ſi de beneplacito proceſſerit eorundem.*

QVamuis quidam. Vt. T. & B. prout notatur in glo. cōmuni extra eodem, cùm in iure, & extra de ſortilegi. capit. vltim. in quibus decre. videtur ipſorum opinio comprobari.

a Poſſint eligere. In hac opinione eſt Innocen. & Oſtien. ac Ber. Compoſtell extra eodem, cùm in iure, & facit, pro ea. e. tit. in veteri. verſicul. tandem, & viij. quæſt. j. in ſcripturis. ibi ecce ego, mitte me, & ff. de tut. & cur. datis ab his, l. vbi abſunt. Nec obſtat, ſecundum eos, prædi. decre. cùm in iure, nec alia de ſortile. c. vlti. quia & ſi nō eſſet eis dictum, ꝙ illi poſſent eligere de ſe ipſis, nihilominus hoc facere poterāt per iura premiſſa. Itē nō obſtat, ex. de iure pat. per veſtras, quia illa loquitur, quando vni ſoli competit hæc

*Cōpromiſſarij poſſunt aliquem de ipſis eligere*

hæc poteſtas: tunc enim ille non poteſt ſe ipſum eligere, cùm differentia eſſe debeat inter dantem & accipientem, extra de inſtitu. cùm ad noſtram, ff. de tuto. & cur. da. ab his l. prætor, xxiiij. q. j. dicimus. Secus autem eſt, cùm ſunt plures: quia tunc poteſt vnus à ſocijs eligi, vt eſt dictum. Sed quid ſi duo ſint compromiſſarij tantum, nunquid poteſt vnus alium eligere? Dicit Hoſti. in prædicta decr. cum in iure, quòd ſic, quod credo verum, ſi ſit dictum in compomiſſo, quod poſſint eligere de ſe ipſis. Nam hæc veſtra tunc fuiſſet intentio compromittentium, vt colligitur ex ea. dec. verba enim huiuſmodi infra, vt poſſint eligere de ſeipſis: debent aliquid operari, extra de mai. & obed. ſolitè. xix. di. ſi Romanorum, & ff. delega. j. l. ſi quando quis. Si verò non fuit dictum, quòd poſſent eligere de ſe, tunc non poterit vnus alium eligere: quia cùm duobus fuerit ſimpliciter datum, ſi vnus ſolus eligat, non ſeruatur forma mandati, & ita non valet, quod agitur, ar. de arb. ff. de arb. l. item ſi vnus, §. item ſi plures.

Adde ad omnes iſtas glo. vſque ad fin. Bal. Abb. & Moder. in d. c. cùm in iure & Arc. in c. qui Epiſcopatũ viij. q. j. & Ab. in c. conſuluit, de iu. patro. & Ang. in l. iã tamen, in hac. in ij. ff. iud. ſol. tamen eligẽdi facultatem habens non poteſt ſeipſum eligere, vt no. glo. Barth. & Bal. in l. planè, ff. quod cuiuſque vniuer. & & in l. ſi mandauero tibi, §. ſi tibi, ff. manda. & Doctor. in c. j. eodem, & glo. & Docto. in di. c. cùm in iure, & Nicol. Milis in ſuo reper. in litera electio, & Cepol. Veronen. in cautel. cxxxiij. & Paul. de Caſtr. in conſil. ccxxxj. in nouis, & Bart. & ibi Alexand. in addi. in l. ab omnibus, §. ſi titio. ff. deleg. j. & in l. fi. conſul. in fi. ff. de adopt. & vide glo. infra eod. c. lix. form. viij. in verbo de ſe.

b Interdictum. Tunc eligere nõ poterunt de ſe ipſis, ar. ff. de iudi. l. ſolemus, & extra de cauſa poſſ. & propric. cùm eccle. verſi. cum iure.

c Con.

c Concordare. In hoc enim non poſſunt aliquem eligere de ſeipſis, ſecundum Innocen. & B. Compo. vt no. per eos ex. eo. cùm in iure. Oſti. verò dicit ibidem, quòd poſſunt. Sed primum puto verius per formam mandati, quæ eſt exacta diligētia obſeruanda, ſuprà c. proxi. & ff. de arbi. l. non diſtinguemus, §. de officio. & §. vlt. extra de reſcrip. cum dilecta.

d Perplexitas. Id eſt, dubietas ex opinionũ diuerſitate conſurgens. Perplexus enim dicitur, qui inter duo poſitus neſcit benè eligere, quid ſit potius faciẽnum, xiij. diſ. nerui. *Perplexus quis dicitur.*

Adde tex. & Doct. in l. fi. C. de condi. inde. & Bald. in c. publicato, & illud Terent. in Andria, in ſecunda Scena, ſecundi actus. Dum in dubio eſt animus, paulò momento huc vel illuc impellitur.

e Cautè faciunt. hoc cõſilium eſt vtile. Cùm enim T. & B. Compo. dicant compromiſſarium non poſſe eligere de ſe ipſis, niſi hoc ſit in compromiſſo expreſſum, vt dictum eſt ſuprà. Innocen. Hoſtiẽ. & B. Compoſt. dicãt, quòd poſſunt, etiamſi non ſit expreſſum: tutius eſt, vt compromittẽtes in compromiſſo ſuam exprimant voluntatem ad hoc, vt nulla opinio contradicat, argumen. extra de regula, c. conſulti.

## Vtrum cõpromiſſum re integra vel non integra valeat à cõpromittentibus reuocari.

## CAP. XLIX.

*LIcet ſuper eo, an compromiſſum reuocari valeat, diuerſimodè ſentiant* a. *ſapientes: Illi tamen ſentire videntur probabilius, qui dixerunt,* b. *quòd ſi capitulum intendens facere* c. *gratiã alicui, poteſtatem eligendi ſiue prouidendi transferat in eundem, conceſſio ſeu tranſlatio huiuſmodi,*

*modi quædam donatio eſt cenſenda, ſiue res exiſtat integra, ſiue non: nequaquam inuito. d. illo poterit poſtmodum reuocari. Si verò facere gratiam non intendit, ſed ideò in aliquem vel in aliquos transfert huiuſmodi poteſtatem, vt prouiſionis negotium citius e. valeat expediri, tunc re integra exiſtente reuocare poterit compromiſſum totum capitulũ vel pars maior. Minor autem pars hoc non poterit, f. prout puto: quanquam aliqui. g. contrarium ſcribere videantur. Vbi autem res integra non exiſtit, non poteſt etiam ab omnibus reuocari. h. Sanè recenſetur. i. integra in hoc caſu, quouſque compromiſſarÿ tractare incipiũt de perſonis: puta, quia vnus iſtum nominat, alius verò illum: diſcutientes inter ſe, de quo poterunt vtilius prouidere: ſi verò alius de his: quæ ad ſolennitatem pertinent, quicquam agant, puta in trahendo ſe in partem, vel miſſam ſancti ſpiritus celebrando, non ob hoc minus res integra eſt cenſenda.*

LIcet ſuper, &c.

a Sentiant. Nam quidam dicunt, quòd poteſt reuocari re integra exiſtente: quidam quòd non poteſt, vt de hac diuerſitate notatur per Doctores, extra eodem, in cauſis.

b Dixerunt. Hanc opinionem videtur probare Innocen. extra de conceſſio. præbenda. conſtitutus, & eam recitat Ber. Compoſtellanus, extra eodem, in cauſis.

Adde ibi Ioann. Andr. & Abb. Sicul. columna. iiij. ver. in glo. cùm res non eſſet, vbi dicit hãc eſſe communem opinionem, & idem in dicto capitulo conſtitutus.

c Facere

c Facere gratiã. Qualiter ſcietur ſi capitulum intendit facere gratiam. Reſponſio. ex his, quę præceſſerunt: verbi gratia, venit Epiſcopus ad monaſterium vacans, & petet à conuentu de gratia, quòd det ei poteſtatem prouidendi: conuentus dat ſibi. hanc enim gratiam etiam re integra non poterit reuocare conuentus, cùm quædam donatio cenſeatur, argu. C. de donat. ſiue, & ſic poteſt intelligi, extra eod. tit. cauſam quę, vbi videtur expreſſè probari, quòd compromiſſum etiam re integra reuocari nequeat. Sed quid ſi non apparet per præcedentia, vel etiam per ſubſequentia, vtrum conuentus voluerit facere gratiam, vel non? Reſponſio, Intelligo quòd ſolum voluerit ſuo monaſterio prouidere, & non gratiam facere: & ſi is, cui data eſt poteſtas, dicat contrarium, habebit hoc probare, arg. extra de inſtit. cùm veniſſent, extra de poſtul. præben. bonæ, ij. in princi. De hac materia not. per B. Compoſt. in decre. prædicta. in cauſis.

*Compromiſſum ob gratiã factũ etiã re integra retractari non poteſt.*

Adde ad hanc vltim. quæſt. Antho de Butri. in d. c. in cauſis, & ibi Abb. col. iiij. verſ. quid autem dicendum in dubio, &c.

d Innuito. Sed eo volente benè poteſt, arg. extra de ſpon. præterea. j. & extra de regul. iuris, omnis, C. de acti. & obliga. ſicut in iudicio.

e Citius. Nam per formam compromiſſi prouideretur leuius eccleſijs, quàm per formam ſcrutinij.

f Poterit. Secundum Innocen. & B. Compoſtel. vt notatur per eos, extra eodem, in cauſis, quæ decreta eorum opinionem probare vidētur à contrario ſenſu. Sic & iudex delegatus, licet in totum commiſerit vices ſuas, poteſt ipſas reuocare re integra exiſtente, ſed poſtmodum non poteſt, extra de offic. delega. venerabili. vbi de hoc.

Adde ad prin. glo. Abb. in d. c. in cauſis, & ad vlti. dictum glo. Barto. Bald. Paul. de Caſtr. Ang. Alexa. & Iaſo. in l. more, ff. de iuris omn. iudi. & Felyn. in d. c. venerabili.

g Aliqui.

*Compromiſſum an reuocari poßit à maiori parte re integra.* g Aliqui. Vt Inno. & B. Comp. prout nota. per eos, extra eod. in cauſis. Dicunt enim, quòd compromiſſum non poſſit ab initio procedere vno contradicẽte, vt dixi ſuprà, c. xxj. & c. xxxix. eadẽ ratiõe nec vno ipſum reuocante re integra exiſtente. Nam id, quod conſenſu contrahitur, contraria voluntate diſſoluitur, C. de actio. & obli. ſicut: & ext. de re. iuris, omnis; ſed credo verius, quod hic dicitur, ſcilicet ꝙ minor pars reuocare non poſſit etiam in re integra, ar. ff. de ſerui. ruſti. præ. per fundum, ff. de reg. iuris, nemo poteſt, viij. q. ij. dilectiſſimi. Licet enim in compromiſſo interuenire oporteat ſingulorum cõſenſum, & aliter non valeat, vt ſuprà, c. xxxix. non tamen propter hoc dicuntur canonici compromittere, vt ſinguli, ſed vt capitulum: nec dicitur cõpromiſſum eſſe ſingulorũ, ſed capituli, vt patet ex. eo. in cauſis, & c. cùm in iure: vnde ꝙ vnus ſolus vel minor pars reuocare poſſit, quod à toto capitulo factum eſt, altera parte contradicente, nõ videtur fieri poſſe de iure, niſi cauſa ſubeſſet iuſta, extra de his, quæ fiunt à maio. parte capi. c. cùm in cunctis, & extra eod. licet, ff. ad munic. quòd maior, & pro hac opinione facit, quod no. per Inno. extra de poſt. præla. bonæ. ij. in gloſ. quia non erat licitum: vbi dicit expreſsè, quòd ea, quæ faciũt ſinguli, non vt ſinguli, ſed vt capitulũ, non poſſunt ſinguli reuocare, & idem dicunt ibidem, B. Compo. & Hoſt. ſed & ipſe Innocen. in decr. prædic. in cauſis, non videtur perſiſtere in ſua opinione, ſed remittit ad ea, quæ notauit in decre. prædic. bonæ.

Adde Abb. Sicu. in d. c. in cauſis, col. vlti. verſi. vlterius quæritur nunquid, & Lud. de Ro. in cõſi. cclij. colu. iij. verſic. quo ad tertium, & Old. conſil. cxx. & quæ dixi ſuprà. c. v. in penul. gl. & in ij. c. xvj. in ij. glo. & in c. xxix. in glo. j.

h Reuocari. In hoc nullus Doctorum diſcrepat.

i Cenſetur. Secundum Innoc. Hoſtien. & B. Compoſt. vt notatur per eos, extra eod. in cauſis.

k Cele.

k Celebrando. Hoc non eſt de ſubſtantia electionis, vt dixi ſuprà capitulo decimonono.

## Si propter ſuperuenientes canonicos factum ab alijs compromiſſum debeat retractari.

### CAP. L.

*SI qui ſuperueniant canonici, poſtquã factum fuerit compromiſſum.* a. *petentes, vt eo reuocato, vel fiat aliud, vel per formam aliam procedatur, vtrum audiri debeant, ab aliquib. dubitatur. Et quidem ſi eis in loco tali exiſtentibus, vnde debuerant.* b. *euocari, vocati legitimè.* c. *non fuerũt, debet prorſus, quod in eorum abſentia factum extitit, retractari.* d. *Si verò vocati venire ad terminum cõtempſerint, non ſunt vllatenus audiendi.* e. *Porrò, ſi in loco tali erant, vnde non fuerant euocandi, tunc non retractabitur, quod ante ipſorum aduentum ritè per alios factum fuit.* f.

SI qui, &c. Canonici, qui fortè erant in ſcholis.

a Compromiſſum. Et antequam ſit facta electio per compromiſſarios.

b Debuerant. A quo loco abſentes vocari debeãt, dixi ſuprà capitulo quinto.

c Legitimè. Legitima eſt citatio, quæ fit per literas, vel certum nuncium, & poſt mortem prælati, nõ ante, vt dixi ſuprà capitulo quarto. *Citatio legitima per quid fit.*

d Retractari. Per compromittentes, vt quod improuidè fecerant, ſtudeant per ſeipſos prouidè emendare, extra de accu. qualiter, j. & xxij. quæſtione iiij. magnæ. Sicut enim ſcrutinium factum ſuperueniente contẽpto & hoc petẽte debet retractari, vt dixi ſup. c. xxiiij. & no. per B. Inn. & Hoſt. extra e. eccleſia, ij. ſic & cõpromiſſum cùm ſit notoriũ iuris, ꝙ eo abſen- *Compromiſſũ an poßit per ſuperuenientes canonicos retractari.*

abſente procedi nō debuit, ex. c. ꝙ ſicut, & c. bonæ, ij. Quòd ſi iam facta erat electio per compromiſſarios, antequā ſuperuenirent contempti, nunquid ad eorū inſtantiam debet capitulū electionē reuocare? Nō, cū nō ſit iudex in hoc caſu, ſed ſuperior, vt patet in decre. prædi. bonæ, ibi. noſtrū debuit expectare iudiciū, &c. nam hæc caſſatio eſt quædam pœna, & ideo non poteſt, nec debet inferri, niſi per iudicē, arg. ex. de diuor. c. porrò, & xxiiij. q. ij. ſeculares, et. c. in hoc. Adeāt ergo contēpti ſuperiorem, ſi voluerint, aliàs non retractabitur, quod eſt factum, ſu. c. xxxij.

Adde, quæ dixi in c. v. in verbo voluerint, & in ca. xxxiij in verbo, ſi voluerint, ſu. eo. & Doct. Moder. in dicto c. eccleſia, in ij.

e Audiendi. extra eo. quòd ſicut. Nā ex quo vocati fuerunt, & non venerunt, ſe alienos feciſſe videntur, extra eod. cùm nobis olim.

Adde, quotieſcunque certum eſt, ꝙ citatus venire nolit, amplius citari non debet: nec etiā expectandus eſt terminus, vide c. fin. extra locati. Sichard. in l. fin. de iu. emphy. C. Coſtalinū. in l. ad peremptori. Specu. de citationibus Mattheſilan. ſing. cxxx. M. Bois.

f Factum fuit. In hoc caſu videntur doctores ſentire diuerſa. Nam Innoc. & Hoſt. innuunt, extra c. eccleſia, ij. quòd ſi qui canonici veniant re integra petētes reuocari compromiſſum, audiri debent. Et dicitur integra res, quouſque tractare incipiant de perſonis, vt dicitur ſuprà c. proxi. B. Cō. dicit e. ti. quia propter, & vt credo verius, ꝙ ea, quæ benè facit capitulū, nullo contēpto rata debent haberi, nec propter ſuperuenientes canonicos ſunt mutanda, arg. ex. de reſti. ſpo. audita, & extra de conſti. cognoſcentes. *Res integra.*

Adde, quādo dicatur res integra, Abb. in c. cauſis, colu. iij. poſt princ. & ibi vide de materia huius, & in d. c. quia propter, §. vel ſaltem, colum. ij. verſicu. in gl. in verbo, vice omnium.

Vtrum, cùm per formam compromiſsi proceditur, ſit per vnum faciéda electio in communi, & an in cantando Te Deum laudamus, &c. ſeruari debeant, quæ in forma ſcrutinij obſeruantur.

## CAP. LI.

*Qvia compromiſſum ampliari poteſt iuxta voluntatem compromittentium & reſtringi,* a. *oportet vt compromiſſarij diligenter primò videant traditam ſibi formam*, b. *deinde iuxta eam conferant.* c. *de perſonis, vna vel pluribus, prout eis videbitur expedire, habentes in collatione huiuſmodi, ſeu tractatu ſolum Deum.* d. *præ oculis, cuius negotium agere dignoſcuntur: tandem cùm in perſonam talem conuenerint, quæ ſciat,* e. *& poſſit dignitatem, ad quam, eligitur, vtiliter gubernare, vnus.* f. *ex eiſdem compromiſſarijs, mandato.* g. *ab alijs ſibi facto, perſonam ipſam iuxta formam inferius.* h. *exprimendam vice ſua, & ſociorum eligat in communi, in eo loco,* i. *videlicet, vbi hi, qui vices ſuas commiſerunt eiſdem eligere tenebantur. Poſteà verò electione ipſa ſic communiter celebrata, Te Deum laudamus ſolenniter decantetur, & electus, ſi præſens fuerit, intronizetur, ac ipſa electio publicetur,* k. *ipſiqúe electo debito tempore.* l. *præſentetur, & ipſius conſenſus etiam requiratur, ac habito.* m. *decretum.* n. *electionis formetur,*

*formetur, ſicut ſuprà in forma ſcrutinij plenius dè his omnibus fuit dictum.*

*Compromiſſum multipliciter reſtringitur.*

QVia compromiſſum ampliari poteſt,&c.

a Reſtringi. nam poteſt reſtringi, vt compromiſſarij eligere de certa eccleſia teneantur, ar. extra de cauſa poſ.& pro. cùm eccleſia, & ſup. capitu. xlvij. Item, quòd tantùm de gremio eccleſiæ, extra c. cùm dilectus, & ſup. c. xlvij. Itē, quòd alterum de duobus nominatis eligant, extra de app. conſtitutis, ij. & ſup. c. xlv. Item, ꝙ compromiſſum duret vſque ad certam diem vel horam, extra eo. cùm in veteri, & ſuprà c. xliij. Item, quòd omnes cōpromiſſarij, vel duæ partes, aut plures debeant concordare, ſup. capitu. xlvj. arg. ex. de teſta. Raynald. Item, quòd cum conſilio aliquorum eligere debeant, arg. extra eo. cùm in veteri. In his enim & ſimilibus caſibus reſtringi poteſt cōpromiſſum, aliàs niſi reſtringatur, eandem poteſtatē habent, quòad eligendum cōpromiſſarij, ꝙ̄ compromittentes, ſup. 47. ſed nō quò ad transferendū eligēdi poteſtatē in alios, niſi hoc haberet forma cōpromiſſi, ſup. c. 44. Adde, quæ dixi ſu. in c. 39. in verb. modum.

b Formam. vt ſecundum eam in negotio ſibi cōmiſſo procedant. Nam ſi ab ea recederent, non valeret electio ipſorum, extra eodem, cùm dilectus, & ff. mand. diligenter, & ſup. c. xliiij.

Adde Ludo. de Ro. in conſi. ccvj. in prin.

c Conferant. Vt per collationē huiuſmodi perſonam vtiliorem valeant inuenire.

*Eligētes quid debent præ oculis habere.*

d Solum Deum. In electione prælati nil ſibi vendicare debet fauor vel odiū; amor vel preciū, viij. q. ij. illud, ſed ſolus Deus & eccleſia, ac vtilitas ſubditorū debēt haberi præ oculis, vt is, qui ſanctior, qui doctior, qui melior eſt, eligatur. viij. q. j. licet, vel ſaltē talis, qui malus non exiſtat, extra eo. cùm dilectus, xvj. quæſt. vij. monaſterium. Adde, quæ dico inf. eod. cap. lix. forma vij. in verbo honeſtus.

e Sciat & poſſit. Sic extra eo. cùm in cunctis, & ex. de

de cleri.non reſi.quia nõnulli,& c.relatum. Quæ aũt ſcientia requiratur in Epiſcopo, & in alijs inferioribus, no.per Inn.Hoſti.& B.Com.in d.c.cũ in cunctis.

f Vnus. ſicut in forma ſcrutinij requiritur, ꝙ per vnum fiat electio in cõmuni, vt dixi ſup.c.34.& ex.e.c.in Geneſi,ſic & in forma compromiſſi,vt no.per B.Com.ex.eo.quia propter, & ſup.c.xlj.vbi de hoc plenè notatur.Adde ad iſtam glo.& ſeq.Bart.de Firm.in tract.de epiſcopo,in j.parte, lib.iij.q. xlix.cum ſeq.& quæ di. ſup. cap. xxxiiij.in verbo nõ contradicentib.

g Mandato.is,qui eligit, debet habere mandatum ab alijs compromiſſarijs,ſecundum B. Com. vt not. per eum,extra eo.quia propter. Sed quid ſi eligat ſine mandato, eis tamen præſentibus, & non contradicentibus:nunquid valet electio? Sic, prout diffiniuit curia ſecundum Hoſt.vt no.per eum in d.c.quia propter,§. vel ſaltem, tutius eſt tamen,ꝙ non eligat ſine mandato,vt dixi in caſu conſimili,ſup.c.xxiiij.

*Electionẽ cõmunẽ facientes,debent ab alijs habere mandatum.*

h Inferius.infrà capitu.lix.forma x.

i Eo loco.Nunquid eſt de iuris neceſſitate,vt compromiſſarij eligant, vbi cõpromittentes eligere tenebantur? Dicunt quidã ꝙ ſic, cùm ipſi totum capitulũ repræſentent,ex.eo.in ca. nec cõpromittentes in eos maiorem poteſtatem transferre potuerint, ꝙ̃ ipſi haberent,ar.extra de dona.inter virum & vxorẽ,nuper, ff.de reg.iu.nemo,vnde ſic ipſi compromittentes habebant eligere,in cap.vt in dec.in cauſis, vel in eccle. ex.eo. cùm nobis olim,& ca.quòd ſicut,ſic & ipſi debebunt. Alij dicunt, quòd poſſunt eligere,vbicunq; volunt,ar.extra eo.cùm Vintonen.dum tamen ſit locus honeſtus, ar. extra de ap.qua fronte,ff.de arbi.l.ſi cùm dies,§.ſi arbi. prima opinio tutior eſt ſecundum Inno.& Hoſt.vt nota. per eos,extra eo. quia propter, ſi tamen alibi eligerent, non crederem propter hoc caſſari debere electionem,cùm locus non ſit de ſubã. arg.xxiij.diſtin.in nomine Domini, niſi conſuetudo præſcripta,vel priuilegium aliud induceret arg. extra

*Cõpromittentes vbi debẽt eligere.*

*Electio vbi debeat fieri.*

de conſue. cùm dilectus, & ex.de ver.ſignifi.Abb.

Adde tex.& ibi glo.in ver. in c.cũ.ij. ſeq.& quæ ibi in addi.dixi ſu.eo.c.xix.& Card.Alexan.in c.j.colum. ſexta,in prin.verſi. glo. ſuper verbo in vrbe,xxiij.diſt. & in c.qua fronte,de appellationibus,& Abb.Sicu.in d.c.in cauſis,columna ſecunda,verſi.nota ibi,qui remanſerant, & in d.c.quia propter,§.vel ſaltem,in iiij. q.& Domi.& Philip.Franc.in capitu. vbi periculum, in principio,in vij. nota. & in §.j.in fin. eodem libro ſexto,& glo.infrà eodem capi.lix.forma ix.in verbo, ad capitulum , & quæ dixi in §.x.de conſue. feudo.in glo.j.li.conſue.Biturig.fol.xxxvj.

k Publicetur.De publicatione electionis, & de intronizatione electi habes ſup.c.xxxv.

l Debito tempore. De hoc tempore habes ſuprà capitu.xxxvij.

m Habito. infra quod tempus conſentire debet electus,habes ſup.c.xxxvij.

n Decretum. Quid ſit decretũ , & quid in eo debeat contineri , habes ſup.c.xxxviij. Qualiter autem ſit formandum,habes infrà capit. lviij.forma xiiij.& duabus ſequentibus.

## De forma inſpirationis, qualiter eſt , cùm per eam eligitur,procedendum.

### CAP. LII.

*Poſtquam duas formas ſumus plenius proſecuti,congruum eſt,vt tractemus de vltima, quæ diuinæ inſpirationis dicitur , & vltimo loco ponitur in concilio.*a.*generali. Verùm, quia peccatis exigentibus rariſsimè.*b.*fit electio per eandem , valdeq; modica in iure de ipſa mentio inuenitur , circa ipſius tractatum*

*non eſt plurimum inſiſtendum.*c. *Nota ergo breuiter, quòd per inſpirationem ritè dicitur electio celebrari, cùm omnes inſimul cõgregati.*d.*ſubitò & repentè.*e. *aliquem eligunt concorditer, vna voce, nullo prorſus tractatu,*f.*nullaq́ue inſtigatione.*g.*hominis præcedente. Idem eſt etiam, ſi aliquis, vel aliqui, puta duo vel tres, nominauerint aliquem eligendo.*h.*Nam & tūc ſi repentè, ac ſine inſtigatione.*i.*alia illum omnes eligant, præſumitur per inſpirationem diuinam, vel quaſi,*k.*talis electio celebrata. Secùs etenim eſſet, ſi illum omnes, vel maior pars.*l.*capituli nominaſſent, tunc enim præſumerentur in ipſum non inſpiratione diuina, ſed inſtigatione humana potius cõſenſiſſe. Requirit autem forma huiuſmodi, quòd in ipſa conſenſus.*m.*omnium intercedat. Nam ſi aliquo contradicente fieret electio, eadem eſſet irrita.*n.*ipſo iure, nec ratificari.*o.*poſſet per conſenſum poſt modum ſubſecutum, in eligendo verò non eſt ſolennitas alia obſeruanda. Nam ex quo ſimul omnes vna voce, ac vno ſpiritu eligunt, vt eſt dictum, ſiue dicant eligo, vel eligimus, benè valet,*p.*nec eſt neceſſe, quòd per vnum.*q.*communis electio celebretur. Nam propter identitatem voluntatum & votorum cenſebitur vnica electio, & non plures. Cæterùm, circa Te Deum laudamus facta electione, ſolenniter decantandū, & introni zandum electū ad publicandam electionē, & eam electo tempore debito præſentandam, necnon & circa petendū conſenſum electi, & eo habito, decretum electionis formandū eſt idem in hac forma, quod in duabus præcedentibus obſeruandum.*r.

POſtquã duas formas.ſcilicet ſcrutinij & cõpromiſſi. a Concilio generali.ex.eo.quia propter.

*Rarus eſt inſpirationis modus.*

b Rariſſimè. Quia hodie in electionibus quærunt omnes pro maiori parte, quod ſuum eſt, & non quod Chriſti, licet non deberent, lxiij. diſt. noſſe, viij. quæſt.j. capit. ſunt in eccle. ideo raro proceditur per hanc formam.

*Nota caſus declinationis.*

Adde, quòd idem tenet Richar. malum, in dicto ca.quia propter, in quęſt.quare Epiſcopi hodie non fulgent miraculis, quia non intrãt in ouile per oſtiũ, ca.qualiter eo. & diuum fratrem Oliue. mali, arg.in ſermo.beati Nicolai xv. vbi dixit, quòd quidam ad dignitates eccleſiaſticas aſpirant per nominatiuum, alij per genitiuum, alij per datiuum, alij per accuſatiuum, alij per vocatiuum, & iſti rari ſunt, alij per ablatiuum, &c. vt ibi vide, quod nota.in practica.

*Electio non valet, niſi fiat per cõgregatos in vnum.*

c Inſiſtendum.ff.de leg.nam ad ea.

d Congregati.Spiritus ſanctus non venit, niſi ſuper congregatos in vnum, xxiiij.q.j.§. ſi autem necaliter valeret electio, per quamcunque formam procederetur, niſi congregarentur ſimul eligentes. Quod dic, vt ſuprà capitul.xix.

Adde, quæ ibi di.& tex. in l.quotiens. & ibi Ioan. de Pla. & Lucas de Penna. verſicul. præcipimus omnes prouinciales, quæ in vrbe conſiſtunt, in locũ curiæ conuenire, &c. C. de legat. lib.xj. & Calde.conſil. ix.de iure patro. & Domi. & Doct. in c.ſicut, eo.li.vj.

e Repentè. Quod dicitur in iſto §. & in ſequentibus, vſque ad §. cæterùm, ſumitur ex glo.B.Compoſt. extra eodem, quia propter.

*Electio per inſpirationem an impediatur per tractatum præcedentem.*

f Tractatu. Speciali habito, extra capitulum, vel etiam in cap. de eligenda certa perſona, generalis tamen tractatus præcedere poteſt. Nam poſſunt canonici Deum rogare, vt det eis bonam perſonam, vel poſſunt ſe adinuicem exhortari, vt in electione facienda quilibet habeat Deum præ oculis, & vtilitate eccleſiæ ſuæ præferat cõmodis proprijs: iſte quip-

petra,

pe tractatus laudabilis eſt, extra de ap. conſtitut.ij.& viij.q.ij.c.j. & ij. Et ſi poſt huiuſmodi tractatum aliquis eligatur ſubitò & repentè, non præcedente alio tractatu ſpeciali, vel inſtigatiōe aliqua humana, pręſumitur electio ipſius verè à Deo inſpirata: vbi verò præcedit aliquis tractatus ſeu aliqua nominatio ſpecialis, nō ſic præſumitur. Quod dic, vt notatur, infra, §.proxi.& §.ſequen.

Adde ad iſtam gloſ.& ſequen. Abb. Sicul. poſt antiq. in di.cap. quia propter, §.niſi, in princ. & ver. & quòd dici, quòd non debet, qui idem tenet, & Barth. de firm. in tracta. de Epiſcopo in j. parte libr.iij.q.lj.

g Inſtigatione hominis. Puta, quia nō ſunt rogati ab aliquo, nec inducti ad illum eligendum. Nam ſi preces præceſſiſſent, vel alias inducti fuiſſent, non præſumeretur, quod talis electio eſſet facta per inſpirationem, ſed potius per humanam inſtigationem, infra eod.§.ſecus. *Electio non cenſetur inſpirata ſi canonici fuerint rogati.*

h Eligendo, dicendo talis eſſet bonus, vel talis.

i Inſtigatione alia. Quia videlicet non rogantur, nec alias inducuntur, vt in illum conſentiant.

k Vel quaſi. Benè dicit, vel quaſi. nam ex quo pręcedit nominatio, per quem moueri videntur quodā modo eligentes ad eligendū nominatum non præſumitur ſic verè inſpirata, ſicut in caſu, §. præcedentis, vbi ſolo inſtinctu diuino procedi videtur. Sic & dicitur vera poſſeſſio in corporalibus, ff. de acquir. poſ.l.j.& quaſi poſſeſſio in incorporalibus, ff. de vſu ca.l. ſequitur, §. ſi viam, & extra de foro compe. conqueſtus, vbi de hoc. Adde ad iſtam glo. & ſequ. Abb. Sicu. in c. quia propter, §.niſi col.j. verſic. ſed quæro, quare text.& c.eod.& Oldra. conſil.clv. quod eſt ſing. & Bart. de firm. vbi ſuprà, q. liiij. *Electio verè ſpirata & quaſi inſpirata.* *Poſſeſſio & quaſi poſſeſſio.*

l Maior pars. Hæc eſt opinio Innocen.& B. Compoſtel. extra eod. quia propter. Hoſtien. verò ibidem, & in ſumma. eod. tit. qualiter ſub.§. tertia dicit, quòd ſi canonici congregati in cap. pro facienda electione

concordent in communi tractatu omnes ſimul vel etiam ſigillatim in aliquem eligendum, dentque poteſtatem vni, qui eum vice omnium eligat in communi, talis electio benè valebit. arg. extra de tempore ordi. dilectus, & extra eod. cùm ad noſtram & extra eo. cum terra, dum tamen non prçceſſerit vitium Symoniæ, ambitionis, conſpirationis, vel coniurationis, extra eo. cùm ad noſtrã & ca. officij, hoc enim ipſo iure redderetur vitioſa ipſa electio,. ſi electores concordaſſent ante electionẽ extra capitulum, ſed in capitulo benè poſſunt, & talem electionem dicit ipſe Hoſtien. quaſi inſpiratam, innuens differentiam inter electionem verè inſpiratam, de qua agitur ſuprà c. §. j. & electionẽ quaſi inſpiratã, de qua hic præmittitur, & ex. c. quia propter, ibi quaſi per inſpirationẽ.

m Conſenſus omnium. Extra eod. quia propter, ibi niſi fortè communiter eſſet ab omnibus.

n Irrita. Quia facta contra formam concilij generalis, extra eod. quia propter, quod vult, vt communiter ab omnibus celebretur.

Adde Bar. de firm. vbi ſuprà, quæſt. liij.

o Ratificari. Secundum B. Compoſtell. vt not. per eum, extra eod. quia propter. Nam quod eſt nullum, ab initio per ſubſequentem conſenſum non poteſt conualeſcere, extra eod. auditis, xvj. quæſt. iij. §. poteſt ff. de reg. iuris, quod ab initio.

*Ratificari nõ poteſt quod nullum eſt.*

Adde quæ dixi in addi. ad Dyn. in reg. ratum in j. addi. ante fin. & in re. non firmatur, de re. iuris lib. vj. & Alb. de Roza in d. l. quod ab initio.

p Benè valet. Secundum B. Compoſt. vt no. eſt per eum extra eodem, quia propter.

q Per vnum. Hoc verum eſt ſecundum Hoſtien. in electione verè inſpirata: de qua dixi, ſuprà eodem, §. j. Nam quæ ſpiritu Dei ducuntur, nõ ſunt ſuper lege, xix. q. ij. duæ & extra de reg. licet, ſed quaſi inſpirata, de qua dixi, ſupra eo. in gl. hęc eſt opinio, neceſſe eſt, quòd per vnum fiat electio cõmunis, & hoc propter dubium

*Electionẽ vere inſpiratã non eſt opus facere per vnum.*

dubium, quia neſcim⁹ benè, vtrum ſit à Deo, nec ne concordia talis. Vnde ſubueniendum eſt ei per viam compromiſſi, vt notatur per ipſum Hoſtien. extra e. quia propter, & in ſum. e. tit. §. qualiter, & §. iij.

Adde glo. infrà eo. c. lix. for. x. in verbo, vno ſpiritu. Et electio inſpirata non indiget alia confirmatione, vt fuit electio beatorum Nicolai, Ambroſij, & Seueri, ſecundū Abb. Sicu. in d. §. niſi, ver. ſcilicet quęro, de quorum electiōe habetur, in §. his omnibus lxj. di. & ibi Do. & Cardi. Alexand. idem de electione Beati Grego. xj. ſecūdum Bal. in d. c. quia propter, col. ij. in fi. ver. ibi quaſi, & Bar. de fir. in tract. de Epiſcopo in j. parte lib. ij. q. xv. & in ij. parte ij. partis prin. q. viij. & Specul. eod. §. fi. in prin. ſecus, ſecundum eum in electione per quaſi ſpirationem facta, & idem Bart. vbi ſuprà, q. ix. & per Ol. conſi. clv. & glo. in prag. eo. §. & cum humanè, in verbo inſpirare.

r Obſeruandum. Quid in præcedētibus ſeruetur, habes ſuprà, c. xxxv. & tribus c. ſequ. Adde an in electione facta per inſpirationē diuinā, & ſpiritus ſancti infuſionem, requiratur ſolennitas poſita in decreto ſacri Baſilien. concilij, Ludo. de Ro. in conſil. cccxlv. co. v. verſi. quo ad ſecundum, tenet quòd non, vt ibi vide, quod no. quia ita cōſuluimus, egregius Doctor, d. Ioan de Buſſone, & ego in electiōe Archiepiſcopatus Vien. de perſona Domini Antho. de Claromōte, facta cōtra Dominū Car. ſancti Seuerini, qui de Claromonte poſt paucos Lugduni migrauit in domino.

## De poſtulatione, quæue perſonæ debeāt poſtulari.

### CAP. LIII.

*QVoniam non ſolum per electionem, ſed & per poſtulationem interdum vacantibus eccleſiis prouidetur, a. de poſtulatione, quæ inſtar electionis in multis obtinet,*

*tinet, putauimus hic tractādum,* b.*qui poſtulari debeant primitus oſtendentes. Sciendum.*c.*eſt igitur, quòd poſtulari debet Epiſcopus, qui eſt alteri eccleſiæ matrimonialiter alligatus,* d.*nec habet abſque Domini Papæ licentia liberum volatũ, vel conſenſum.*e. *Item laicus.*f.*& , qui defectum patitur in ordinibus, ſcientia, vel ætate.* g.*necnon & qui in membro, quod debilitatem vel deformitatem generat, eſt corpore viciatus.* h.*& hoc ſiue caſu acciderit, vel ex facto alterius euenerit, ſeu fuerit ita natus. Item irregulares ſunt ſimiliter poſtulandi, ſicut ſunt illegitimè nati.*i.*ac homicidæ,*k.*& hi, qui aduocati vel iudices, aut ſcriptores ſeu denunciatores in cauſa ſanguinis extiterunt:*l.*ſi homicidium aut mutilatio mēbri deformitatem generans exinde fuerint ſubſecuta. Bigami.*m.*etiam & viduarum.*n.*ac corruptarũ mariti, publicè pœnitentes.*o.*Symoniaci:*p.*& hi, qui ſunt cōuicti de crimininibus, vel confeſſi, aut per ſententiam condemnati:* q.*nec non & qui excōmunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, ſcienter diuina officia celebrarunt.*r.*Huiuſmodi autem irregulares poſtulari poſſe intelligas ſiue ſine peccato irregularitatem contraxerint, ſiue etiam cum peccato,*s.*dum tamen pœnitentiam egerint de eodem. Nam ſi pœnitentiam non egiſſent propter indignitatem aut vtilitatem eorum, facta de ipſis poſtulatio non valeret.*t. *Cæterùm ſupradicti oēs, et alij quilibet,*u.*qui officium, ad quod aſſumuntur, ſine diſpenſatione nequeunt exercere, ſunt poſtulandi, & nullatenus eligendi.*x. *Nam ſi ſcienter* y.*præſumpta fuerit electio de eiſdem, eligentes ſunt*

*eligen-*

*eligẽdi ea vice poteſtate priuati, z. & electio ipſa eſt irrita. a. ipſo iure. Religioſi. b. autẽ & clerici dioceſis c. alienæ poſſunt eligi, prout credo, licet quidam eos aſſerant poſtulandos.*

QVoniam, & cætera.

a Prouidetur. Extra de elect. in cauſis, & extra de poſt. per totum. lxj. diſt. §. ſed aliud, & c. ſequent.

b Tractandum. Licet titulus de poſtulatione de ſui natura præcedat titulum de electione, cum per poſtulationem perueniatur ad electionem, vt nota. extra, de poſtul. ca. j. in fine. tamen, quia frequentius prouidetur eccleſijs per electionem, quàm per poſtulationem: ideò primo tractaui de electione, quàm de poſtulatione. *Electionis titulus quare in hoc libro præceſſit titulum de poſtulatione.*

Adde, ꝙ verbum electio latè ſumptum cõprehendit poſtulationẽ, & ꝓuiſionẽ c. j. §. ſed ſi. & ibi Domi. in prin. & Phil. Franc. eodem lib. vj. licet ſit differentia inter electionem & prouiſionem, ſecundum Arc. Petr. de Anchar. & Philipp. Franc. in d. c. in. princi. & ibi Dominic. col. iij. verſic. nota primo, & per Oldra. conſil. cxciiij. & gloſ. infra eodem, c. lv. in verbo ferè, & de verbo prouiſionis vide Dominic. in c. vt circa. col. j. eod. lib. vj. & glo. & Card. de Zaba. in clementi. fin. eodem.

c Sciendum. Capitulum iſtud ſumitur ferè totum ex glo. Innocen. & B. Compoſtell. extra de poſtulat. cap. vltimo.

d Alligatus. Extra de tranſlat. ca. ij. & extra de renuncia. niſi in fine.

e Vel conſenſum. Secundum B. & Hoſtien. vt notatur per eos, extra de poſtulatio. capi. vlti. idem eſt de electo in Epiſcopum firmato, cùm & ipſe ſit ſuæ eccleſiæ matrimonialiter alligatus, ſicut Epiſcopus, & idem ſit iudicium de vtroque, extra de tranſla. c. ij. Quid de Abbate? Dic, quòd ſi non eſt exemptus, debet *Epiſcopus poſtulatus nõ eligitur.* *Sic Abbat.*

debet eligi, extra eo. cũ in veteri: ſi eſt exemptus, debet poſtulari ſecundum B. gloſatorem communẽ, & idem dicunt Innoc. & B. Comp. extra de poſtul. c. vl. alij dicũt quòd debet eligi, arg. extra de conſue. cum venerabilis: primum tutius eſt. Nam vbicunque dubium eſt de aliquo, an ſit eligendus vel poſtulandus, tutius eſt, vt poſtuletur. Quod dic, vt infrà cap. ſuper verbo irrita. Secunda opinio gloſ. eſt hodiè approbata per ca. ſi Abbatem, de electio. lib. vj. Adde glo. in capit. proximo, in verbo alligatus.

*Poſtulatio an debeat fieri de Abbate exemplo.*

f Laicus. lxj. diſtinct. Oſius, §. ſed aliud vt nota. de poſtul. cap. vlt. Adde an eligi poſſit Epiſcopus is, quẽ populus exclamat, & ſic ad clamorem populi, vide nota. per glo. & Doct. in ca. Oſius, eodem tit. & Bal. in l. fin. §. ſed & ſi quis, col. vj. quæſt. pen. C. cõmunia deleg. in l. omnẽ ante finẽ. C. ad Tertul. & pulchrè in tracta. ſchiſma. vbi cõcludit valuiſſe electionem Vrbani põtificis, quæ attulit ſchiſma in eccleſia Dei, factum à Cardinalibus ad rumorem populi cridantis Romano Louolemo Italiano Louolemo, vbi vide, et Bart. de firmo. in tracta. de Epiſcopo in j. parte libro ij. quęſt. xliij. Et quid ſi per metum fiat, vide per Ba. in d. tract. col. ij. & in d. l. fin. §. ſed & ſi quis, col. vlt. & Bart. de firm. vbi ſuprà in j. parte libro iij. quæſt. xxiij. vbi vide, quos contractus vitiet metus. Et quid ſi per impetum vel iracundiam ſit facta, ibi & quæſtione. xxxv.

*Clamor populi.*

g Aetate. Extra de electione, cùm in cunctis, & c. dudum j. lxj. di. per totum.

h Viciatus. li. di. qui in aliquo, & extra de corpore autem vici. ca. ij. Corpore autem vitiatum poſtulari poſſe intelligas, ſecundum Hoſtien. niſi omnino ſit impotens ad exequendum officium, ad quod eligitur, tunc enim non poſſet, extra de corpore vitiatis, c. expoſuiſti, & notatur per eum, extra de poſtul. cap. vltimo.

*Corpore viciatus an poßit indiſtincte poſtulari.*

Adde quid ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel

vel grandi, vel torto naſo, prout ſemel allegare vidi cōtra electum in eccleſia collegiata & ſeculari Beatę Mariæ de ſalis butiris, de quo habetur Leuitici. xxj. quid ſi fracto pede, ſi mancus, ſi lippus, ſi gilboſus, vide tex. celebrē. & ibi plenè Card. Alexand. in c. hinc etenim xlix. & in ca. j. ij. c. per totum corpus vitia. & Specu. eod. §. j. & Bart. de firm. in tracta. de Epiſcopo in j. parte lib. ij. quæſt. xxiiij. Quid de laborante epileptico, dic quod non, in cap. cùm inter, & ibi glo. & Abb. Sicu. eodem titulo, & Barth. de firm. vbi ſuprà, quæſtione lvj.

i Nati. Extra de electione, innotuit lvj. diſtinctio. Apoſtolica.

Adde Bald. in l. reſcripta. C. de precibus impera. offer. & in l. imperialis C. de nuptijs, & Abb. in dic. c. innotuit, & B. de firm. vbi ſupra quæſt. lvj. cum pluribus ſequent.

Adde, Bald. in l. reſcript. C. de precibus impera. offer. in l. imperialis, C. de nuptijs, & Abb. in dic. ca. innotuit, & Barth. de firm. vbi ſupra quæſt. xlvj. cum pluribus ſequen.

k Homicidæ. qui de iure ad ſuperiores ordines *Homicidium*
promoueri non poſſunt, nec in ſuſceptis miniſtrare, *an impediat*
arg. de tempore ordin. quæſitum, & l, d. miror. Papa *promotionē.*
tamen benè poſſet diſpenſare cum ipſis de plenitudine poteſtatis.

Adde Bar. Bal. & Iaſonem in l. Barbarius Philipp. ff. de offic. præto. & Abb. in c. cum noſtrs, de conceſ. præben. & Bartho. de firm. in j. parte lib. ij. quæſtio. xxxvj. vbi etiam ponit de medico.

l Extiterunt. Vt lj. di. c. j. & extra ne clerici vel mo. ſententiam.

m Bigami. Qui duas vxores habuerunt, & vtram- *Maritus vi-*
que cognouerunt: alias non obeſſet, extra de bigam. *duæ an repel*
ca. nuper. & ca. debitum, xxxiiij. di. valentino. *latur promo-*
n Viduarū. Is, qui fuit maritus viduæ, impeditur, *tione.*
tunc de iure promoueri, cùm illa vidua, cū qua contraxit,

contraxit, fuerat ab alio corrupta, & ipſe cognouit eam. Nam ſi non fuiſſet à priori viro corrupta, vel fuiſſet, etiamſi iſte ſecundus non cognouiſſet eã, non obeſſet eidem, quo ad legem promotionis, extra de bigam. debitum, & xxxiiij. di. Valentino. & not. extra de teſti. tam literis.

o Pœnitentes. Extra de bigam. cap. j. l. di. ex pœnitentibus.

p Symoniaci. Extra de elec. ſupra. eodem, & j. qu. j. erga.

Adde, quid de Demoniaco, vide nota. in ca. maritum in ca. communiter. xxxiij. di. & Bartho. de firm. vbi ſupra. q. lvij.

q Condemnati. Vel quorum crimina per rei euidentiam ſunt notoria, extra de tempori. ordi. quæſitum. l. di. de his verò.

Adde. quid de apoſtata, an poſſit eligi? Dic quod non, ſecundum Bar. in l. barbarius, colu. j. ff. de offic. præto. & Bar. de firm. in tract. de Epiſcopo, in j. parte, lib. ij. quæſt. xxxv.

r Celebrarunt. Scienter: cum talibus enim periculum non poteſt, quàm per Papam diſpenſari ſuper irregularitate, extra de re iudi. cum æterni, libr. vj.

*Irregularitas contrahitur ſine peccato & cum peccato.*

s Cum peccato. Sine peccato contrahunt irregularitatem bigami. xxxj. quęſt. j. aperiãt. Et viduarum ac corruptarũ mariti, extra de ſpon. inter opera, ex. de ſecund. nup. ca. pe. & vlt. cum peccato homicidæ voluntarij in caſu nõ licito interficientes, l. d. miror ex. de homicid. ſicut dignũ, & excõmunicati, ſuſpenſi, & interdicti, diuina ſcienter officia celebrantes, extra de re iudi. cum æterni lib. vj. & extra de ſen. excõ. cum medicinal. lib. vj. xj. quæſt. iij. ſi quis Epiſcopus in conſilio. Siue ergo quis contraxerit irregularitatem cum peccato, ſiue etiam ſine peccato, in præmiſſis caſibus vel alijs conſimilibus benè poteſt poſtulari, dum tamen pœnitentiam egerit de peccato, ſecundum Innocen. vt notatur per eum extra de poſtula. c.

ſtul.c.vltim. A quo autem poſtulari debeat, habes infra ca.proximo.

t Non valeret. Extra de poſtula.c.j.extra de elect. ſcriptum eſt.lxxxj.di.tantis. Nam perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis patere non debent, extra de exceſſio. præ.inter dilectos. C. de dign.l.neque famoſis.lib.xij. *Dignitates vilibus conferri non debent.*

Adde Dyn. & quæ dixi in addi. in regula infamibus, de reg.iuris lib.vj.

u Quilibet. Plures alios, qui ſunt poſtulandi, enumeratos inuenies per Innocent. Hoſtien.& B. Compoſtel.extra de poſtula.c. vltim.quos hic enumerare cauſa breuitatis omiſi.

x Eligendi. Extra de electio.innotuit & capit.dudum,j. & extra de poſtulatio. capitulo vltim. cum ſimilibus.

y Scienter. Extra de electio. cùm in cunctis, ſuprà cap.ix. & c.xxvij.

z Priuati. Secundum Innocen. Hoſtien.& B. Compoſtel. vt no.per eos extra de poſtu. gratum.

a Irrita. extra de electio.innotuit. Et facit ad hoc, quod not.per Innocen.Hoſtien.& B. Compoſt. eod. tit.conſiderauimus, vbi dicunt, quòd talis electio eſt nulla. Sed contra, extra de poſtul.c.vltim. vbi innuitur, quòd electio facta de eo, qui debuit poſtulari, non ſit irrita, ſed irritanda. Sol. verbum ibi poſitum, irritanda, eſt exponendum, id eſt, irritam nunciandam. Nam quod ſit cōtra legem, pro infecto debet haberi. x. di. vide extra de teſti. in nomine Domini, in fin. C. de legi. non dubium. Sed quid ſi in caſu conuerſo poſtulatur ille, qui eſt eligēdus, nunquid valet poſtulatio? Sic, ſi minus, ſolenniter poſtuletur, vt ſi petatur ab Epiſcopo, quòd det ſuum ſubditum, poſtmodum tamen neceſſe eſt electionem interuenire ſolennem, vt dicetur infra ca. lv. Si verò ſolenniter poſtuletur, dicunt quidā, quòd nihil agitur, nec poſtulantes per poſtulationem talem conſentiunt in eum, vt in ſpon- *Eligendus ſi poſtuletur an valeat poſtulatio.*

ſum:quia vox illud non ſignificat, ar.ff. de rebus du. l.in ambiguo. Et in hac opinione videtur eſſe glo.cō. munis, extra de poſtulat. prælat. cap. vlti. Alij, vt Innocen. Hoſtien. & B. Compoſt. dicunt ibidem, quòd ſi perſona eligibilis poſtuletur, etiam ſolēniter valet poſtulatio, & in omnibus habet eandem vim, quam haberet ſi perſona intelligibilis poſtulata eſſet. Sæpè enim aliqui dubitantes de aliquo, an ſit eligibilis, magis volunt poſtulare, quàm eligere. Vnde faciunt quod ſecurius eſt: quia poſtulant ipſum, per quam poſtulationem intelliguntur cōſentire in eum, dummodo ſuperior eum concedat: niſi aliàs de intentione ipſorum contraria appareret, cùm cautus & ſecurius faciant, ſi dicant: eligimus & poſtulamus talem, ſecundum quod de iure melius valere poteſt. Vel ſic: eligimus talem in poſtulādum, extra de renun. poſt tranſlationem.

Adde tex. & glo. Arch. Pet. de Ancha. Dominic. & Phili. Franc. in c.j. de poſtula. prælat. li. vj. & Bart. de firm. in tract. de Epiſcopo in j. parte lib. ij. q. l.

*Religioſus an debeat eligi vel poſtulari.*

b Religioſi. Quod religioſus ad regimen ſui monaſterij poſſit eligi, dubium non exiſtit, extra de reſcriptis, cùm dilecta. extra de conſue. cùm dilectus. xviij. q. ij. quam ſit: ſed an ad aliud monaſterium, vel ad aliam eccleſiam: ſunt opiniones. Quidam enim dicūt, quòd non poteſt, cùm non habeat velle vel nolle. xij. q. j. non dicatis, & extra de ſtat. mo. cùm ad monaſterium. Alij dicunt, quòd poteſt, ar. extra de vo. & vo. re. per tuas, & extra de contu. cùm olim, & extra de ſimo. ſicut tuis, & hoc credo verius, quod ſatis clarè probatur hodiè, extra de elect. quam ſit. Gre. x. §. niſi forſan. li. vj. non tamen conſentire poterit ſine licentia ſui ſuperioris, vt ibi dicitur, & ſuprà, c. xxxvij.

Adde Docto. allega. infrà, cap. proximo in verbo alligatus.

c Dioceſis alienæ. Extra de elect. ſcriptum eſt, & c. cùm inter canonicos, vbi de hoc no. in glo. commu.

ſi tamen

ſi tamen ſint intitulati in alijs eccleſijs, non poſſunt dimittere ipſas, ſine licentia ſui ſuperioris, extra de renun.admouet, & vij.q.j.eos.quid ſi Epiſcopi maliti0sè recuſent dare licentiam, compellentur per ſuperiorē ar.vij.qu.j.omnis qui gemebat, extra de iure pa.nullus.de hoc not.in dec.prædic.admouet.

Adde Bar.de fir.vbi ſuprà, proxi.q.xlviij.cum ſequen.glo. Abb. Sicu. & conſi.vulgò Barba. & Felyn. in c.ſi proponente de reſcrip.& Card.de Zaba.in cle. j. de electione.

## Per quem debet facta poſtulatio approbari.

## CAP. LIIII.

*SI ad Epiſcopalem vel ſuperiorem dignitatem poſtuletur aliquis, qui ſit alteri eccleſiæ alligatus,* a. *vel corpore vitiatus, ſeu qui defectum ſcientiæ, ordinum, vel ætatis, aut natalium patiatur, vel quiuis alius, qui ſine diſpenſatione nequeat ꝑmoueri,* b. *debet tantū à ſummo Pontifice.* c. *poſtulari: ſi verò ad alias dignitates.* d. *vel perſonatus, ſeu inferiora beneficia aliqui poſtulentur, tūc eſt adeundus Epiſcopus, ſi perſona talis fuerit poſtulata, cum qua poſſit per Epiſcopum diſpenſari.* e. *Cæterùm vbi perſona talis exiſteret, cum qua non poſſit per alium, quàm per ſummum Pontificem diſpenſari, veluti ſicut de non legitimo matrimonio procreatus, ad dignitates, vel perſonatus, ſeu beneficia curam animarum habentia poſtuletur, tunc ad Papam ſolū eſt ꝓ poſtulatione huiuſmodi recurrendum.* f. *& idem intelligas in alijs caſibus quibuſcunque, in quibus diſpenſatio ſoli ſedi Apoſtolicæ reſeruatur.* g.

SI ad Epiſcopalem vel ſuperiorem,&c.

a Alligatus. Vt eſt Epiſcopus, extra de poſtula. præ. ca. j. & ij. & c. iij. & extra de elect. in cauſis & c. ſcriptum eſt, & electus in Epiſcopum confirmatus, extra de tranſ. cap. j. & ij. Quid de Abbate exempto? Dic q debet poſtulari à Papa, vel à ſuo legato, ſecũdum B. Compoſt. vt not. per eum, extra de poſtu. ca. vltim. & eſt ad hoc, ar. bon. extra de conſue. cùm venerabilis. Legatus enim poteſt talem transferre ad aliam eccleſiam, vt ibidem dicitur, & nota. per Gof. extra de offic. lega. in ſumma. Hoſtien. tamen dicit in decre. prædicta, quòd non poteſt niſi de ſpeciali mandato Papæ: ſed primum puto verius, dum tamen ſit legatus à latere miſſus, de illo enim loquitur decre. prædicta. alius enim legatus pauca poteſt ex officio, niſi ea, quæ ſibi mandantur, ar. extra de offic. legat. quòd trãſlationem & c. excommunicatis. Abbas exemptus eſt eligendus ca. ſi Abbatem de ele. in vj.

*Abbas exemptus an ſit poſtulandus.*

*Additio.*

Adde gl. ſuprà c. prox. in verbo vel cõſenſum, & in verbo religioſi & tex. in c. ſi religioſus, & in c. nullus, in di. c. ſi Abbatem eod. li. vj. & vbique per Archi. Pe. de Ancha. Domin. & Phili. & Doct. in c. cum in veteri eod. & Bar. de firm. in tract. de Epiſcopo in j. parte lib. ij. quæſt. xxix. cum ſequenti.

b Promoueri. De his dicitur ſuprà, c. proximo.

c Summo Pontifice. Hæc eſt opinio Inno. Hoſtiẽ. & B. Compoſte. quòd vbi aliqui poſtulantur in Epiſcopos, recurrendum ſit ad Papam, vt nota. per eos, extra de poſtu. præla. c. vlti. & extra de elec. innotuit. Et facit ad hoc, extra de corpore vici. cap. ij. & ita tenet curia.

d Dignitates. Puta Abbatias, Præpoſituras, Decanatus, Archidiaconatus, & ſimiles.

e Diſpenſari. Vt eſt is, qui defectum patitur in ordinibus, extra de ætate, & qua. præterea. Vel is, cuius crimen fuit notorium: nam & talis acta pœnitentia poteſt poſtulari, vt dixi ſuprà, c. proxi. & poſtulabitur

ab Epiſcopo, qui poteſt ſecum diſpēſare, extra de tē-por. ordinar. quæſitum, & extra de iudi. at ſi clerici. Regulariter enim teneas, quòd ſemper poſtulandus eſt quis ab eo, qui poteſtatem habet diſpēſandi cum poſtulato, vt not. extra de poſtu. c. vlt. Quid ſi ad has dignitates poſtuletur patiens in ætate defectū, à quo poſtulabitur? Dicunt quidam, vt Inno. & B. Compo. quòd ab Epiſcopo, vt not. per eos, extra de poſtul. ca. vlt. Nam Epiſcopus poteſt ſecundum ipſos diſpenſare in ætate poſt. xiiij. annum, extra de ætate, & qua. indecorum, & idem dicunt Hoſtien. Gof. & Ioan. Alij verò, vt T. & B. gloſ. communis dicunt, & verius, vt puto, ꝙ Epiſcopi diſpēſare nequeunt in ætate, vt no. extra de elect. cùm dilectus, & eſt ar. ad hoc, C. de his, qui ue æta. in pe. l. ij. & extra de elect. cùm in cunctis. §. inferiora. & melius in c. licet. Greg. x. verſic. decernentes: vbi videtur expreſsè iſta opinio comprobari.

*Poſtulandus à quo poſtulabitur.*

*Epiſcopi vtrū poßint in ætate diſpēſare.*

Adde ad primam quæſt. Abb. & Docto. in d. c. fin. de poſtul. præla. & gloſa infra, eod. c. lvj. in verbo poſtulante, & ad ſecundam quæſt. glo. Arch. Imol. Petr. de Ancha. Dominic. & Philip. Franc. in c. licet canon. eod. lib. vj. & in cle. fi. & ibi Paul. de Lya. & Cardi. de Zaba. de æta. & quali. Specu. titu. de diſpen. §. nunc de Epiſcoporum.

f Recurrendum. Quia hic non poteſt per alium, quàm per Papam diſpenſari extra de fi. præsb. capit. penult. & vltimo.

g Reſeruatur. Multos caſus inuenies reſeruatos in iure ſummo Pontifici, extra de regulis iuris, cùm æterni, lib. vj. extra de ſen. excom, cùm medicinalis, extra ne cle. vel mo. ſuper Specula. extra de ſimo. ca. pen. & plures alios per te poteris inuenire.

*Caſus multi ſunt Papæ reſeruati.*

Adde gl. in c. ſicut vnire, & ibi Abb. Sicu. de exceſ. prælat. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi. Et caſus Papæ, & Epiſcopo reſeruatos, vide per Specul. in ſuo aureo reperto. tit. pro quibus culp. pœnitens ad Epiſcopum remittatur.

## Quæ in facienda poſtulatione forma debeat obſeruari.

### CAP. LV.

*IAm vidimus, qui poſtulari debeāt, et à quo ſit poſtulatio faciēda, nūc videndum eſt, quæ in poſtulatione forma debeat obſeruari. Sciēdum* a. *eſt igitur, quòd duplex eſt modus (vt iura innuunt) poſtulandi: vnus ſolennis.* b. *& alius non ſolennis,* c. *eſtq; in arbitrio poſtulantium, vtrum velint ſolenniter, an minus ſolenniter poſtulare. Primo quidem modo, ſcilicet cū ſolenniter poſtulatur, eſt ſeruanda forma concilij.* d. *generalis. Debet enim vel per formam ſcrutinij, aut compromiſſi, ſeu inſpirationis ipſa poſtulatio celebrari, & ea, quæ in formis ipſis, cùm per eas eligitur, ſunt ſeruanda, eadem ferè.* e. *debent in poſtulatione, cùm ſit ſolenniter, obſeruari, taliſq; poſtulatio ſic ſolenniter celebrata, vim ſeu effectum electionis obtinet in quibuſdam. Nam cùm nullus debeat eſſe Epiſcopus, niſi canonicè ſit electus,* f. *ex quo tamen ſic fuerit ſolenniter poſtulatus, & per eum, qui poteſt,* g. *ipſius poſtulatio approbata: eligi vlterius non debebit, ſed pro tanto habebitur, ac ſi primò fuiſſet electus, & poſtmodum canonicè confirmatus.* h. *Secundo autem modo non requiritur, vt poſtulantes formam obſeruent aliquam de prædictis, ſed ſufficit, ꝙ inſimul congregati.* i. *de perſona conueniant poſtulāda, ipſamq; ab eo poſtulēt, qui poteſtatē habet poſtu-*

*lationem*

*latione͂ huiuſmodi admittendi.*k.*Veruntame͂ poſt poſtulationem talem factam & admiſſam, eligi.*l.*debet ſole͂niter is, qui fuerat poſtulatus, eritq́; ſuperiori eadem electio præſentanda, vt ab eo, ſi fuerit canonica, confirmetur. Eſt ergo vtilius, ſicut colligitur ex præmiſsis, quòd poſtulatio ſolenniter celebretur, vbi is, ad quem ſpectat confirmatio, ſeu ipſius poſtulationis approbatio, poteſt impedimentum, quod eſt in poſtulato, totaliter.*m.*remouere. Cæterùm, ſi non ipſe confirmator, ſed alius impedimentum poſſet huiuſmodi remouere, vt quia poſtulatur libertus, qui eſt à patrono primitùs poſtulandus, ſi aliquod obſequium retinuit.*n.*in eodem, tunc eſt vtilius, vt ab illo ſine ſolennitate primitùs poſtuletur, & poſtulatione per ipſum admiſſa, poſtmodum eligatur: vel adhuc impedimentu͂ aliud forſan ordinum,*o.*vel ætatis.*p.*aut aliquod co͂ſimile*q.*propter quod eligi no͂ valeat, fuerit, in eode͂ ſolenniter poſtulatur.*r.*Sanè licet ſolennis poſtulatio, quàm citò facta fuerit, debeat publicari,*ſ.*& decretum ipſius fieri.*t.*ſicut in electionibus eſt promiſſum,*u.*poſtulatus tamen no͂ debet poſtulationi ſuæ, ſi ſit alteri eccleſiæ.*x.*alligatus vllatenus conſentire, cùm talis abſque domini Papæ licentia volatum non habeat liberum, vel conſenſum. Si verò.*y.*non ſit alteri eccleſiæ alligatus, tunc quamuis non teneatur*z.*neceſſariò conſentire, ſi tamen ſub ea conditione conſentiat, ſi ei, ad quem ſpectat, poſtulationem admittere placuerit poteſt dummodo ſibi caueat, ne in matrimonium conſentiat, tolerari,*a.*prout aliqui*b.*aſſeuerant. Verùm tamen per conſenſum huiuſmo-*

*iuſmodi inter poſtulantes & poſtulatum, ſeu eccleſiam poſtulantem, nequaquam matrimonium eſt contractum, niſi tunc demum, cùm per eum, qui poteſt, poſtulatio fuerit approbata. c.*

IAm vidimus. ſuprà duobus, c. proximis.

a Sciendum. Quod dicitur in iſto §. & in ſequentibus, vſque ad §. ſanè, ſumptum eſt ferè totum ex glo. Inno. extra de elect. in cauſis.

b Solennis. De hoc loquuntur iura, extra. de poſtu. per totum, & extra de elec. in cauſis.

c Non ſolennis. De hoc habetur lxj. diſt. Oſius.

*Poſtulantes an debeant aliquam formam obſeruare.*

d Concilij generalis. extra de elec. quia propter, & hoc ſecundum Inno. vt notatur per eum, extra de elec. in cauſis, & idem dicit B. Com. extra de poſtu. c. j. & Hoſtien. extra de elec. ſcriptum eſt, in glo. nota, ꝙ poſtulari, in ſumma tamen eo. ti. §. vtrum, dicit, quòd in poſtulatione non requiritur alia forma, niſi concordia, ſed verius eſt, quod prius dicitur, vt colligitur eodem titu. cap. ſtatuimus, in princ. & c. vt circa, Grego. x. libro ſexto.

Adde Abb. Sicu. in c. & ſi vna de poſtu. præla. & in d. c. quia propter.

*Poſtulatio et electio in multis differunt.*

e Ferè. Ideo dicit ferè, quoniam aliter habet exprimere conſenſum ſuum quis, cùm nominat poſtulandum, & aliter, cùm nominat eligendum, vt ſup. c. xxvj. Item in electione obtinet, qui à maiori parte capituli & ſaniori eligitur, alijs impedimentis ceſſantibus, extra de electionibus, dudum prim. & capi. quia propter, ſed in poſtulatione, ſi poſtulatus concurrat cum electo, non obtinet poſtulatus, niſi habeat duas partes capituli, extra de elect. ſcriptum eſt, ſecundum B. Compoſt. vt notatur per eum, extra de poſtu. capit. vltimo, licet glo. communis dicat ibidem contrà, & ſcriptum eſt, ſed primum tenet curia. Si verò poſtulatus cum poſtulato concurrat, tunc obtinet is, qui à

maiori parte fuerit poſtulatus, vt notatur per ipſum B.Comp.in præalleg.c. de poſtu. præla.c.vlt.Itē electus intronizatur, vt dixi ſup.ca.xxxv. ſed poſtulatus non, vt puto. Nam ſi permitteret poſtulatus ſe intronizari, ſatis poſſet de ambitione notari, cùm per poſtulationem nullum ius acquiratur eidem, ſed totum dependeat ex gratia, extra de poſtu. bonæ i. Item, electus habet certum tempus, infra quod conſentire tenetur, aliàs cadit à iure ſuo, extra de elec. quā ſit. Gre. x.lib.vj.& ſup.c.xxxvij.ſed poſtulatus non, vt in conſti.Nicolai, eo. titu. cupientes, §.denique, lib. vj. & dicitur inf.eo.§.ſanè. Item electus tenetur in certis caſibus expenſas miniſtrare, ſed poſtulatus non tenetur, vt in prædicta conſti.cupientes, & inf.c.lviij.

Adde, quæ dixi ſuprà, capitu. liij. in glo. ij. & Abb. Sicu.in capitu.cauſis, colum.v.verſicu. in glo.fin.eo. & in capitu. ſcriptum, colum.iij.verſicu. not.& tenement. cum ſequen. verſicu. & in rub.de poſtu.præla.

f Sit electus. extra de elect. capit.j. & cap.nihil eſt.

g Qui poteſt. De hoc dic, vt ſup. c.proximo.

h Confirmatus. Secundum Inno.extra de elect.in cauſis, vbi notatur per eum, & c. ſcriptum eſt. Sed videtur contrà. Nam per poſtulationem peruenitur ad electionem, vt notatur extra de poſtu. capitu.j.in fin. Sol. Illud locum habet in poſtulatione non ſolemni, per illam enim peruenitur ad electionem, vt hîc, & infrà ſequitur, ſed in ſolemni ſecùs, vt hîc dicitur. Vel dic ſecundum Gof. quòd licet admiſſa poſtulatione qualitercunq; facta, ſequi deberet electio de iuris rigore. argumen. extra de elect. innotuit, curia tamen Romana id hodie non admittit in poſtulatione ſolenni, ſed ad poſtulationis probationem pro confirmatione habet, vt proſpiciatur vacātibus eccleſijs, & vt vitentur circuitus, qui ſunt de iure vitandi, ff.de condi. indeb. dominus horreorum. *Poſtulatione admiſſa, an ſequi debeat electio.*

Adde Abb.Sicu. in dicto capitulo ſcriptum eſt, colum.iij. verſicu.nota, ibi poſtulationem admittas, &

in c.j.& in c.gratum,de poſtu.præla.

i Congregati. Aliter poſtulatio non teneret, ſicuti nec electio, vt dixi ſuprà, cap. xix.& argumen. extra de elect. cùm terra.

*Poſtulatio minus ſolẽnis fit de certis perſonis.*

k Admittendi. vt ſi ſeruus ſit, poſtuletur à domino ſuo: ſi libertus, a patrono, ſi aliquod retinuit obſequium in eo liiij. diſt. quicunq;:ſi filiusfa. à patre, extra de elec.officij,& idem in ſimilibus.

l Eligi debet.Si non ſit alius in eo defectus,ſi enim eſſet,adhuc deberet iterum poſtulari ſolenniter, non eligi,inf.eo.§.cæterùm.

Adde,an in poſtulatione debeant exprimi omnes defect9 poſtulati,per Ab. in c.eccleſia veſtra,de elect.

*Poſtulationẽ ſolennẽ vtilius eſt interdum facere ab initio ad circuitum euitandum.*

m Totaliter remouere. Verbi gratia,poſtulatur aliquis in epiſcopum, qui defectũ patitur in ætate,vel in ordinibus, certè vtilius eſt,quòd poſtuletur ſolenniter,quia ſi Papa poſtulationem talem admittat, nõ erit deinceps eligendus, ſed pro tanto habebitur, ac ſi aliàs fuiſſet electus canonicè,& poſtmodũ cõfirmatus,vt dictum eſt ſuprà. Si verò minus ſolenniter poſtularetur à Papa, petendo ab eo, vt daret licentiam illum eligendi, tunc poſtulatione huiuſmodi admiſſa eſſet iterum ſolenniter eligendus, ſupra §. proximo. Ideo melius eſt, vt fiat ab initio poſtulatio ſolennis, & ea facta,præſentetur Papæ, vel Epiſcopo,ſi eſt talis caſus, vt per epiſcopum poſſit poſtulatio admitti.

Adde Abb. Sicul. & Moder. in dicto capitulo j.

n Retinuit.liiij.diſ.quicunque.

o Ordinum. extra de æta.& quali. præterea, & ca. à multis,lx.diſt.nullus.

p Aetatis.extra de elect.dudum,j. & capit. cùm in cunctis.

q Conſimile. puta defectus ſcientiæ, extra de renunc.niſi,§.pro defectu, vel natalium, extra eodem, innotuit,& lvj. diſ. Apoſtolica, & ſuprà capi. liij. vbi habes multa alia impedimenta enumerata.

r Poſtuletur. Nunquid in poſtulatione ſolenni requiritur

quiritur, quòd per vnum fiat poſtulatio in communi, ſicut fit in electione, vt dixi ſuprà capitu.xxxiiij.& cap.lj? Credo, quòd ſic, cùm in ea ſit forma generalis concilij ſeruanda, vt præmiſi, ſuprà in princi. aliàs enim viderentur eſſe tot poſtulationes, quot eſſent numero poſtulantes, argumen. extra de electionibus, in Geneſi. *Poſtulatio ſolennis debet fieri per vnū in communi.*

Adde Docto.in d. capitu. xxxiiij. in addi.in verb. vitæ omni.alleg. & Abb.in d.c.j.

ſ Publicari.capitu. tantum, vt dicunt quidam, extra de ele.in cauſis. Vel dic, quòd tolerari poteſt, vt etiam populo publicetur, ſicut & de cōſuetudine ſeruatur, ſecundum Inno.vt nota. per eum in dec. prædicta in cauſis. *Poſtulatio eſt publicanda.*

Adde, quòd idem tenet ibi Abb.Sicul. col.ij.verſi. nota. ibi capitu.publicarunt,&c.

t Fieri.extra de poſtu.prel. bonæ, ij.§.nec nocebat, lxj.di.epiſcopus, & vij.q.j.epiſcopus.

u Præmiſſum.ſup.capitu.xxxviij.

x Eccleſiæ. Vt eſt epiſcopus, extra de poſtul. c.vlt. & electus in epiſcopum confirmatus, ex. de tranſla. inter. Iſti enim cùm ſint ſuis eccleſijs matrimonialiter alligati, conſentire non poſſunt, ſecundum Hoſti. vt nota.per eum, extra de poſtulatione, capi.ij.in glo. circa poſtulationem, ad finem, & ſi conſentiant eo ipſo, caſſantur tanquam ambitioſi, vt ibidem Hoſtiē. notauit eo.titu.c.vlt.in prin. Quid ergo reſpondebit epiſcopus, vel electus in epiſcopum confirmatus, ſi ad aliam eccleſiam poſtulatur, cùm ſibi præſentabitur poſtulatio? Dic, quòd poterit reſpondere: poſtulationi de me factæ nec cōſentio, nec diſſentio, ſed voluntati Domini Papæ me ſuppono, vt ipſe ſuper hoc facit, quod ſuæ placuerit ſanctitati. *Poſtulatus alteri eccleſiæ alligatus, debet cōſentire poſtulationi ſibi præſentatæ.*

Adde Bar. de Fir. in ſuo tract. de epiſcopo, in j.parte, lib.ij.quæſt.xx. quia ſecundū glo. quā ibi ſequūtur Barth.& Ioan. de Pla.in l.j. de Metropol. Berit. libro ſexto, nō eſt monſtrum, ſi vnus epiſcop⁹ habeat duos

epiſco-

epiſcopatus, vel plures, & vide glo. in ca. ſeq. in verbo alligati, & in capitu. quinquageſimo ſexto, in verbo alligatos, & quæ ibi dico. Et quibus caſibus quis epiſcopatum ſuum relinquere, & tranſire ad alium dicatur, vide glo. in §. ambitionis, vij. quæſt. j. & Bartho. de Firm. vbi ſup. q. lxx. Et quomodo hoc fieri debeat, tex. & ibi Abb. in c. ſcriptum, colum. iij. verſicu. ibi ipſum archiepiſcopum, &c. eod. titu. & Abb. Sicu. in c. bonæ, de poſtula.

y Si verò. §. iſte locum habet, cùm poſtulatur quis defectum patiens in natalibus, vel in ordinibus, ſcientia, vel ætate, aut aliquid de his, qui ſunt enumerati ſuprà capit. liij. ſeu quiuis alius, qui de iure debeat poſtulari.

z Non teneatur. Vt colligitur in cõſtitutione Nicolai, extra de elec. cupientes, §. denique, lib. vj.

a Tolerari. Cautius faceret, ſi non conſentiat, nec diſſentiat, ſed ſuperioris arbitrio ſe committat, vt dixi ſuprà de epiſcopo, in glo. vt eſt epiſcopus.

Adde Abb. Sicu. in c. fin. eo. de poſtu. præl.

b Aliqui. Vt Inno. ſicut notatur per eum, extra de elec. cum iure. ad fin.

Adde, an poſtulantes poſſint variare, quouſq; pręſentata fuerit, Abb. Sicu. in c. j. & c. bonæ, in ij. de poſtu. præl. & gl. Ioan. And. in nouel. Pet. de Anch. Domi. & Philip. Franc. in c. ſi compromiſſarius, §. ſi verò, eod. lib. vj. & Calde. conſi. v. c & Pe. de An. cõſi. ccxv.

*Matrimoniũ ſub conditiõe contractum, non eſt matrimonium ante conditionis euentum.*

c Approbata. Sic ſi quis conſentiat in aliquam, ſi patri ſuo placuerit, antequam pater conſentiat, non eſt matrimonium, extra de condi. ap. ſuper eo. & arg. C. de contrah. emp. ſuper rebus.

## A quo, & infra quod tempus electionis cõfirmatio, aut poſtulationis approbatio ſit petenda. Et quando electi, vel poſtulati adire ſedem apoſtolicam teneantur.

CAP.

## CAP. LVI.

*QVia electione vel poſtulatione facta, oportet, vt pro electionis confirmatione,* a. *vel poſtulationis approbatione ſuperior adeatur,* b. *infra quæ tēpora, & per quem id fieri debeat, quaúe pœna puniri debeant negligentes, & in quibus caſibus electi vel poſtulati adire teneantur ſedem apoſtolicā, videamus. Sanè regulariter.* c. *eſt tenendum, quòd electus quilibet, à quocunque.* d. *confirmatio ſit petēda, tenetur eam petere iuxta ſtatutum concilij.* e. *Lugdu. infra tres menſes à tempore, quo electioni ſuæ cōſenſum præbuit.* f. *numerandos, aliàs ſi iuſto impedimento.* g. *ceſſante ipſam infra tempus non petierit.* h. *ſupradictū, electio eadem eo ipſo virib. vacuatur.* i. *Porrò, in duobus caſibus iure.* k. *nouiſſimo aliter eſt ſeruādum, in electionibus, videlicet eccleſiarum cathedralium,* l. *vel regularium.* m. *quarum confirmationes à ſede apoſtolica ſunt petendæ, quia eædem eccleſiæ, de quarum electionibus agere, ipſi ſedi apoſtolicæ nullo medio ſunt ſubiectæ, vel quia in ipſarum electionum negotijs ad ſedem apoſtolicam extitit appellatum.* n. *in caſibus enim iſtis.* o. *electi.* p. *quilibet ſiue ipſorum electiones concorditer, ſiue in diſcordia fuerint celebratæ, tenentur poſt conſenſum electioni præſtitū, vel poſt obtentam de ſua electione notitiam.* q. *ſi eam non contigerit tempore debito.* r. *præſentari, ad ſedem apoſtolicam iter arripere infra menſem, & quàm citò commodè poterunt.* ſ. *comparare cum omnibus actis iuribus & munimentis.* t. *ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus, perſonaliter coram Papa, electionum ſuarum*

rum

*rum confirmationes petituri, vel proſecuturi electiones ipſas modis, quibus potuerunt licitis, ſeu honeſtis. Alioquin ſi infra xx.dies.* y. *poſt lapſum temporis, quo veniſſe ad ſedem ipſam conſiderata locorum diſtantia commodè potuiſſent, contempſerunt perſonaliter cõparere, ac electionum ſuarũ cõfirmationem nulla iuſta.* z. *cauſa interueniẽte petere, vt dictũ eſt: electiones factæ de ipſis eo ipſo viribus vacuantur, & omni iure, ſi quod eis per electiones ipſas quæſitum fuerat, ſunt priuati.* a. *Cæterùm, ſi iuſta cauſa interueniente infra prædictos viginti dies non potuerint perſonaliter cõparere, ac electionum ſuarum confirmationem petere, vt præmiſi, tunc ad tria ſpecialiter ſunt aſtricti. Primò, vt infra eoſdem, xx. dies cauſam proponãt.* b. *huiuſmodi apud ſedem Apoſtolicam, coram Papa, vel coram alio, vel alijs, quem vel quos ad hoc ipſe duxerit deputandos. Secundò, vt de cauſa ipſa, ſi admiſſa* c. *fuerit, infra xv.dies xx. prædictos immediatè ſequentes faciant.* d. *plenam fidem,* e. *niſi forſan.* f. *infra ipſos xx.dies, aut xv.* g. *talia & tam veriſimilia.* h. *propoſita.* i. *extiterint, propter quæ ipſi.* k. *poßint à pœna meritò excuſari, eiſq́; ſit ad comparitionem huiuſmodi tempus prolixius indulgendum.* l. *Tertiò, vt infra præmiſſum xx. dierum ſpatium iuſto impedimento ceſſante tranſmittant.* m. *procuratorem ſufficienter inſtructum.* n. *ad omnia ſingula.* o. *& ſupradicta, & nihilominus.* p. *ceſſante cauſa ipſa, propter quam non potuerant comparere ſe, vt præmittitur, perſonaliter repræſentent. Aliter, ſi negligentes fuerint in præmißis.* q. *electiones ipſorum ſicut in caſibus*

*alijs*

*alijs eſt præmiſſum,r.eo ipſo virib. vacuantur, & ipſo omni iure, ſi quod eis quæſitum fuerat,ſunt priuati.ſ. Deniq;, vbi electi perſonaliter, vel per procuratorem in caſu iā dicto.t.nō tamē cū actis,munimentis,& iuribus infra tēpus debitū ſe præſentāt, tunc in hoc ſolū modo puniuntur, u. ꝙ ad exhibenda illa.x.alibi,q̃ apud ſedem Ap. niſi iuſta cauſa.y. dilationem aliā non habebunt. Circa poſtulatos aūt cōcorditer, vel in diſcordia breuiter eſt tenendum, ꝙ ſi ſint alijs eccleſijs alligati.z. venire, aut mittere ad ſedem Apoſtolicam non tenentur. Alij verò,qui propter defectum ordinū, vel ætatis,ſeu cauſam aliam conſimilē.a. poſtulant.b. venire tenentur,ſi non diſſenſerint,c.quemadmodum ſuprà præmittitur in electis. d. & ſi negligentes fuerint,pœna conſimili percelluntur.*

QVia electione,&c.

a Confirmatione.Nota, ꝙ ante cōfirmationem non debet electus in ſpiritualib. vel temporalibus per ſe,vel per alium in totum, vel pro parte adminiſtrare tanquam electus, vel tanquam procurator, aut œconomus, vel aliàs qualitercunque. Nam ſi fecerit, cadit ipſo facto à iure ſibi quæſito per electionem, extra eodem auaritiæ. Grego.x.libro vj. niſi ſit vltra Italiam conſtitutus, ac immediate eccleſiæ Romanæ ſubiectus, & in concordia electus, ſi enim hæc tria in eo concurrant, benè poteſt adminiſtrare in ſpiritualibus & temporalibus,ſic tamen, ꝙ de rebus eccleſiaſticis nihil penitùs alienet, vt in dict. capitulo nihil eſt. Quod eſt verum,niſi ſit legatus in prouincia, à quo confirmatio poſſit peti, tunc enim non debet adminiſtrare ſecundum Innocentium, & Bernard. Compoſtellanum, vt extra de conſue. cùm venerabilis, vbi notat.per eos. Quid de poſtulatis? Dic,

*Electus ante adminiſtrationem an adminiſtrare poſſit.*

*Poſtulatus nullo modo poteſt admi-miſtrare po-ſtulationem admiſſam.*

Dic, quòd illi nullo modo adminiſtrare debent, extra de elect. bonæ, j. & no. per prædictos docto. in d. c. nihil eſt, cùm nec tranſire poſſit ſine diſpenſatione, vt dicit dec. prædicta, cùm venerabilis.

Adde ad iſtam glo. Bald. & Abb. Sicu. in d. c. nihil, & in c. tranſmiſſam, & Oldra. conſi. cxcj. & Ludo. de Ro. in conſi. cccxxx. colum. v. verſic. quo ad vltim. & Specu. titu. de reſcrip. præſenta. §. fin. verſi cu. Item, ꝙ obtentum, vbi etiam vide, quæ in Papa & Imperatore, & ibi Ioan. And. in addi. & Franc. Curtium in cōſilio j. colum. xiij. verſicu. ne dicat, &c. quod poſitum eſt poſt tract. feud. & Dominic. in c. auaritiæ, col. v. e. lib. vj. & Oldrad. conſi. clxxx. & Bald. vbi ſup. & Bar. de Firm. in tract. de epiſcopo, in iiij. parte, princi. lib. iij. quæſt. iij. cum pluribus ſequen. Quid de domino meo, domino Bituricen. archiepiſcopo Moderno nō conſecrato, nec pallio ſuſcepto, poſſit deferre crucē ante ſe? Et videtur, quòd ſic, cùm ſit iuriſdictionis voluntariæ, vt no. Abb. in c. j. vt lit. pen. & in c. accedentibus, de priuile. & Cardin. de Zab. in cle. archiepiſcopo, de priuil. ſaltem eſt inſigne quoddam, ſecundum ipſum denotans ſuperioritatem, ſed iuriſdictionalia poteſt exercere, d. c. tranſmiſſam, & iuribus ſup. alleg. & c. is cui, & ibi Archi. Pet. de Anch. Dominic. & Philip. Franc. eod. lib. vj. & Bart. Bald. & Angel. in l. ex eo tempore, ff. de teſt. mili. & Domin. de Rota, deci. vlti. eod. titu. in nouis. Nam poteſt electus non confirmatus benedicere populum, non ſolenniter, etiam antequam conſentiat electioni, nec incidit in pœnam, d. c. auaritiæ, ſecundum Oldrad. conſi. ccxlvj. qui dicit ita fuiſſe iudicatum per Papam, Io. xxij. & idē Io. And. in addi. Spe. e. ti. §. j. in addi. incip. & intronizetur, & Domi. in d. c. auaritiæ, col. iij. ver. de electo qui ante, & ꝙ poſſet deferre crucē dominus de Buſſone, doctor dicti Domini Bituric. tenebat. Et ego in cōtrariū, ꝙ ante receptionem pallij poſſit deferre crucem, nec dignitates & honores archiepiſcopales exercere,

per

per no.in c.quod ſicut, §.ſuper eo. etiam vbi eſſet cõſecratus, cùm ante receptum pallium non dicatur archiepiſcopus, nec primas, ſed electus, c.ſuffraganeis, & ibi Abb.Sic.& in c.ſignificaſti, e.ti. & Bar.de Fir.in tra.de epiſcopo, in j.par. iij.partis prin. q.iij. & Milis in ſuo reper.in litera electus, & pulchrè Felyn.in cap. cem te.col.j. de reſcri. vbi ponit regulam cũ iiij. ampliationibus, & quinque reſtrictionibus. Quia deferre crucem concernit exercitiũ & decorem ordinis archiepiſcopalis, & nõ ſimpliciter iuriſdictionem, vt c. antiq. de priuile. & de cle.archiepiſcopo, vnde ante receptũ pallium nihil poſsũt, quæ ſunt honoris & dignitatis. Nam in pallio ineſt plenitudo poteſtatis, d. c.quod ſicut, & c.j.cẽ.diſt. & c.niſi, de vſu pallij. & ita tenet Cardin. Alex.in d.c.j.c. diſt.col.ij.verſi.ſecunda concluſio. ante pallium receptum nullus Metropolitanus valet ante ſe crucem deferre, ſed tantũ poſteà, &c. Et etiam reperi in quodam pontificalis ordinis lib. ti.de pallio, colum.penul. Et ſic obſeruatum extitit, & idem Bar. Brixi.in ſua ſumma, in litera crux.

b Adeatur.extra de electio.nihil eſt, & cap. quàm ſit.Grego.decimus, & in conſtitutione Nicolai, iij.e. titu.cupientes, lib.ſexto.

c Regulariter.Fallit in duobus caſibus poſitis, infrà §.proximo.

d A quocunque: ſiue à Papa, ſiue à quocunq; alio.

e Concilij Lugdunenſis. extra de elect. quàm ſit. Gregorius x.§.vlti.libro ſexto.

Adde tex.& glo.in pragma.eod.§. facta autem electione.in verbo præſentata, vbi allegat hîc Mandago. & ibi vide, quid fiendum coram ipſo confirmatore inferiore Papa, quia hîc per Mandagot.non aperitur. Et an electus validè in ſuæ electionis confirmatione habeat neceſſe facere citari coelectum nulliter, ibi, & per Doctores in capitulo fin. eodem libro ſexto, & Ludoui.de Ro.in conſilio ccccxxxiij. colum.iiij.verſicul.iij.quæritur, & Cardin.de Zaba.in conſi.cxxviij.

col.iij.ver.Et pro hoc videtur, & in conſi. cxii.in pri mo dubio,tex. & Doct.in l.adoptio non iure facta,ff. de adop.& Barth.de Firm.in tract. de epiſcopo,in iij parte ij.prin.lib.iij.q.iij.cum pluribus ſequen.

f Præbuit.infra quod tempus conſentire tenetur electus,habes ſuprà c.xxxvij.

g Impedimento. Illud trimeſtre tempus non curritimpedito,extra de elect. quàm ſit. Gregorius decimus in fin.lib. vj. ſicut nec tempus, quod datur adeligendum,ſeu prouidendum,eo. titu. ne pro defectu, & extra de conceſ.præb.quia diuerſitatẽ,& c.j. & ij.

Adde Bar.de Firm.in tracta.de epiſcopo, in ij.parte,lib.iij.q.iij.cum pluribus ſeq.

h Non petierit. Sufficit electo, vt petat confirmationem infra tempus à iure ſtatutum, & ſi non obtineat ipſam, nõ imputabitur ei, ex quo congruo tempore petijt, nec per ipſum ſtetit, quò minus obtinuerit arg.extra de ap. ex ratione,& ij.quæſt.vj.anteriorum,§.ad hoc.

Adde,quòd electus,qui iuit pro confirmatione,omiſſo mediato, ad Papã & ſacrũ conciliũ non excuſatur,ſi interim tẽpora cõfirmationis labũtur,ſecundũ Lud.de Ro.in cõſ.332.col. ij.ver.quo ad ſecundũ,&c.

i Vacuatur. Abſque alia ſententia per conſtitutionem.Gre.x.ex.eo.quàm ſit,§. cæterùm,lib.vj.

Adde ibi Archi.Pet.de Anch.Domi. & Phil.Fran. & Ludo.de Ro.in d.conſi. cccxxxij. in prin. vbi idem tenet, quòd electio vacuatur, ſi non petitur confirmatio infra tres menſes, etiam ſi electus dicat, quòd dubitat,ne ſuperior det repulſam,quod nota.

k Iure nouiſſimo. extra eo. de elec.in conſtitutione Nicolai, cupientes,lib.vj. vnde ſumitur, quod dicitur in §.iſto,& in ſequentibus.

*Capitulũ ne pro defectu & c.cupientes habent lo*

l Cathedralium.i. epiſcopalium, ſiue ſint in ipſis ſeculares,ſiue regulares.

m Regularium. Collegiatarum, in quibus.ſ.ſunt religioſi communiter viuentes, habẽtes abbates,aut

priores

priores, vel prælatos alios quouis nomine nuncupatos, qui ab eis eliguntur, & per ſuperiorem confirmãtur. De talibus enim eccleſijs regularibus loquitur, extra de elect. ne pro defectu, in alijs autem regularibus eccleſijs non collegiatis non habet locum, quod dicitur in §. iſto, nec etiam in dignitatibus, vel perſonatibus in cathedrali eccleſia conſtitutis, cũ per mortem eorum, qui eas tenent, non cenſeatur eccleſia viduata, ſed per mortem epiſcopi, duntaxat, vt notatur extra de elect. quia propter. Item, nec in eccleſijs ſecularibus collegiatis non cathedralibus, etiam ſi ſint exemptæ, imò ſufficit, vt electi earum petant confirmationes infra tres menſes, ſuprà §. proxim. & extra de elect. quàm ſit, cùm enim conſtitutio, cupientes, e. titu. lib. vj. pœnal. ſit, & mentionem tantùm faciat de cathedralibus & regularibus eccleſijs, ad alias extendi non debet, argumen. de pœ. diſt. j. pœnæ, ff. de pœnis, interpretatione. Nam & ſi Papa idem in alijs voluiſſet, hoc dixiſſet, extra de tranſla. inter. & extra de decimis ad audientiam.

*cũ in eccleſijs, quæ per mortem prælatorum dicũtur viduatæ, & non in alijs.*

Adde Arch. Pet. de Anch. in d. ca. cupientes, & ibi Domi. in §. hac generali ſatis amplè, & Phil. Franc. Et an in magiſtris templariorum habeant locum, d. con. cupientes, vide ibi & Oldra. conſi. cxxviij.

n Appellatum. Ante electionem, vel poſt, extra de elect. ſtatuimus, & c. vt circa. Greg. x. lib. vj. dummodo fuerit appellatum in ſcriptis, & ex cauſa probabili tali, quæ ſi eſſet probata, deberet legitima reputari, vt extra de elect. quamuis. Grego. x. lib. vj. & extra ap. cordi. lib. vj. Quid ſi ſit appellatum à prouiſione, facta per Metropolitanum, ad quem deuoluta erat eligendi poteſtas per negligentiã inferiorum, nunquid habet locum, quod hic dicitur, & in conſtitutione cupientes? Dic, quòd ſic, cùm talis prouiſio electio cenſeatur, extra de ſuppl. neg. prælat. dilecto, & extra de conceſ. præb. dilectus. Nam eadem ràtio eſt hinc inde, ergo & idem ius debet eſſe, C. ad l. Falcid. l. vlti.

*Ratio eadem idem ius requirit.*

extra de tranſ.inter corporalia. Quid ſi appelletur à confirmatione? Dic, ꝙ & tunc locum habet, quod hic dicitur, ar. prædictæ cōſtitutionis cupiētes circa prin. ibi, vbi dicit. quorum cōfirmationes, vel infirmationes, &c, & ita tenet curia.

Adde ad princ. iſtius glo. quæ dixi inf. eo. c. vlti. de appel. in j. addi. & quo ad ſecundam, q. vide gl. in d. c. vl. & quæ dixi ſup. eo. c. liij. in addi.

o Iſtis. ſ. quando eſt ad ſedem apoſtolicam in electionibus eccleſiarum cathedralium & regularium appellatum. Vel quando eædem eccleſiæ ſunt ſedi apoſtolicæ immediatè ſubiectæ.

p Electi qui licet. Seculares, vel regulares.

*Electionis notitia qualiter poteſt haberi.*

q Notitiam. Certam & indubitatā, vel q̄a pręſens erat electus, quod fuit electio facta, vel quia vidit inſtrumentū publicū factū ſuper ꝓceſſu electiōis, ex. de conuer. cōiug. ex publico. Vel quia hoc audiuit à talibus, quibus meritò eſt credendum, extra de ſenten. excommu. inquiſitioni. xxij. q. v. hoc ver. aliàs ſi hæc audiuiſſet à perſonis leuis opinionis, eis credere non tenetur, extra de ſponſ. cùm in tua.

r Debito tempore. Tēpus debitum ad præſentandum electionem, eſt xiij. dierum, poſtquam electores eam poſſunt commodè repræſentare, vt ſup. c. xxxvj. & in conſtitutione cupientes. §. cæterùm, lib. vj.

ſ Poterunt. Poſtquam iter arripuerint, ſiue ipſum arripuerint infra menſem prædictum, ſiue non, vt dicitur in conſtitutione cupientes.

*Munimenta quid comprehendunt.*

t Munimentis. Nomine actorū, iuriū & munimentorum intelligas hîc contineri decretum electionis, & omnia inſtrumenta ſuper electione, ſeu ſuper proceſſu electionis facta, necnon & appellatiões, & alia, per quę cauſa ipſa inſtrui poſſit. Teſtes aūt licet nomine munimentorum quandoque intelligantur, vt nota. extra de in integ. reſti. coram, hîc tamen non intelliguntur, quia electi eos ad curiam adducere nō tenentur, ſicut not. per Innocen. extra de electio. ſtatuimus,

tuimus,lib.vj.ſed aliqui de electoribus & de opponētibus venire tenentur,vt inf.c.proximo.

Adde,quòd Io.And. ponit iſtam glo.quaſi de verbo ad verbū in ca. cupientes, in verbo munimentis, & in §.ſi verbo,in diſcordia.

u Contingentibus. vt ſi oppoſitum fuerit electo, ꝙ habeat pluralitatem beneficiorum, vel quòd patitur defectum natalium, vel quòd eſt excommunicatus,ſeu aliquid ſimile, portet literas, vel inſtrumenta, ſi qua habet ſuper diſpenſatione ſecum facta, vel ſuper abſolutione ſua, & idem in alijs, quæ electo, vel eligentibus opponuntur.

Adde, an dato termino peremptorio in caſu, cap. quantum,eod. lib. vj. ſit præcluſa via oppoſitionum. Et quod contineat peremptorium, & multa alia vide per Oldra.conſi.tertio.

x Coram Papa. Quid ſi non compareant iſti corā Papa,ſed coram legato apoſtolicæ ſedis à latere miſſo,qui eſt in prouincia, nunquid ſufficit? Credo,quòd ſic. Nam talis legatus benè poteſt confirmare electiones etiam exemptorum, vt extra de conſue. cùm venerabilis,extra de elect.quia diligenti,& extra de offi. lega.licet,vt notatur ſuprà eodem capitu. in princip. quod eſt verum, niſi ſit ad ſedem apoſtolicam appellatum, tunc enim non poſſet legatus ſe intromittere, niſi renunciatū eſſet appellationi abſque aliqua prauitate,antequam eſſet eadem appellatio ſedis apoſtolicæ præſentata,extra de elect,quamuis,Gregorius x. §.ceterùm,& §.ſequen,libro ſexto. Quod ergo dicitur hic,& in conſtitutione cupientes,de exemptis electis, quòd comparere tenentur perſonaliter coram Papa, & niſi faciant, cadunt à iure ſuo, verum eſt, niſi compareant coram legato, vt dicunt iura præmiſſa, quæ nō puto eſſe correcta. Nam correctiones iurium ſunt vitandæ.C.de inof.do.l.vna,ſed hoc neceſſarium eſt, vt ipſi electi ſeruent tempora hîc,& in prædicta conſtitutione cupientes contenta. Nam ſi non ſeruarēt,

*Legatus de latere poteſt electiones exemptorū confirmare.*

fruſtra cõparerent corã legato, vel etiam corã Papa, ex quo à iure ſuo cecidiſſent, vt hìc ſequitur.

Adde glo. in d. conſt. Cupientes, in verbo, appellatio, & ibi Ioan. And. Archid. Pet. de Ancha. Dominic. & Philippus Francus, & glo. & Doctores in capitulo ſi abbatem, eod. libro vj. Et ſedes Papæ ſit ſedes legati, ibi per Doctores, & Ioan. de An. in conſilio xciiij. colum. ij. verſiculo, quòd etiam ſic oſtẽdo, & ibi Ludo. Bologni. in addi.

y Infra xx. dies. Habet electus iſtos, xx. dies poſt prædictum menſem, infra quem debuit iter arripere, & etiam poſt lapſum ipſius temporis, quo ad curiam potuit venire, vnde ſi infra iſtos xx. dies lapſis prædictis temporibus non comparuerit in curia iuſto impedimento ceſſante, cadit à iure ſuo, prout ſequitur.

*Impeditus iuſta de cauſa excuſatur.*

z Nulla iuſta cauſa. Nam ſi infirmitate, aut incurſu latronum, ſeu alia conſimili cauſa detenti venire non poſſent, non imputaretur eis, extra de procura. querelam, ff. ſi quis cautio. lege. ij. & xviij. diſtinctio. peruenit.

Adde gloſam ſuprà eod. c. ij. in verbo, impeditis, & quæ ibi dixi, & in verbo legitimo in ca. xiij. in verbo, impedimento. Quid ſi opponentes, vel appellantes præſentiam Papæ non poſſint habere, quid tenentur facere, vide gloſam Archid. Pet. de Ancha. Dominicũ, & Philippum Franc. d. c. in c. Cupientes, §. quòd ſi per xx. in verbo propoſita, & in §. inſuper, in verbo, impedimento: quòd debent proteſtari in ſcriptis, vt eis non currat tempus, & cæt. capitu. ſi iuſtus, de appellationibus, & C. de his, qui per metum iudi. non appel. l. cùm quidam, & ibi Bart. Ang. Paul. & Angel. Aretin. ff. eodem titu. & Anthonius de Butrio, in conſilio xxvij. in princip. & Lapp. latè allega. xxix. & Bal. conſilio cccxvj. libro primo, & conſilio lxxxv. & conſilio cxix. volum. ij. & Paul. de Caſtro, conſilio cxxxvj. columna prima, verſiculo tertio, in nouis, & Alexan. conſi.

conſilio decimo nono, columna ſecunda, verſicu. circa ſecundum volum. primo, & conſilio clxv. columna ſecunda circa fin. libr. ij. & in conſilio lxxij. colum. j. in fin. volum. iij. & Ang. conſilio cxxx. & ſigno. de home. conſilio ccliiij. colum. ſecunda, verſi. inſuper, & Io. de An. in conſilio j. & ibi Ludo. Bolog. in addi. & Paul. de Caſtr. in conſilio cccxxvj. colum. pe. verſi. circa vlt. volu. antiq. & per omnes in c. ex ratione, de appel. & in auct. ſi appellatione, C. tempo. appel. & Oldra. conſilio lx. & conſilio ccviij. ante fin. & Domi. de Rota. dec. v. & ccxcv. in antiq. & in dec. clv. in nouis, eodem titu. Felyn. in c. ex tranſmiſſa, columna ij. verſicul. dum ſubdit de præſcript. & Rotam in deciſ. xxij. incipi. quando aliqua cauſa, in antiq. titu. de iudic. & Philip. Cor. in conſilio xliij. in litera b. vol. iij.

a Priuati. Per conſtitutionem cupientes, nec requiritur alia ſententia, quia priuat conſtitutio eos ipſo iure, ſimile, extra de elect. quàm ſit. Gregorius decimus, libro ſexto.

Adde, an mora poſſit purgari, vide in d. c. Cupientes, §. quod ſi per, xx. in glo. in verbo ex peccati. & ibi Io. And. Arch. Domi. Pet. de Anch. & Philip. Franc. & Ludo. de Ro. conſi. ccccxxvij. & gl. inf. eo. in verb. trãſmittant, & in verbo, ex iuſta cauſa.

b Proponant. Per procuratorem ad hoc conſtitutum ſpecialiter, inf. eo. §. tertio.

c Admiſſa fuerit. Per Papam, vel per auditorẽ datum ab eo.

d Faciant. Apud ſedem Apoſtolicam, vt dic. conſtitutio. Cupientes.

e Plenam fidem. Per teſtes, vel per inſtrumẽta, ſeu aliàs ſufficienter.

f Niſi forſitan. verſi. iſte non excipit à proximo dicto, ſed ab eo, quod dixit ſup. ſcilicet, quòd electi debeant perſonaliter comparere, aliàs cadẽt à iure ſuo, niſi forſan, & cæt.

Adde, an mortuo electo litigãte ſentẽtia ferre poſſit

iure illius? Innoc. in c. ex parte, de argu. tenet, quod ſic, quem ſequuntur Domi. de Ro. in dec. ccc. eod. ti. in antiq. pro quibus eſt tex. in ca. j. & ij. ibi Ioan. And. Domi. & Philip. Franc. vt lite penden. lib. vj. & Abb. in d. c. ex parte, in vj. no.

g Aut. xv. Conceſſos ad probandam cauſam propoſitam admiſſam.

*Electus mittens ad curiã pro electionis confirmatiõe poteſt tẽpus prolixius certis ex cauſis habere.*

h Veriſimilia. Vt ſi inſtrumenta, quæ mittebat electus ad curiam infra tempus debitum ad probandũ abſentiæ cauſam incendio, vel alio caſu in via ſunt amiſſa, aut teſtes ſunt mortui, vel ab hoſtibus in via detenti.

i Propoſita. Supple & probata, aliàs non ſufficeret proponere, niſi probaretur, extra de his, quæ fi. a. ma. par. ca. c. j.

k Ipſi. Electi.

l Indulgendum. A Papa, vel ab eo, quem ipſe duxerit deputandum.

m Tranſmittant. iuſto impedimẽto ceſſante, quid enim ſi continuè in carcere teneretur electus, ita, ꝙ nullo modo poſſet conſtituere procuratorẽ, vel eſſet ita pauper, ꝙ nõ haberet, vnde mitteret, certè nõ obeſſet eidẽ, vt dicit cõſtitutio cupientes. iura enim ad impoſſibile neminem obligãt, iiij. d. erit, ff. de regu. iur. impoſſibilium. Adde, ꝙ aſtrictus ſub pœna ad aliquid faciendum, excuſatur, ſi iuſtè fuerit impedit⁹, d. c. cupientes, & c. cũ ex eo, verſi. elapſo, & ibi Domi. in ij. no. e. li. vj. Et benè facit, quod dicit Bald. in l. fin. ff. de leg. commiſſ. quòd ſcilicet pœna non cõmittitur, ſi obligatus eſſet cum iuramento ſoluere infra terminum, & non ſoluat propter proteſtationem ſeu areſtũ, ei ne ſoluat per iudicem ad inſtantiam alicuius factam. Adde Decium in reg. iu. qui iuſſu iudicis.

*Ius non obligat ad impoſſibile.*

n Inſtructum. Hoc eſt cum actis, iuribus, & monimentis, vt dictum eſt ſup. in electo.

Adde, an contra iſtum poſſit opponi, ꝙ ſit procurator, glo. Archi. Pet. de Anch. Domi. & Phil. Fran. in c. j. §.

c.j.§.j.eo.lib.vj. & Ludo.de Ro.in conſil.cclxxxix.& conſil.ccclxxxiiij.& Pe.de Anch.in conſil.xl.

o Singula. Hoc eſt ad petēdam confirmationem & ad proponendam & probandam infra terminos ſupradictos iuſtam cauſam abſentiæ electi. Formam autem, ſecundum quam poteſt conſtitui talis procurator, habes infrà, ca.lix.forma.xviij.

p Nihilominus. Id eſt, non obſtante, quòd procuratorem ad prædicta, & ſufficienter inſtructum miſerint, vt præmittitur, ſuprà.

q In præmiſſis contētis. Suprà, in tribus.§. proxi.

r Præmiſſum. Suprà, eo.§. alioquin.

s Priuati. Ipſo iure per conſtitutionem Cupientes, libro vj.

Adde, an vbi quis eſt priuatus ipſo iure beneficio, poſſit eligi alius abſq; alia pronunciatione ſuper priuatione, Dominic.in capit.fundamenta.§.quòd ſi ſecus, eod.lib.vj. & latius in cap. licet de præbend.& in ca.ordinarij.de offic.ordinar.libr.vj.& vtrobique per Arch.Petr.de Anchar.& Philip.Franc.& Petr.de Ancha.in conſil.lix.& Lud.de Ro.in conſi. ccccxcix. & Calde.conſil.iiij.tit.de dilat.& quæ dixi.in li.conſue. Biturigū in §.ix.in j. glo. de iuriſdi. omniū iudi.

t Iam dicto. Scilicet quādo ſunt legitimè impediti.

u Puniuntur. Per conſtitutionem Cupientes.

Adde, an vna parte comparente, & alia abſente poſſit ad confirmationem procedi, tex.in prag.ſanc. eod.§.facta autem electione, & ibi glo. & tex.glo. Dominic.& Pet.de Ancha.in c.j.& glo.in d.ca. Cupientes, §.quid ſi per xx.in verbo oppo.& ibi Dominicus. Pet.de Ancha.Arch.& Philip.Franc.& Specu.tit. de appel.§.breuiter, verſic.hoc autē certum, & Domin. de Rota.deciſ.iiij.tit. de dolo. & contuma. in nouis. & in deciſ.di.xxiij. incip. in cauſa beneficiali, de appel.in antiq. Et ſi cōparens recedat illicenciatus puniatur, vide per gloſam in di.§.quòd ſi per,xx.& Doctores in c.ſi poſtquam §.j.eod.lib.ſexto, & Alexan.

conſi.clxiij.vol.ij.& Bart.& Doctores.& quę ibi dixi in repert.l. conſentaneum. C. quomodo & quando, iud. Quid ſi reddit, incidat etiam in pœnã, vide gloſam finalem, & ibi Doctores in dict. c.ſi poſtquam §. fi.quæ tenet, quòd nõ, quod nota pro præceptis, quę fiunt per poteſtates terrarum, ne quis ſub pœna recedat de ciuitate, donec reſponderit. vbi per Domin. & Phil. Franc.& Paul.de Caſt.in conſil. ccxiiij. in antiqu. vbi ponit de eo, qui promiſit non exire curiam ſub pœna, qui receſſit & redijt, quòd fide iuſſor non teneatur, &c.

x Illa. Silicet acta, & iura, & munimenta.

y Ex iuſta cauſa. Iuſta cauſa eſſe poteſt, vt quia tabellio, qui confecerat inſtrumenta ſuper electionis proceſſu, aut ſuper appellationibus, vel alijs proceſſum electionis contingentibus, ſe abſentauerat eo tempore, cùm electi venirent ad curiam, & ita nequiuerunt habere, vel fortè inſtrumenta ipſa in via caſu ſunt perdita, & idem in ſimilibus caſibus, ar. extra de teſti. vltra tertiam, ff. de ferijs, oratione.

*Poſtulati alijs ecleſijs alligati non tenentur ire vel mittere ad curiam.*

z Alligati. Vt ſunt Epiſcopi, & ſuperiores, qui nõ habent abſq; permiſſione Domini Papæ liberum volatum, extra de poſtu. c. vlt. extra de renunci. niſi. ad fi. Itẽ electi in epiſcopos confirmati, extra de tranſla. inter. Quid de Abbatibus exemptis? Dicunt quidam idem: cùm & ipſi ſint ſuis eccleſijs alligati, extra de conſue. cùm venerabilis, & extra de renuncia. dilect. Alij dicunt, ꝙ licet ſint eccleſijs alligati, non tamen ſunt adeò ligati, ſicut Epiſcopi, vt patet ex eo. quia ipſi nullo modo tranſire poſſunt ſine licentia Papæ vt dicunt iura premiſſa: ſed Abbates cum licentia legati, vt in præmiſſa dec. cùm venerabilis, & nota. ſuprà, c.liiij. in prin. Cũ igitur conſtitutio Cupientes. §. denique, eximat illos ſolos poſtulatos, qui non habent liberum abſq; domini Papæ permiſſione volatum, quòd venire vel mittere ad curiam non teneantur, & de alijs dicat indiſtinctè, quòd veniant aut

mittant,

mittant,ſi venire non poſſunt, legitimè impediti,ſequitur quòd Abbates, qui non ſunt,vt præmittitur, ſi ligati,tenẽtur venire vel mittere, vt alij poſtulati: & hoc puto verius & tutius, licet ſuper hoc viderim in curia Sapientes ſentire diuerſa.

Adde glo.infra eodem, cap.proxim. in verbo alligatos,& quæ ibi dico & gloſ.ſuprà,capit.lv.in verbo eccleſiæ.

a Conſimilem.Puta quia ſunt illegitimè nati,ext. de electi.innotuit, & lvj. d.Cenomanen. vel corpore vitiati, extra de corpore vici.cum tua, & idem in ſimilibus.

b Poſtulantur. Quod hic dicitur & in conſtitutione Cupientes.§.denique,vnde hoc ſumitur, vendicat ſibi locum, cùm aliqui poſtulãtur ad cathedrales eccleſias,ſiue eædem eccleſiæ ſint immediatè ſubiectæ ſedi Apoſtolicę,ſiue non:& ſiue fuerit appellatũ,ſiue nõ. Et hoc ideò,quia cum poſtulato ad epiſcopalem dignitatem non poteſt alius diſpenſare, quàm Papa, vt dixi ſuprà, c.liiij. vnde in hoc caſu dicuntur eccleſiæ tales ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiectę, ex quo per inferiorem diſpẽſare non poteſt. Item habet hoc locum etiam,cùm quis poſtulatur ad eccleſiam regularem ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiectã, vel etiam non ſubiectam:eſt tamen ad ſedem eandẽ appellatũ, vel eſt tale impedimentum,in quo diſpẽſari non poteſt per alium, quàm per Papam, vt quia forſan poſtulatus eſt illegitimus,extra de filijs præsby. capit.j. & penul.& vlt.cap. Nam & tunc talis eccleſia regularis,licet alias non ſit ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiecta, tamen quoad hoc, dicitur eſſe ſubiecta. *Papa ſolus diſpẽſat cum poſtulato in Epiſcopum.*

Adde quæ dixi ſuprà, eodem capit.liiij. in verbo diſpenſari.

c Non diſſenſerint. An poſtulatus conſentire poſſit ſuæ poſtulationi:habes ſuprà, c.lv.§.fin.

d In electis.Sicut enim electus tenetur infra menſem iter arripere poſt conſenſum electioni præſtitum, *Poſtulatus & electus quando tenẽtur ire ad curiam.*

scitum, vel poſt obtentam de ſua electione notitiam, ſi non fuerit debito tempore præſentata, & ſe poſtmodum coram Papa perſonaliter præſentare, vt dictum eſt ſuprà, c.§.porrò, ſic & poſtulatus, ſi non diſſenſerit perſonaliter, venire tenetur infra menſem, poſtquam deliberauerit non diſſentire, ad quam deliberationem habet vnum menſem, vt puto, poſtquã fuerit ſibi poſtulatio præſentata, ſicuti electus, à tẽpore præſentationis electionis habet vnum menſem ad deliberandum, extra de elect. quam ſit, Greg.x.li. vj. Si verò poſtulatio ſibi non fuerit debito tempore præſentata, tunc à tẽpore notitiæ ipſius poſtulationis curret menſis prædictus: & ſi non venerit, cadit à iure ſibi per poſtulationẽ quæſito, niſi iuſta de cauſa impeditus venire non poſſet, in quo caſu tenetur mittere procuratorem ad proponendam & probandam abſentiæ cauſam, ſicuti dictum eſt in electo, ſuprà c. §.cæterùm, & ſequẽtibus: vt hæc colliguntur ex mẽte conſtitutionis Cupientes.§.denique ibi, vt in concordi vel diſcordi electione per omnia ſupra præmittitur, &c. Sed nunquid poſtulantes tenentur preſentare poſtulationem poſtulato, ſicuti electores electionem electo, ſuprà, ca.xxxvj.ex. de elec. quam ſit, & in conſtitutione Cupientes.§.ceterùm? Dicunt quidam quòd ſic: aliàs enim poſtulatus deliberare nõ poſſet, an diſſentire debeat, vel non diſſentire, ſicq; venire ad ſedem ap. non poſſet commodè. Dicũt etiam, q̃ ſi poſtulãtes negligẽtes fuerint in p̃ſentatione facienda, punientur ea pœna, qua electores, qui electiones ſuas tempore debito non præſentant: quam pœnam habes ſuprà, capitulo trigeſimo ſexto, & in prædicta conſtitutione Cupientes.§. cæterùm. Nam eadem ratio eſt hincinde. Et ſicut in electione eſt neceſſaria celeris eccleſiarum expeditio: ſic & in poſtulatione, quantum enim ad hoc videtur electio & poſtulatio pari paſſu ambulare, ſicut innuitur in dicta conſtitutione Cupientes.§. denique, ibi & negligentes ſtatutam

*Poſtulatio eſt præſentanda poſtulato.*

*Poſtulatio et electio requirunt celeritatem.*

tam ibidem ſimili pœna percellat, & cætera.

Adde Archi. Dominic. & Cardi. Alexa. in §. ſed aliud. lxj. di. ad quos recurre in materia poſtulationis.

## Quando, & in quibus caſibus eligentes vel poſtulantes ire vel mittere ad ſedem Apoſtolicam teneantur.

### CAP. LVII.

*NOn ſolum, cùm ratione ſubiectionis immediatæ vel appellationis interiectæ à ſede Apoſtolica confirmatio eſt petenda, venire tenentur electi.* a. *ad ſedem Apoſtolicam vel mittere, vt eſt dictum,* b. *imò etiam et electores, ac hi, qui electis vel electoribus ſe opponũt ad veniendum ſeu mittendum, vt infra ſubijcitur, neceſſariò in eiſdem caſibus aſtringuntur,* c. *ſi & ipſi pœnas à iure ſtatutas voluerunt euitare. Notandum eſt igitur, quòd ſi ſit vnica electio in concordia celebrata, duo ad minus de ipſis electoribus.* d. *ſufficienter* e. *inſtructi ſunt infra tempus, quod ſuprà proximo.* f. *capitulo exprimitur in electis.* g. *ad ſedẽ Apoſtolicam per capitulũ.* h. *tranſmittendi. Si verò ſint plures electiones.* i. *in diſcordia celebratæ, tunc duo.* k. *de parte* l. *qualibet plenè inſtructi debent infra idem tempus* m. *cum actis & munimẽtis omnibus comparere.* n. *Si autem electio ſit vna tantum.* o. *cui aliquis vel aliqui ſe opponũt,* p. *tunc etiam duo de parte ipſius electi, & duo ad minus ex ipſis opponentibus, ſiue duo tantum ſiue plures fuerint opponentes, tenentur modo.* q. *ſi-*

*mili comparere. Vbi verò vnus tantummodo ſe opponit, neceſſe habet & ipſe ſufficienter inſtructus.r.ſicut de alijs.ſ. præmittitur.t. comparere. u. Cæterùm ſi eligentes ipſi concorditer, vel in diſcordia perſonas inſtructas non miſerint, vt eſt dictum, x. etiam ſi opponentes vel electi mittere. y. vel venire, ſeu expenſas, de quibus dicam inferius, z. contemnerent adminiſtrare, à proſecutione. a. proceſſus et à perceptione prouentuū beneficiorum, quæ in eccleſia. b. ipſa, de cuius electione agitur, obtinent, per continuum triennium priuabuntur: c. niſi propter capituli vel contradicentium paucitatem. d. ſeu aliam iuſtam cauſam. e. & probabilem euidenter valeant excuſari: in quo caſu tenentur procuratorem ſufficienter inſtructum. f. tranſmittere, & nihilominus cauſa. g. ceſſante perſonas dirigere ſupradictas. h. ſi præmiſſas. i. voluerint euitare. Similiter punientur. k. opponens vel opponentes, cùm vnicus eſt electus, ſi non venerint l, aut non miſerint, m. vt eſt dictum. n. Porrò licet eligentes & opponentes in præmiſſis caſibus puniantur, electis tamen per hoc in proſecutione iuris ſui nullum præiudicium generatur. o. Poſtulantes autem concorditer vel in diſcordia qui non poſtulent. p. alijs eccleſiis alligatos. q. ſed patientes defectum in ordinibus, vel ætate, aut eis conſimiles. r. tenentur ad ſedem. ſ. Apoſtolicam perſonas inſtructas tranſmittere, vt in concordi vel diſcordi electione ſuperius, t. eſt præmiſſum: u. & ſi non fecerint, pœna ibidem. x. poſita puniuntur.*

Non

NOn ſolum cum ratione ſubiectionis,&c.

a Electi. Supple & poſtulati,qui non ſunt alijs eccleſijs alligati.

Adde, ſi electio eſt facta in diſcordia, & poſtea ſuperuenit concordia,an valeat? Ioan.mo.Arch.Pe.de Ancha.Domin.& Phil.Franc.in c.quorundam, ver. volentes.eodem, li.vj, & quod voluit Calde.conſil. ij.e.vbi ponit,an valeat confirmatio electi inhabilis, ſed tēpore confirmationis habilis, & plenè per Bart. de fir.in tract. de Epiſcopo, in ij.parte.ij. partis princip.li.iij. per plures q. ad quem recurre, qui poſſunt confirmari. Et quid ſi ex ſuperuenienti diſpenſatione, per Franc.de Are. in conſil.vij. & conſil.cxliij.& Bar.de firm. vbi ſuprà, q.xj.

b Dictum.Suprà,capi.proximo.

c Aſtringuntur. Per conſtitutionem Cupientes, extra de elect.§.ad hoc.& §.ſequenti.libr. vj.vnde ſumitur totum capitulum iſtud.

d Electoribus.Qui electionis negotio interfuerunt, ſiue ipſimet elegerint, ſiue poteſtatem eligendi alij dederint. Nam qui per alium eligit, per ſe eligere videtur, extra de electionibus in cauſis, argumento.ff. de adminiſtratione tutorum ita autem.§. geſſiſſe. Non enim eſt hoc ita ſtrictè intelligēdum, ſicuti aliqui intelligere voluerunt: ſcilicet, quòd duo ex ſcrutatoribus, vbi per viam ſcrutinij: vel duo ex compromiſſarijs, vbi per viam compromiſſi proceſſum extitit, venire teneantur: immò ſufficit, quòd veniant duo de alijs, qui electioni interfuerunt, & quorum nomine eſt electio celebrata. Secus autem eſſet, ſi aliqui canonici ſuperuenirent facta electione, tunc enim ſufficeret, quòd duo de illis mitterentur: quia non poſſent plenè inſtruere Papam ſuper electionis negotio, in quo non interfuerunt, ſicque non eſſet ſatisfactum conſtitutioni Cupientes. §. ad hoc, quæ vult, vt duo de electoribus tranſmittantur.

*Scrutatores ſoli, aut ſoli cōpromiſſarij an ſint ad ſedem Apoſtolicā mittēdi.*

Adde

Adde ad iſtam glo. & ſequētem ac totum capitulum Oldra. in ſuo conſil. cj.

e Sufficienter inſtructi. Hoc eſt cum actis, iuribus, & munimentis electionem ſeu electionis proceſſum continentibus, vt dictum fuit de electis ſuprà, capit. proxi. §. porrò. Sed quare fuit hoc ſtatutum: nunquid ſufficiebat, quòd vel electores tantum, vel electus acta, iura, & munimenta huiuſmodi apportarent? Dic quod hoc ideò fuit ſtatutum, vt in omnem cauſam plena inſtructio haberetur ſup electionis proceſſu: nam contingere poſſet, quòd electus confidēs, quòd electores ea portarent, ipſa negligeret apportare & econuerſo: ſicque eam non poſſet inſtrui vt deberet.

*Electione cōcorditer celebrata nō ſuffi cit ſolū electum ire ad curiam.*

f Proximo capit. in §. porrò.

g In electis. Sicut enim electi tenentur infra menſem iter arripere ad ſedem Apoſtolicam, poſt conſenſum electioni præſtitum, vel poſt obtentam de ſua electione notitiam, ſi eam non contigerit debito tempore præſentari, vt dictum eſt ſuprà. ca. proxi. §. porrò. eodem modo & electores duos de electoribus tenentur tranſmittere infra idem tempus, vt hic dicitur, & in conſtitutione Cupientes. §. ad hoc lib. vj.

h Per capitulum. Iſti, qui mittuntur, debent habere mandatum à capitulo, aliàs nō poſſent dici tranſmiſſi, extra de procur. cap. j. nec capitulum repræſentarent, extra de electio. innotuit. §. & quamuis poſt caſſationem.

*Canonici ad curiam miſſi debent à capitulo mandatū habere.*

i Plures electiones. Puta duæ, vel tres, aut plures.

k Duo. Si ſunt tot electores, alias ſi vnus ſolus aliquem elegiſſet, credo quòd ille deberet venire perſonaliter, ſicut & vnus ſolus opponens venire teneretur infra e. §. vbi verò vnus.

l De parte qualibet. Id eſt, de parte cuiuſlibet electi.

m Idem tempus. Quod ſit hoc tempus, habes ſuprà, capitu. proximo: & dixi de eodem ſupra. §. proxi. in gloſa ſicut enim.

n Com.

n Comparere. Perſonaliter.

o Vna tantum. Supple in diſcordia celebrata.

p Se opponunt. Obijciendo aliquid contra formã electionis, vel contra perſonam electam, extra de electionibus, ſtatuimus, & capi. vt circa. Greg. x. libr. vj.

q Modo ſimili. Id eſt, plenè inſtructi cùm actis & munimentis, & infra tempus, infra quod electores & electi comparere tenentur.

r Inſtructus. cùm actis, iuribus, & munimentis.

s. De alia. Electoribus & opponentibus.

t Præmittitur. Suprà, tribus. §. proxim.

u Comparere. Pone quòd duo aut plures in diſcordia ſunt electi, quibus aliqui ſe opponunt, vt dicitur, ſuprà in §. ſi verò ſint plures, quòd de parte qualibet debent duo inſtructi venire perſonaliter: nunquid in hoc caſu opponentes tenentur ſimiliter venire perſonaliter de parte, qualiter opponentium, ſi ſunt tot opponentes? Videtur quòd ſic, ſuprà §. proxi. & hic. Dic, quòd non eſt verum, vt probatur expreſsè in cõſtitutione Cupientes. §. v. ſi perſonas inſtructas, ibi opponentis vel opponentium, cùm vnicus eſt electus &c. & infra eod. titu. §. ſimiliter, ſi enim venire oporteat perſonaliter duos electores de parte cuiuſlibet electi, & duos de parte qualibet opponente, iam cederet in grande perſonarum, & eccleſiarum grauamẽ, & quod in fauorem & vtilitatem fuit prouiſum, quodammodo tenderet ad noxam, quod eſſe non debet, extra de tranſlat. inter. C. de legi. quod fauore. xlv. di. licet. Sufficit ergo, quòd in hoc caſu opponens vel opponẽtes, procuratores tranſmittant ſufficienter inſtructos ad opponentes ſuas apud ſedem Apoſtolicam proſequendas. *Fauor nõ eſt retorquẽdus ad noxam.*

x Vt eſt dictum, ſuprà e. c. §. j. & ſequen.

y Mittere vel venire. Mirum videtur quod hic dicitur, nunquid, ſi electi venire contemnant aut mittere, cadunt ipſo facto à iure ſuo? Certè ſic, vt, ſuprà, capitu. proximo. §. alioquin, & §. aliàs ſi negligentes.

Ad quid ergo eligentes mittent huiuſmodi perſonas inſtructas? Dic, ad hoc, vt Dominus Papa plenè poſſit inſtrui, qua de cauſa electi nō venerunt vel nō miſerunt, vtrum ſcilicet, propter impotentiam, vel aliam iuſtam cauſam. Nam ſi legitimè impediti venire non potuiſſent nec mittere, non cecidiſſent à iure ſuo ſuprà, c. proxim. ſi verò negligenter & ſine cauſa legitima id omiſiſſent, tunc cecidiſsēt, vt dictum eſt, ſuprà, & ideò, vt Dominus Papa ſuper his & alijs electionis negotium contingentibus certificetur, oportet, quòd huiuſmodi perſonæ inſtructæ mittantur, etiam electis contemnētibus mittere, vel venire, aut expenſas miniſtrare.

*Electi nō venientes ad curiam, ſemper cadunt à iure ſuo.*

Adde an electus impeditus compellatur procuratorem conſtituere inuitus, cùm hæc ſit cauſa ardua. Innocen. Anth. de But. & Abb. Sicul. in c. querelam, de procur. & glo. in di. c. Cupientes. §. inſuper in verbo Impedimento, & ibi Imol. Petr. de Anc. Domini. & Philipp. Franc. & Fran. de Are. in conſi. xvj. col. iij. verſic. ij. reſpondeo, &c. gloſ. infra eod. ca. lix. forma, & viij. quæ ibi dico.

z Inferius. Infra cap. proximo.

a A proſecutione proceſſus. Ita, quòd non admittentur ad petendam confirmationem electionis à ſe factæ, nec etiam ad impugnandam electionem alterius, vel electores eiuſdem, ſimile ſuprà, cap. xxxvj. ibi tamen pœna hoc ipſo iure imponitur, hic per ſententiam, prout ſequitur.

Adde, an caſſata confirmatione, vel quæ caſſanda venit, dicatur electio nulla? dic quòd non, tex. & ibi glo. Arch. Petr. de Ancha. Dominic. Imo. & Philipp. Franc. in c. fi. confirmationem, & c. prouida, eo. libr. vj. & Felyn. in c. conſtitutus, col. x. verſ. leges inſertę. de reſcrip. & ibi optimè vide de confirmatiōe ex certa ſcientia, & quomodo in dubio non noceat, & per Bar. Ang. Paul. de Caſt. & Ang. Are. in l. ſi conſiat. ff. de appel. & in l. adoptio non iure facta, ff. de adopt.

b In

b In eccleſia ipſa. Non ergo hæc pœna extenditur ad beneficia, quæ in alia eccleſia obtinent. vt in conſtitutione Cupientes. §. vel ſi perſonas.

Adde an debeant condemnari in expen. vltra ſuſpenſionem beneficiorum, Dominic. in c. j. §. fin. col. ij. v. quæro an iſto caſu, & ibi Philipp. Franc. & pulchrè Felyn. vltra alios in ca. at ſi clerici. §. de adulte. ris de iudi.

c Priuabuntur. Per ſentẽtiam: nõ enim ſunt ipſo iure priuati, vt patet in conſtitutione Cupientes. §. vel ſi perſonas, vbi ponitur hoc verbum priuẽt, quod eſt futuri temporis: & eſt ſimile, extra de elect. quia propter. §. qui verò.

Adde archi. Pet. de Anch. in c. j. §. fin. & ibi Dom. col. j. verſi. quero an deficiens. & ibi Phil. Fran. eo. li. vj. & Alexand. conſi. cj. volu. j. & Ludo. de Ro. conſil. cccxxiij. & quæ dixi ſuprà eodem c. xxvij. in ij. addi.

*Eccleſia non eſt ſeruitio defraudãda.*

d Paucitatem. Cùm dixerim ſuprà, quòd ſi non ſit niſi vnus ſolus opponẽs, etiam ille venire tenetur, vt ſupra e. §. vbi verò vnus, & eodem modo vnus ſolus eligens: vt dixi ſupra eo. ca. ſuper verbo, duo. Quando poteſt habere locum, quod hic dicitur de paucitate capituli vel contrãdicentium? Reſpondeo. Quando in eccleſia ſunt ita pauci canonici, qui ſi venirent, remaneret ipſa eccleſia omninò deſtituta miniſtris, cùm non ibi ſint alij canonici vel clerici, qui poſſint ſeruire, tunc ne eccleſia debito ſeruitio defraudetur, perſonas huiuſmodi mittere non tenentur, ar. extra de cleri. non reſi. ca. penul.

e Iuſtam cauſam. Puta quia ſunt omnes eligentes infirmi. extra de procur. querelam. v. quæſt. iij. ſi ægrotans: vel habẽt inimicitias capitales, propter quas mittere aliquem de ſeipſis non audent extra, de do. & contu. cùm dilecti: vel ſunt ita pauperes, quòd non habent vnde faciant expenſa, sextra de ſen. excom. quòd de his. & c. quamuis & idem in ſimilibus.

*Eligẽtes multis ex cauſis excuſantur, ne ad curiam mittere teneantur.*

f Inſtructum. Cùm actis, iuribus & munimentis

electionem & electionis proceſſum cõtingentibus.

Adde an iſte procurator poſſit obijcere contra electum crimina ſine ſpeciali mandato Archi. Petr. de Ancha. & Docto. in cap. j. & c. procurator, e. lib. vj. & Ludo de Ro. conſil. lxj. & glo. infra eod. c. lix. forma, xvj. in verbo crimina.

*Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*

g Cauſſa ceſſante. Scilicet infirmitatis & inimiciarum: aut paupertatis ſeu alia, propter quam impediti non potuerant mittere. Cauſa enim ceſſante ceſſare debet effectus. extra de iureiuran. & ſi Christus, vbi de hoc.

Ade, an ad hoc probandum impedimentum huiuſmodi requiratur plena probatio, vel ſufficiat iuramentũ, aut ſaltem ſufficiat ſemi plena probatio, Spe. titu. de apellationi. §. nunc breuiter. verſicu. ſed quid ergo, & Archidiaco. Pet. de Ancha. Dominic. & Philip. Francus in dict. con. Cupientes. §. inſuper, & Oldradus conſil. clxxiij. & Alexand. cõſil. xlix. volumine ſecundo.

h Supradictas. Supra eodem, §. notandum, & duobus, §. ſequentibus.

i Præmiſſas pœnas. Excluſionis à proſecutione proceſſus & priuationis prouẽtuum beneficiorum.

k Punientur. Quia excludentur per ſententiam à proſecutiõe proceſſus, & à perceptione beneficiorũ, quæ in eclceſia ipſa obtinent, per continuum triennium, niſi excuſentur iuſta de cauſa, vt dictum eſt de eligentibus ſuprà, §. proxim.

l Si non venerint. Sufficiẽter inſtructi, & hoc cùm ſunt duo, vel vnus tantum, ſuprà eod. §. ſi autem, & §. vbi vero.

m Aut nõ miſerint. Cùm ſunt plures, quàm duo.

n Dictum. Suprà eo. §. ſi autem.

*Eligentiũ negligentia non nocet electis.*

o Generatur. Nam poterunt petere confirmationem ſuarum electionum, & aliàs ius proſequi ſuum, ac ſi eligentes vel opponentes veniſſent, aut miſiſſent, negligentia enim vel malitia ipſorum electis obeſſe

obeſſe non debet, extra de electionibus, cùm in vete. ri, & C. de in offici. teſt. ſi quis ſuo.

Adde, an ſententia lata contra electores, & econ. tra, Felyn. in capitu. penultim. columna. v. in fine, cum ſequen. de re iudicata.

p Qui non poſtulant. Hic eſt duplex littera, & v. traque vera ſecundum diuerſitatem opinionum, quas habes infra, gloſa proxima. Vna dicit, qui non poſtulant alijs eccleſijs alligatos, ſed patientes, &c. Alia dicit, ſiue poſtulent alijs eccleſijs alligatos, ſiue patientes, &c.

*Poſtulantes alijs eccleſijs alligatos an teneātur perſonas inſtructas ad curiā mittere.*

q Alligatos. De quibus alligatis intelligatur iſtud, dixi ſupra, capitu. proxim. §. vltimo. Et cùm circa poſtulatos ſic alligatos, nihil de veteris iuris obſeruantia immutetur, vt dicitur in conſtitutione Cupientes. §. denique. Dicunt quidam, quòd hi, qui poſtulant eos, non tenentur mittere perſonas, de quibus ſequitur, ſed ſtabitur iuribus antiquis, per quæ ſufficere videtur, vt mittant procuratorem ſeu procuratores ſufficienter inſtructos, extra de po. bonæ. ij. & capitulo ſequent. & extra de elect. ſtatuimus. libr. vj. Alij dicunt, quòd qua ratione alij, qui alios poſtulāt, tenentur perſonas inſtructas mittere, prout ſequitur, ad hoc ſcilicet, vt plenè inſtrui poſſit, & eccleſiæ vacantes celeriter expediri: eadem ratione tenentur & iſti, cùm ſicut in illo caſu, ſic & in iſto ſit neceſſarium, vt cauſæ plenè inſtruantur, & eccleſiæ citò expediantur. Similis enim æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere videtur. C. ad l. fal. l. vltim. extra de confirm. vti. cum dilecta. extra de tranſlatio. inter, & hoc eſt tutius.

*Poſtulatione cōcorditer facta duo ſunt mittendi ad curiam, ſed ſi fuerit diſcors duo de qualibet parte.*

Adde glo. huic ſimilem, ſupra, ca. proxim. in verbo alligati. & in cap. lv. in verbo eccleſiæ, & glo. in d. c. Cupientes, in verbo opponens, & in §. denique, & vtrobique per Archi. Petr. de Anchar. Dominic. & Philip. Franc. & Oldra. conſil. cj.

r Conſimiles. Puta ſicut illegitimè natos, vel cor-

pore vitiatos. Quod dic, vt ſuprà, c. proxim. §. vlti. & ſuprà, capit. liiij.

ſ Ad ſedem Apoſtolicam. Tunc mittendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, cùm agitur de poſtulatiõe facta ad eccleſiam cathedralem, vel ad eccleſiam regularem exemptam, vel etiam non exẽptam, ſi tamen ſit appellatum: vel ſi eſt caſus talis, in quo non poſſit per alium, quàm per Papam diſpenſari. Quod dic, vt notatur ſuprà, c. proxi. §. vlti. in glo. quod hic dicitur.

Adde, an Papa reſcribens ſuper inutili electione vel poſtulatione, videatur eam confirmare, Ioan. de Imo. in conſil. cxxxij.

t Superius. ſuprà, capitu. proximo.

u Præmiſſum. Hoc vult dicere litera iſta, ſicut in concordi electione ſunt duo inſtructi per capitulum mittendi, ſuprà, c. proximo. §. j. & in diſcordi, duo de parte cuiuſlibet electi eod. ca. §. ſi verò plures, & §. ſequenti. ſic & in poſtulatione concordi duo per capitulum, & in diſcordi duo de parte cuiuſlibet poſtulati ſunt mittendi, vt hæc probantur, extra de electio. Cupientes. §. denique. Adde, quando dicatur fieri electio vel poſtulatio in concordia, Abba. Sicu. in c. in cauſis. col. iiij. verſic. poteſt etiam notari. & Bal. in c. licet in princ. & in c. cùm inter canonicos. e. & Abb. & Bal. in cap. non poteſt, & ibi Felyn. col. vj. verſicu. verbum concorditer, de re iudica. & glo. in c. vbi periculum. §. idem quoque, in verbo plena, & ibi Petr. de Ancha. Dominic. & Philip. Franc. & glo. in c. Cupientes. §. ad hæc, in verbo concorditer, eod. lib. vj. & Ludo. de Ro. in conſil. cccxij. colũ. ij. verſicu. quoad quartum, & glo. in cap. quorundam, e. lib. vj. & Bart. de firm. in tracta. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. liij.

x Ibidem poſita. Suprà, c. proximo. §. cæterum.

## Quis prouidere habeat in expenſis, quæ electionis vel poſtulationis negotium proſequuntur.

CAP. LVIII.

DE adminiſtrandis expenſis perſonis, quæ pro electionis negotio ad ſedem Apoſtolicam diriguntur, hoc iure nouiſsimo. a. eſt tenendum, quòd vbi vna electio in concordia celebratur, de bonis ad prælatum ipſius eccleſiæ, de cuius electione agitur, pertinentibus, b. ſi bona inter prælatum & capitulum ſint diſcreta. c. Alioquin. d. de bonis cõmunibus e. vel per ipſum capitulum. f. aliunde prouiſis, ſi de ipſis diſcretis, vel communibus nequeant. g. tunc haberi, ſunt duobus, h. qui per ipſum capitulum tranſmittuntur, expenſæ. i. huiuſmodi miniſtrandæ. Vbi verò plures electiones in diſcordia celebrantur, vel etiam vna tantum, cui aliquis, vel aliqui ſe opponunt, tunc electus quilibet duabus de parte ſua perſonis prouideat in expenſis, quòd ſi contempſerit. k. priuabitur l. omni iure, quod ſibi per electionem fuerat acquiſitũ, niſi propter facultatum impotentiam excuſetur. m. Opponens autem, vel opponentes, ſi duo tantùm fuerint, ſibiipſis, vel ſi plures, duobus, quos ipſi decreuerint deſtinandos, expenſas huiuſmodi adminiſtrent. n. Cæterùm, cùm electi propter facultatum inopiam, vel aliàs prouidere nolunt in præmiſsis. o. caſibus de expenſis, puto, quòd eligentes, niſi & ipſi propter impotentiam excuſentur, eas debeant miniſtrare. p. cũ ipſi teneantur perſonas. (vt præmiſſum eſt). q. mittere ſupradictas, etiã ſi opponẽtes, vel electi mittere, vel venire, aut expenſas contempſerint miniſtrare. Sanè de poſtulatis breuiter eſt tenendum,

*quòd ipſi non tenentur expenſas aliquibus exhibere.r, ſed poſtulantes.ſ.concorditer, vel diſcorditer eas debent perſonis huiuſmodi miniſtrare.t.*

Electionis expenſæ de quibus bonis fiant.

DE adminiſtrandis, &c.

a Nouiſſimo. extra de elect. Cupientes. vnde ſumitur hoc capitulum.

b Pertinentibus. hoc eſt conſonum rationi, vt de bonis pertinentibus ad alium, pro cuius honore certatur, fiant huiuſmodi expenſę, extra de elect. vt præteritæ, & c. Cupientes, eo. ti. §. ad hoc.

Adde Bald. & Abb. Sicul. in d. cap. præteritę, col. j. ver. in glo. ibi, vel aliàs, & Archid, Domi. Pe. de Anch, Philip. Franc. in d. con. Cupientes, §. fin. & Doct. inf. in verbo adminiſtrent, alle. & plenè Bar. de Firmo, in tract. de epiſcopo, in j. parte, lib. iij. quæſt. xxxix. Et de expen. poſtulati, vide Abb. in capitul. bonæ, in ij. de poſtu. prælat.

c Diſcreta. i. diſtincta, ex. de reſcrip. edoceri.

d Alioquin. i. ſi non ſint bona diſtincta.

e Communibus. i. ad capitulum & prælatũ ſimul ſpectantibus.

f Capitulum. Cùm enim capitulũ habeatur proſequi electionis ſuæ negotium, extra de elect. vt præteritę, neceſſe habet prouidere de expẽſis: ex quo nõ extant bona diſcreta, vel communia, vt hìc dicitur, & eo. ti. Cupientes, §. ad hæc.

Adde, an capitulum ſede vacante poſſit pro cõfirmatione electionis eorum pręſulis exigere caritatiuũ ſubſidium, glo. fin. Archid. Dominic. Pet. de Anch. & Philip. Franc. in §. ad hoc, hic alleg. Et quando poſſit imponi, Calde. cõſ. iij. de cenſi. quod no. pro domino Bituricen. & epiſcopo Claramon. ac cęteris epiſcopis eiuſdẽ domini Bituricen. ſuffraganeis, & alijs in eorũ iucundo aduentu caritatiuũ ſubſidium imponentib.

g Nequeant. Cõmodè, ff. de verbor. ſignific. l. nepos, Proculo.

Adde,

Adde, an mendicans poſſit eligi, vel poſtulari, vide glo. Archi. Pet. de Anch. Domin. & Philipp. Franc. in c. quorundam, eo. lib. vj. & Barth. de Firm. in tract. de epiſcopo, in j. parte, lib. ij. q. xxxvij.

h Duobus. ad minus, ſup. c. proximo. §.

i Expenſæ moderatæ, ac neceſſariæ, non delicatæ, aut ſuperfluæ. Quod dic, vt notatur extra de electione, vt præteritæ.

k Contempſerit. Contemnere intelligitur in hoc caſu electus, ſi requiſitus nō vult expenſas exhibere, cùm poſſit, argu. op. extra de iureiuran. breui & extra de ſentent. excommunic. cùm medicinalis, §. exemplum, libro ſexto: nec tenentur, vt puto, de iuris rigore ipſas offerre, ſed ſufficit, quòd paratus ſit ſoluere, ff. quorum lega. l. ij. §. ſecundo, l. iij. §. primo, ſi tamen eas offerret etiam non petentibus, & de oblatione fieri faciat publicum inſtrumentum, vt de ea poſſit conſtare, cautè agit. Nam per hoc conſtat de voluntate ipſius, nec de negligentia, vel contemptu poteſt quicquam vlterius opponi contra ipſum. *Electus in diſcordia duas perſonas ſuis expenſis mittat ad curiam.*

l Priuabitur. Per ſententiam, non enim eſt ipſo iure priuatus, imò eſt neceſſaria ſententia, vt colligitur ex cōſtitutione Cupientes, §. ſi verò, vbi ponitur hoc verbum priuentur, quod eſt futuri temporis, ſimile ſup. c. proxi. §. cæterùm.

m Excuſetur. Ex quo enim non habet, vnde ſoluat, tutus eſt, extra de ſolutione, Odoardus. Nam inanis eſt actio creditoris, quam excludit inopia debitoris, extra de reſtitutio. ſpoliatorum, olim ij. et. ff. de dolo. nam is.

*Paupertas prodeſt.*

Adde, quòd paupertas prodeſt, text. glo. Bar. Bald. & Docto. in l. ſi procuratorem, §. ſi ignorans, ff. mandat. & l. paupertas, ff. de excuſa. tu. & Ioan. Fab. Ang. Are. in §. ſed & propter paupertatem, Inſti. eo. & Ange. Areti. in tract. malefi. in glo. in verbo, che me hay adulterato la mia dona. ver. an patri, vbi dicit, quòd à tali prodeſſe paupertatis libera nos Domine, allega.

glo.in l.cùm non facilè,ff.ſi cui pluſquã, per l.fal.quę mihi hoc non dicit.

n Adminiſtrent.De ſuo proprio,extra de elec.Cupientes,§.ſi.

Adde,quando ſunt plures electi, vel opponentes, quorum expenſis debeat confirmatio proſequi. Archi.Domini.& Cardin. Alex. in c.fin.lxiij.diſtinct.& pulchrè Ang.conſilio ccxliiij.& ſequen. & Cardin.Alexan. in c. fin.lxv. diſt. & in dicta c. Cupientes,§.ad hæc,& §.ſeq.& vtrobique per Pet. de Anch. Domi.& Phil.Fran. Et an dicantur conuerſæ in vtilitatem eccleſiæ,& quomodo probetur, vide per Fre.de Ze.cõſ. cxix.Et quid in ſecularibus officijs per glo. Io.de Pla. & Luc.de Penna,in l. ad ſubeunda, C.de decu.libr.x. & quæ dico inf.poſt glo.vlt.

o In præmiſſis.ſup.eo.§.vbi verò.

p Miniſtrare. hoc apertè probatur, extra de elect. Cupientes,§. vel ſi perſonas,in princ. quid ſi non habent,vnde? Credo, quòd tunc debeant miniſtrari de bonis prælati,vel de communibus, prout not. de poſtulantibus,inf.eo.in glo.quæro.

Adde ad hanc q. glo.vl.in d.§.fin.& ibi Archi.Domi.Imol.& Phil.Fran.& Oldra.conſi.xxvij.qui tenẽt cum Mandago.hîc, quòd eligentes teneantur,& Ioã. An.in addi.Spe.ti.de expen.in verb. inter canonicos, & ita ſeruatur in prac. ſecundũ Imol. vbi ſup. Et quis dicatur mendicãs per Arch. Ioan.And.Pet.de Anch. Domin. Imo. & Philip.Franc. in c.quorundam,ver. volentes,eod.lib.vj.& Fred. de Zenis conſi.cxlv.

q Præmiſſum eſt.ſup.ca.proxi.§.cæterùm.

r Exhibere.ex.de elec. Cupientes,§.denique.

ſ Poſtulantes. Qui poſtulant patientes defectum in ordinibus,vel ætate,aut eis ſimiles,ſup.c.proxim. §.poſtulantes, de his enim loquitur conſtitutio Cupientes,§.denique. Quid de alijs,qui poſtulant alijs eccleſijs alligatos, circa quod nihil de veteris iuris obſeruantia immutatur, prout innuitur in præ.§.denique,

nique. Credo, quòd ex tunc, ſi poſtulatio ſit in concordia facta, debeant fieri expenſæ de bonis eccleſiæ vacantis, arg. extra de elect. vt præteritæ. Si in diſcordia, quòd quælibet pars ſibi prouidere habeat, vt dictum eſt ſupra, §. proximo, de eligentibus, quando electi non poſſunt, vel nolunt adminiſtrare expenſas. Iſta enim videtur fuiſſe mens conſtitutionis prædictæ Cupientes, quòd in proſequendis electionibꝰ, vel poſtulationibus in diſcordia celebratis eccleſiæ non grauantur expenſis.

*Poſtulatione facta quis expenſas miniſtrabit pro illius expeditione.*

t Miniſtrare. Quæro de quibus bonis ſint miniſtrandæ iſtæ expenſæ? Dic, quòd ſi poſtulatio eſt concors, de bonis ad prælatum pertinentibus, vel de cõmunibus, iuxta diſtinctionem poſitam, ſup. eo. ca. in prin. & in conſtitutione Cupientes, §. ad hoc argum. extra de elect. vt præteritæ. Si verò ſit diſcors, de ſuo proprio tenẽtur adminiſtrare ipſas, ſicut dixi de poſtulantibus alijs eccleſijs alligatos, ſup. in proxim. gl. & eſt argu. ad hoc in conſtitutione prædicta, Cupientes, §. vel ſi perſonas, & §. denique. Et ſi non habet, vnde: credo, quòd tunc ſint miniſtrandæ de bonis prælati, vel de communibus, iuxta diſtinctionem præfatã, extra de accuſatio. ex parte, & c. olim. Cùm enim iſti vtilitatem ſuarum eccleſiarum proſequãtur, procurãdo, quòd habeant bonum prælatum, iuſtum eſt, quòd habeant expẽſas ab ea, xij. q. ij. caritatẽ, ff. quòd cuiuſque vni, ſicut municipij.

*Expenſæ poſtulationis expediendæ, vnde ſumentur.*

Adde Bart. Ioan. de Pla. & Luc. de Penna, in l. ij. C. de decuri. lib. x. & in l. vna, C. de ſumpti. recuperam.

## Explicit prima pars.

# INCIPIT SECVNDA PARS, IN QVA PONVNTVR XVIII. FORMAE INSTRVMENTORVM,

*& literarum ſuper his, quæ occurrunt in electionibus faciendis. Et hæc pars continet duntaxat vnum capitulum, in quo ponuntur xviij. formæ inſtrumentorum.*

## CAP. LIX.

*Licet in ſuperioribus. a. poſſet ad plenum quiſq; intelligens ſuper ordinãdis electionibus, ſeu poſtulationibus informari, tamen propter ſimplices, qui neſcirent ea forſan in actum deducere, b. ſicuti expediret, in hac parte ſecunda ſubijciendas decreui formas inſtrumentorum & literarum de his, quæ occurrunt in ipſis electionibus, vel poſtulationibus facienda, per quas nonnulla ſuperius dicta declarantur, & ſupplentur aliqua, quæ inibi fuerant præmiſſa.*

Licet. Hic ſignatur, ca. lix. & eſt ſecunda pars, ſub qua ponuntur, xviij. formæ, quæ licet rubricas habeant ſpeciales, non tamen per capitula, ſed paragraphos diſtinguuntur.

a In ſuperioribus. A principio huiuſmodi libelli vſque huc.

b Deducere. Nam licet quis iuris habeat peritiam, non tamen habet interdum iuris exercitium, & ob hoc aduocati in cauſis exercitati alijs preferuntur, C. de poſtul. prouidendum, & argument. extra de ſta. mo. in ſingulis.

Qua-

## Qualiter per præſentes ad eligendum debeat terminus aſsignari, & ad citandum abſentes nuncius deputari.

### FORMA I.

*IN nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, quòd defuncto anno tali & die* .a.*tali bonæ memoriæ Domino P.* b.*quondam epiſcopo Nemauſen. ipſiusq́; corpore tradito eccleſiaſticæ ſepulturæ.*c.*Præpoſitus. et tales.*d.*ipſius eccleſiæ canonici tunc præſentes.* c.*ſe in capitulo eiuſdem eccleſiæ receperunt, & deliberatione inter ſe habita diligenti diem.*f.*talem manè hora.* g.*capituli cum continuatione.*h.*omnium dierum ſequentium præfixerunt ad electionem futuri pontificis in ipſo capitulo celebrandam, & ad omnia alia.*i.*facienda, quæ ipſius electionis negotium contingere dignoſcuntur, & quia tales k.canonici eiuſdem eccleſiæ tunc temporis erant abſentes, qui debebant ad electionem huiuſmodi conuocari.*l.*ad vocandum ipſos ad terminum ſupradictum B. præſentem.* m.*ibidem & mandatum ſpontè.*n.*ſuſcipientem ſuum certum & ſpecialem nuncium deputârunt, iniungentes eidem, vt ex parte ipſorum citet.*o.*eoſdem, ipſisq́; denunciet, quòd niſi venerint.*p.*in termino ſupradicto, procedetur in ipſo electionis negotio eorum abſentia non obſtante, uec vlterius.* q.*vocabuntur, etiam ſi eundem terminum contigerit prorogari. Actum, &c.*

IN nomine Domini, &c. Et hîc & in ſequentibus formis debent fieri formæ, ∮.& non literæ groſſę, quia

*Inſtrumen.ũ an debeat cõtinere inuocationem diuini nominis.*

quia omnes formæ diſtinguuntur per paragraphos, & non per capitula, vt dixi ſup.in princ. huius c. Sed nunquid eſt neceſſariũ, ꝙ inchoetur inſtrumentũ taliter, vt dicatur, in noĩe Domini? Non, ſed ita faciunt cõmuniter tabelliones, maximè in curia, & bene.nã oẽs actus noſtros debemus in nomine Domini inchoare,xxiij.di.in noĩe Domini, & ſup. cap.j.vbi de hoc. Adde,quæ dixi in d.c.j.

a Die tali. Annus & dies mortis prælati debẽt poni in inſtrumento, vt ſciatur, quando eccleſia vacare incepit, vt dicetur inf.forma vij.

Adde Spec.eod. §.j. vbi ſimilem formam ponit,& Ioan.And.in capitu.quia propter, in fin. & Barth.de Firm.in tracta. de epiſcopo, in prima parte, libro tertio, quæſtione prima.

b Domino. P.Nomen prælati debet exprimi, vt ſciatur, per cuius mortem vacauit eccleſia, extra de poſtula.præl.c.bonæ,j.& ij.

c Sepulturæ.An poſſit fieri electio,antequam corpus defuncti ſit traditum ſepulturæ, habes ſuprà capitulo primo.

*Abſentiũ nomina inſtrumento ſcribẽs falſarius.*

d Tales. exprime nomina præſentium,& caue, ꝙ non ſcribas in inſtrumento abſentium nomina,quia falſum eſſet inſtrumentum, extra de his, quæ fiunt à præla.ſine communica.c.quanto.

Adde,an ex eo,quod notarius dicit interueniſſe,a. b.c.quæ faciunt duas partes totius capituli, cũ re vera non repræſentarent, dicatur falſarius? Frederi.de Zenis, conſilio ccliiij. & conſil.cclxxxvj. qui tenet,ꝙ non,& quæ dico inf.eo.in verbo tales.

e Tunc præſentes. Aſſignatio termini ad eligendum,& vocatio abſentium pertinet ad præſentes, vt dixi ſup.capi.iiij.

f Diem talem.Exprime diem. Adde,an poſt ipſum diẽ, vel ante diem ad electionem celebrandã aſſignatũ electio facta valeat? Bar.de Fir. in tra. de epiſcopo, in j.parte,lib.j. quæſt.x. & xj. & Angel.Bald.& Doct.

Mo.in

Mo. in l. poſt mortem, C. de fideicom. & B. in l. cũ pater, §. à filia, ff. de leg. ij. concluditur, quòd non, quod intellige, vt no. ſup. c. xxix. Quid ſi illa die ſit feriata, an poſſit fieri electio? Spe. titu. de ferijs, §. ij. verſi. de cauſis, tenet, quòd ſic, & glo. in clemen. ſæpè, in verbo, ob neceſſitates, de verbor. ſignifica. & B. de Firm. vbi ſuprà quæſt. xij.

g Hora capituli. licet hoc nõ exprimatur, nihilominus illa hora venire tenẽtur abſentes citati, ſup. capitulo decimo ſeptimo. *Abſentes cõpareant hora capituli.*

Adde, quòd in citatione locus, vbi celebrari debet electio, eſt inſerendus, ſecundum Specu. eod. §. j. col. iiij. & Bar. de Firm. in ij. par. libro primo, quæſt. iij. & quæ dixi ſuprà, eo. capitu. xix. in verb. in capitulo.

h Cum continuatione. Hoc ponitur ad cautelam, vt ſuprà capitulo xviij. poſſunt enim aſſignare vnam ſolam diem, vel plures, prout expedire videtur.

Adde Spe. e. §. j. qui idem tenet, & quæ dixi ſuprà, eo. c. iiij. in verbo continuatione.

i Alia facienda. Puta ad decretum faciendum, & procuratores conſtituendum, pro electionis negotio proſequendo, & alia, quæ neceſſaria fuerint, ſic extra de do. & cont. venerabilis.

k Tales. Exprime nomina illorum.

Adde, an ſi notarius aliquos, qui in principio electionis erant præſentes, & electione nondum perfecta receſſerant, nominauerit, cenſeatur falſarius, Bal. in conſi. ccxiiij in ſecundo dubio, vol. iij. & glo. infr. eo. forma vndecima, in verb. capitulum.

l Conuocari. qui abſentes, à quo loco ſint vocandi, dixi plenè ſup. c. v.

m Præſentem. Abſens etiam poſſet conſtitui, ff. de procurato. lib. j.

Adde inf. e. c. vlti. forma v. & quæ ibi dico poſt gl.

n Sponte. mandatum ſuſcipere nemo cogitur, ſed ſuſceptum neceſſe habet adimplere, ff. mand. ſi quis alicui, §. ſi mandato, extra de teſta. Ioannes. *Mandatũ ſuſceptum tenetur quis adimplere.*

o Citet

o Citet eoſdem. Citatio benè poteſt fieri per nũtium, extra de ap. cùm parati, vbi de hoc. Vtrum autem credatur iſti nuncio dicenti ſe citaſſe, dixi ſuprà, capitulo iiij.

p Niſi venerint. Simile, extra de in integ. reſti. cum literis.

*Citatio abſentium an debeat comminationem continere.*

q Nec vlterius. Hæc comminatio ponitur ad cautelam, nam licet dicant aliqui, quòd ſufficit ſimpliciter ſemel vocari abſentes, tutius tamen eſt, vt ſic fiat citatio, vt dixi ſuprà capitulo xviij.

## Qualiter, ſi abſentes inuenti fuerint, per nuncium ſunt citandi.

### FORMA II.

*IN nomine Domini, Amen. Anno tali & die a. tali. B. nuncius præpoſiti, & capituli eccleſiæ Nemauſen. deputatus ad citandum tales ipſius eccleſiæ canonicos, pro electione futuri Pontificis in eadem eccleſia celebranda, citauit. P. canonicum Nemauſen. perſonaliter. b. inuentum ex parte præpoſiti & capituli prædictorum, vt die. c. tali manè hora capituli, quam diem & horam ſibi vnà cũ omnibus diebus ſequentibus præfigebat. d. ad capitulum Nemauſen. debeat conuenire, ſimul cum ipſis in electione huiuſmodi proceſſurus, et aliàs facturus, quæ ipſius electionis negotium contingere dignoſcuntur, eidem denuncians, quòd niſi venerit in termino ſupradicto, procedetur in ipſo electionis negotio eius abſentia non obſtante, nec vocabitur vlterius, etiam ſi eundem terminum contigerit prorogari. Ad faciendam autem fidem. e. ſui mandati, exhibuit idem nuncius*

*eius dicto Petro quoddam inſtrumentum.* f. *publicũ, cuius tenor noſcitur eſſe talis. In nomine Domini, Amen,&c. vſque in finem.* g. *actum,* h. *&c. Sanè ſi citãdus nequeat perſonaliter inueniri, tunc nuncius ſupradictus præfatũ.* i. *inſtrumentũ legat, ſeu legi faciat publicè in eccleſia, vel in loco, vbi cõſueuerat cõmorari,* k. *& ipſum licet abſentẽ citet ad præfixum terminum, faciens inde fieri ſub forma, quæ ſequitur, publicum.* l. *inſtrumentum.*

IN nomine Domini, &c.

a Die tali. Exprime diem, & annum, & alia, quæ in inſtrumentis conſueuerunt apponi.

b Perſonaliter. hoc eſt exprimendum ad hoc, vt ſciatur, an ſit inuentus, vel non.

c De tali. exprimat diem nuncius & annum, & caueat ſibi, ꝙ non recedat à forma mandati ſibi facti, q͞a ſi faceret, citatio non valeret, ff. mand. diligenter, extra de reſcrip. cùm dilecta. *Nuncius citans formam citationis obſeruet.*

d Præfigebat. procuratorio nomine prædictorum hoc iunge in inſtrumento.

e Fidem ſui mandati. aliàs non tenetur ei credere citatus, arg. extra de offi. deleg. prudentiã, j. reſpon. & ex. de hæred. cũ ex iniuncto, verſi. ꝙ ſi fortè, & no. per In. ex. de elec. cũ inter vniuerſas, ſuper verb. cũ literis. *Citans fidem de mandato facere tenetur.*

Adde tex. & ibi B. Bald. Ang. & Saly. in l. fin. & Alex. in addi. ad. B. C. de exhi. reis, & in l. vna de manda. princi. & Fely. in c. cùm in iure peritus, ff. de offic. de leg. & Bar. in. extra ad reprimen. in ver. per literas, & B. Bald. & Saly. in l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex, Ang. Aret. in §. quadrupli. de acti.

f Inſtrumentum. Cõtinens mandatum ſibi factũ, ſub forma, ſup. prox. poſita, vel alia competenti.

g Vſque ad finem. expedit, quòd tenor procuratorij inſeratur in inſtrumento citationis ad hoc, ne ci-

tatus poſſit allegare mandatum ſibi per citantem nõ fuiſſe oſtenſum.

h Actum, &c. Debent poni nomina teſtium & ſubſcriptio tabellionis, ac ſignum eiuſdẽ, ſecundũ quod eſt conſuetum in inſtrumentis fieri.

i Præfatum inſtrumentum. Continens mandatũ ſibi factum.

k Commorari. Sic debet fieri citatio, vbi citandus inueniri non poteſt, ex de do. & contu. cauſſam quæ, & c. venerabilis, & ſup. c. v. §. ſanè.

Adde, quòd in huiuſmodi citatione, ſeu poti⁹ monitione & requiſitione, cùm capitulum non habeat iuriſdictionem, & ſic non poteſt citare, ſed monere, & requirere, ſecundũ Inno. in c. cùm nobis, & ibi Ab. Sicu. col. pe. ver. an aũt duæ partes, eo. debet apponi, quòd eoſdem citet perſonaliter, ſi appręhendi commodè poſſint, ſin autem ad eccleſiam, vel ad domum ſolitæ habitationis. Et ſi habitationem eoſdem non habere reperierit, citet ad locum, vbi conuerſari & hoſpitari conſueuerunt, vt notat. ſuprà, capitu. v. & Bar. in l. iiij. §. prætor, col. ij. poſt prin. quem ibi ſequũtur Moder. ff. de dam. infecto, tamen ſi prædicta non ponantur, ſed ſimpliciter, quòd citet, intelligitur ciuiliter, ſecundum iuris formam, l. ſi ita ſtipulatus, ff. de vſur. Et iſto caſu relatio nuncij debet inſcribi magis ampla, ita, quòd omnia prædicta includantur, ſecundum Bar. vbi ſup. & formas hic & ſeq. per ipſum Mandago. inſertas, quòd no.

*Citatio per quid probabitur.* l Publicũ inſtrumentũ. Vel habeat teſtes, q̃ audiãt citationẽ, leui⁹ tamẽ ꝓbabitur citatio ꝑ ĩſtrumentũ, q̃ per teſtes, aliàs niſi ꝓbaret citationẽ ꝑ inſtrumẽta, vel teſtes, nõ crederetur ſibi, altera parte negante, ſe citatum fuiſſe, vt dixi ſuprà capitulo quarto.

Adde, quæ ibi dixi in additione vltima.

## Qualiter, ſi abſentes non inueniantur perſonaliter, ſit in loco publico citatio faciẽda.

FOR-

## FORMA III.

IN nomine Domini, &c. B. nuncius præpoſiti et capituli eccleſiæ Nemau. deputatus ad citandum tales ipſius eccleſiæ canonicos pro electione futuri epiſcopi in eadem eccleſia celebranda, vt conſtabat.a.per quoddam publicū inſtrumentum, cuius tenor inferius cōtinetur, volens, vt dicebat, citare per canonicum Nemauſen. conſuetū morari in ſtudio Tholoſano, ſi ipſum poſſet perſonaliter inuenire. ideo, quia eundem non inueniebat, legi fecit publicè inſtrumentum ipſum in maiori.b.eccleſia Tholoſana, præſente cleri & populi multitudine copioſa, & eo lecto citauit ibidem alta voce dictum P. ex parte præpoſiti & capituli prædictorum, &c. ſicut ſuprà.c. vſque ibi. prorogari. Tenor autem inſtrumenti præfati noſcitur eſſe talis.

IN nomine Domini, & cætera.

a Vt conſtabat. Hoc non debet ſcire tabellio, niſi viderit inſtrumentum, ſed debet tunc dicere, vt conſtare dicitur, per quoddam aſſertum publicū inſtrumentum.

b Maiori eccleſia. Hoc ideo fit, vt prætendere non poſſit ignorantiam, extra de poſtu. præ. capitu. primo, xvj. diſtin. quòd dictis ar. C. de anna. ex l. vt perfectius: conſulo autem, quòd in eccleſia, vel beneficio, ſi quod habet, & etiam in domo, vbi cōſueuit morari, talis citatio fiat. vt ſup. §. proxim. & ſuprà capitu. v. vbi de hoc, & extra de do. & contum. cauſam quæ, cum ſimilibus.

*Canonicus abſens ſi non inueniatur, qualiter citabitur.*

Adde tex. in clem. cauſam, & ibi Cardina. de Zaba. & Imo. eodem, & Maria. Zoſi. in repeti. dict. capitul.

 cauſam,

cauſam, & extra vaga. Boniſa. octaui. rem nõ nouam aggrediamur, de dolo & contu. & quæ dixi ſuprà, ca. proxim. in addi. pen.

c Sicut ſuprà, in forma proxi. ibi, vt die tali, &c.

Si capitulum abſentes citare voluerit per literas, qualiter huiuſmodi literæ ſint formandæ.

FORMA IIII.

*IN nomine Domini, &c. vſq; in finem.* a. *Actum, &c.* B. *præpoſitus & capitulum.* b. *eccleſiæ Nemauſen. dilectus in Chriſto talibus.* c. *eiuſdem eccleſiæ canonicis ſalutem in Chriſto ſalutis auctore. Cùm recolendæ memoriæ Dominus. B. quondam epiſcopus Nemanſen. tali die, quod non ſine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ ſoluens debitum.* d. *ſpiritum ſuo reddiderit creatori, nos ipſius corpore tradito reuerẽter eccleſiaſticæ ſepulturæ, nolentes, quòd noſtra eccleſia paſtoris exiſteret ſolatio diutius deſtituta.* e. *talẽ diem cùm continuatione.* f. *omnium dierum ſequentium* g. *concorditer præfiximus ad electionem futuri Pontificis in noſtro capitulo celebrandã, & ad alia.* h. *omnia peragenda, quæ ipſius electionis negotium contingere dignoſcuntur. Vt igitur ignorantiam prætendere nequeatis, vobis præfixionem huiuſmodi duximus intimandam, mandantes, quatenus dicta die manè hora capituli, quam diem & horam cum omnibus diebus ſequentibus, quouſq; ipſius electionis negotiũ fue-*

rit

*rit expeditum, vobis tenore præſentium aſsignamus.i. ad Nemauſen.capitulũ veniatis, vna nobiſcũ de futuri electione Pontificis tractaturi, & in ipſo electionis negotio modo debito proceſſuri. Alioquin.k. vobis non expeccatis, nec vlterius etiam, ſi prædictus terminus prorogatus fuerit: conuocatis, in huiuſmodi electionis negotio procedemus, veſtri abſentia non obſtante. Ad iſtas.l. autem literas præſentandas. B. latorem ipſarũ ſpecialiter duximus deputandum. Datum, &c.*

IN nomine Domini, &c.

a Vſque in finem. Ponatur tenor, vt dixi ſup. forma proxima.

b Capitulũ. Cautè ages, ſi exprimas nomina præſentium, vt ſciatur, cuius mandato fiat citatio, & dices ſic. B. præpoſitus, & tales canonici Nemauſen. facientes in hac parte capitulum Nemauſen. dilectis, & cætera.

c Talibus. Exprime nomina illorum.

d Debitum. Hoc debitum nemo poteſt vitare, extra de poſtulatio. bonæ, in prin. extra de teſtam. capi. Raynaldus, §. demum.

e Deſtituta. Ne lupus rapax gregẽ dominicũ inuaderet, & eadem eccleſia detrimentum in ſuis facultatibus pateretur, extra eodem, ne pro defectu. *Eccleſiarum diuturna vacatio eſt periculoſa.*

Adde glo. ſuprà in probe. in verbo viduatę, & quę ibi dixi.

f Cum continuatione Super hoc dic, vt ſuprà cap. iiij. & xviij. & ſup. forma j. & c. xvij.

g Sequentium. Quouſq; fuerit electio celebrata, vt infrà ſequen.

h Alia. quæ ſunt iſta alia, dixi ſuprà forma j.

i Aſſignamus. Citatio abſentium ſpectat ad præſentes, etiam ſi non fuerit, niſi vnus ſolus præſens, vt dixi ſuprà cap. iiij.

k Alioquin. De iſta comminatione, dic, vt ſup. c. j. & forma j. vbi de hoc.

l Ad iſtas. Hæc clauſula nõ eſt de neceſſitate, non enim eſt vis, per quem literæ præſententur, dum tamen de præſentatione ipſarũ conſtet, ar. extra de poſtula. præ. c. j. & extra de offic. dele. prudentiam.

## Qualiter literæ citatoriæ capituli debeãt abſentibus præſentari.

### FORMA V.

*IN nomine Domini, &c. Nuncius, vt dicebat, præpoſiti & capituli Nemauſen. præſentauit talibus canonicis Nemauſen. perſonaliter inuentis quaſdam patentes literas ex parte præpoſiti & capituli prædictorum quodam pendenti ſigillo cæreo ſigillatas, in cuius circumferentia.* a *hæ literæ legebantur, ſcilicet, capituli Nemauſen. & in eius medio imago Beatæ Mariæ virginis Filium tenentis in brachijs ſculpta erat, præcipiens mihi notario infraſcripto, quòd de præſentatione huiuſmodi facerem publicum inſtrumẽtum, literarum autem ipſarum tenor noſcitur eſſe talis. S. præpoſitus, &c. vſque in finem.* b. *Actum, &c. Cæterũ, ſi citandi nequeant perſonaliter inueniri, tunc in conſpectu omnium legantur literæ publicè ſupradictæ in eccleſia, vel in loco, vbi conſueuerant commorari, & fiat inde publicum inſtrumentum, ſicut in alio caſu ſuperius eſt præmiſſum.* c.

IN nomine Domini, &c.

*Literæ citatoriæ abſentiũ*

a Circumferentia. Nota, quòd ad hoc, vt de præſentatione harum literarum certitudo plenaria habeatur,

beatur, ſunt inſerenda in inſtrumento, hæcque hîc ſequuntur: nonnulli etiam ad maiorem expreſſionem cæræ, qualiter exprimunt, ſcilicet, an ſit viridis, vel rubea, aut alterius coloris, & teſtificantur ipſas literas non eſſe cancellatas, nec abolitas, nec abraſas, nec in aliqua parte ſui vituperatas. *canonicorum multa continere debent.*

b Vſque in finem. Ponatur totus tenor literæ citatoriæ.

c Præmiſſum. ſuprà forma tertia.

## Qualiter ab abſente debet in electionis negotio conſtitui procurator.

### FORMA VI.

*IN nomine Domini, &c. B. canonicus Nemauſen. Tholoſæ.* a. *commorans, habens talem & tantam infirmitatem,* b. *vel inimicitias capitales.* c. *propter quam, ſeu quas non poterat abſque periculo ſui corporis perſonaliter accedere ad eccleſiam Nemauſen. nec intereſſe in tali termino ſibi à præpoſito & capitulo ipſius eccleſiæ aßignato, ad electionem futuri epiſcopi celebrandam, fecit ſuum certum & ſpecialem procuratorem. C. eiuſdem eccleſiæ canonicum.* d. *ſibiqúe commiſit ad inſtantis electionis negotium totaliter vices ſuas. Dans eidem plenam, generalem, & liberam poteſtatem nominandi, eligendi,* e. *ac etiam poſtulandi vice & nomine ipſius perſonam idoneam,* f. *in epiſcopum, & paſtorem eccleſiæ Nemauſen. ac iurandi.* g. *in ſuam animam, ſi opus.* h. *fuerit, iuxta formam concilij* i. *generalis, quòd ipſe.* k. *impedimento huiuſmodi tenetur,*

*netur, & vt credit, tenebitur in termino ſupradicto, necnon, quòd erit tunc in loco prædicto, vel in alio. l. de quo deberent abſentes canonici pro electionibus iuxta conſuetudinem. m. ipſius eccleſiæ Nemauſen, conuocari, & nihilominus alia omnia. n. & ſingula faciendi, quæ per ipſum. B. ſi præſens eſſet, poſſent in ipſo electionis negotio fieri, vel quomodo libet expediri promittens idē. B. C. ratum & firmum perpetuò habiturū, quicquid per dictū procuratorem ſuum actū fuerit in præmiſsis, & quolibet præmiſſorū, actū, &c. Porrò vbi is, qui procuratorē conſtituit, vult per ſe præſtare. o. iuramentum huiuſmodi, tunc verba. p. illa ac iurandi, &c. vſq; ibi Nemauſen. eccleſiæ conuocari, non ſunt in ipſo procuratorio inſerenda, ſed eſt in fine poſt illa verba, quolibet præmiſſorum, hæc clauſula tūc ponenda, inſuper ipſe. B. iurauit. q. ad ſancta Dei Euāgelia corporaliter à ſe tacta, ꝙ ipſe impedimento huiuſmodi detinetur, & vt credit, detinebitur in termino ſupradicto, eritq; in loco prædicto, vel in alio, vnde debēt abſentes canonici iuxta conſuetudinē Nemau. eccleſiæ pro electionibus conuocari. Actum, &c.*

*Abſens procuratorē ad eligendū conſtituens locū exprimat impedimētum.*

IN nomine Domini, &c.

a Tholoſæ cōmorans. Nota, ꝙ locus eſt in procuratorio exprimendus, vt ſciatur, an conſtituēs procuratorē ſit in loco tali, vnde ſit ad electionē vocand⁹. Itē debet etiā exprimi infirmitas, vel aliud impedimentum, vt per hoc appareat, an ſit legitimè impeditus, necne, quod dic, vt notatur ſuprà c. xj.

*Infirmitates quædam non excuſant.*

b Infirmitatē. puta continuā, vel tertianā, aut aliā, per quā legitimè impediatur, v. q. iij ſi ægrotans, ex. de procu. querelā. Nā non oīs infirmitas legitimū præſta-

præſtaret impedimentum.ff.de re iudica.quæſitum. De hoc notatur ſuprà,c. xij.

Adde, quæ ibi dixi,in verbo infirmatur.

c Capitales.Hæc eſt benè ſufficiens cauſa, propter quam abſentes poſſunt conſtituere procuratores, vt dixi,c.xij.

d Canonicum. Hoc ideò dicitur,quòd non debet extra collegium committere vicem ſuam, extra eo. quia propter, ſuprà c.x.vbi de hoc, quod ſi nullus de collegio vult recipere, nunquid poterit extra committere?dic vt ſuprà c.xiiij.

*Procurator ad eligẽdum ſit de collegio.*

Adde,quæ vtrobique dixi in vtraque quæſtione.

e Eligẽdi.Hoc ſolum ſufficeret:nam cui datur poteſtas eligendi, & poſtulandi data intelligitur, extra eod.in cauſis,& ſuprà,cap.xv.vbi de hoc, non tamen eſt malum,ſi talia in procuratorio inſerantur: quia ſuperflua non vitiant contractum.C. de teſti.l.teſtiũ & ff. de ſupel.leg. l.legata in princ.

f Idoneam.Dato quòd non diceretur, nihilominus intelligeretur, extra eod. cauſam quæ, arg.ff. de ritu nupti.l.quanquam.

g Ac iurandi.Vbi conſtituens non iurat per ſe,neceſſarium etiam eſt, quod hæc clauſula ponatur in procuratorio,alias nõ poſſet procurator iurare, niſi ſpeciale mandatum haberet, ſicque per conſequens non tenerẽtur eum admittere alij de capitulo. Quod dic,vt notatur ſuprà,c.xvj.

*Procurator ſine ſpeciali mandato iurare non poteſt.*

Adde quæ ibi dixi in addi.ij.

h Si opus fuerit. Id eſt,ſi fuerit requiſitus:alias nõ tenetur iurare vt dixi ſupra, c.xj.in princ.

i Concilij generalis. extra eodem, quia propter.

k Quod ipſe.Ecce quid debet continere iuramentum, ſiue iuret procurator, habens ad hoc ſpeciale mandatum, ſiue ipſemet Dominus principalis, vt dixi ſuprà, cap.xj.

l In alio.Exprimat locum. Nam ad hoc tenetur, vt dixi,ſupra eo.forma in prin.& ſuprà,c. xj.in prin.

m Conſuetudinem. A quam remoto loco ſint vocandi abſentes, dixi ſuprà.ca.v.

*Procuratores abſentiũ requiri debent ad decretum faciendũ, etc.*

n Omnia & ſingula. Sicut eſt ſubſcribere in decreto, & vna cùm alijs procuratores ad petendum confirmationem conſtituere, & ſimilia. Sed nunquid eſt neceſſarium, quòd ad decretum faciẽdum & procuratores conſtituendum requirantur procuratores abſentium? Non videtur, ar. huius, quod dicitur de infirmis ſuprà, c.xxv. ſed puto tutius, quòd requirantur, ar. extra eo. ſcriptum eſt.

*Procuratorẽ abſentis non tenetur capitulũ admittere niſi conſtet de iuramẽto præſtito ſuper impedimẽto.*

o Per ſe præſtare. Quod poteſt, ſi vult, vt dixi ſuprà, cap.xj.

p Verba illa poſita. ſuprà forma proxima.

q Iurauit. Niſi tabellio teſtificetur de hoc iuramẽto præſtito à conſtituente, vel alias fiat fides de eo, non tenetur capitulum admittere procuratorem abſentis, ſuprà, ca.xj.§. vlt.

## Qualiter electionis proceſſus eſt à principio vſque ad finem, cùm per formam ſcrutinij proceditur, ordinandus.

### FORMA VII.

*IN nomine Domini, Amen. Bonæ memoriæ Domino. a. P. quondam Epiſcopo Nemauſenſ. anno. b. tali & die tali viã vniuerſæ carnis ingreſſo, ipſiusq; corpore tradito eccleſiaſticæ ſepulturæ. c. G. Præpoſitus, & alij Nemauſen. canonici tunc. d. præſentes die e. iſtam cum. f. continuatione ſequentium præfixerũt ad electionem futuri Epiſcopi celebrandam, facientes abſentes. g. omnes ad terminum huiuſmodi euocari, ſicut de his cõſtare. h. dicitur per quædam publica inſtrumẽta. Conuenientibus igitur in termino huiuſmodi*

*iuſmodi ad capitulũ Nemauſen. omnibus, qui debuerunt. i. voluerãt et potuerunt commodè intereſſe: quorũ omnia nomina inferius. k. cõtinentur: Præpoſitus. l. prædictus vice ſua et omniũ ac ſingulorũ de ipſo capitulo, mãdato ab eis ſpecialiter ſibi. m. facto, monuit. n. oẽs excõmunicatos, o. ſuſpẽſos, vel etiam interdictos, necnon et quoſcunq; alios. p. ſi qui eſſent forſitã inter eos, qui de iure aut de cõſuetudine. q. intereſſe in Epiſcopo electiõis negotio nõ deberent, ꝙ recederẽt de capitulo, alios eligere liberè permittẽtes, ꝓteſtans, ꝙ nõ erat ſua vel aliorũ intẽtio tales admittere tanq̃ ius in electione habẽtes, aut ꝓcedere ſeu eligere cũ eiſdem: imò volebat, ꝙ voces talium, ſi qui reperirẽtur interfuiſſe, poſtmodũ nulli præſtarẽt ſuffragiũ, nec afferrẽt alicui nocumentũ, et prorſus non pro receptis, ſiue pro nõ habitis haberẽtur. His peractis, & deliberatiõe habita, per q̃ formã eſſet in electionis negotio ꝓcedendũ tamen placuit omnibus & ſingulis. r. per viã ſcrutinij eidẽ eccleſiæ prouidere, vnde aſſumpti fuerunt tres. ſ. cõcorditer, videlicet. A. B. C. de ipſo collegio fide digni, quibus ab omnibus & ſingulis. t. poteſtas data extitit, vt ſecreto. u. & ſigillatim vota omnium, primò. x. tamen ſua, et poſtmodum aliorum inquirent diligenter, & ipſis in ſcriptis redactis, mox in communi eadem publicarent. y. Scrutatores autem ipſi poteſtatẽ ſibi traditam acceptantes, ad vnum angulum. z. capituli ſe traxerunt, & aſſociatis ſibi me notario & teſtibus infraſcriptis. a. ad ſcrutinium proceſſerũt, ſcrutãdo primò ad inuicẽ vota ſua iuxta formã ſibi traditã in hunc modũ, duo etenim ex eiſdem. ſ. B. & C. tertiũ, vide-*

*videlicet, A. per patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, & in animæ ſuæ periculum adiuratum, b. vt ſecundũ c. Deum, ac ſecundum conſcientiam ſuam in illum diriget votum ſuum, quem Nemauſen. eccleſiæ magis. d. vtilem et magis idoneum reputaret: ipſe autem taliter adiuratus conſenſit in. R. Nemauſenſ. eccleſiæ archipræsbyterum, in hunc modum: ego. e. A. præsbyter & canonicus Nemauſenſ. conſentio in archipræſbyterum, ipſumq́ue nomino, eligo. f. in Epiſcopum & paſtorem eccleſiæ Nemauſenſ. deinde. B. & A. ſocijs ſuis. ſ. A. & C. modo ſimili adiuratus conſenſit in D. eiuſdem eccleſiæ canonicum. g. in hunc modum: ego B. dyaconus & canonicus Nemauſen. conſentio in. P. ipſumq; nomino & eligo in epiſcopũ & paſtorem eccleſiæ Nemauſen. conſequenter tertius ſcilicet. C. à duobus alijs, vt præmittitur, adiuratus conſenſit in. B. Archipresbyterum, in hunc modum: ego C. ſubdiaconus & canonicus eccleſiæ Nemauſen. & c. Poſtea verò abſque aliquo interuallo. h. ijdem ſcrutatores proceſſerunt ad ſcrutinium aliorum, ſecretè & ſigillatim votum cuiuſlibet exquirentes, & in primis præpoſitus habens in capitulo primam. i. vocem, vocatus ab eiſdem ſcrutatoribus, iuxta formam præmiſſam, etiã adiuratus conſenſit in B. archipresbyterum in hunc modum: ego C. præpoſitus & c. Item B. archidiaconus modo ſimili adiuratus conſenſit in B. eiuſdem eccleſiæ canonicum, in hunc modum: ego B. archidiaconus. k. & c. Inquiſitis. l. itaque ſigillatim & ſecreto voluntatibus ſingulorum, & per me infraſcriptum tabellionẽ in ſcriptis redactis, ſicut ſuperius continetur, ipſi ſcrutatores*

*tatores de loco, vbi ſcrutinium fecerant, recedentes, ad alios redierunt: & mox. m. in communi. n. vota eadem publicauerunt, o. quibus taliter ita publicatis, G. de mandato. p. dicti præpoſiti, & omniũ prædictorũ collationem. q. fecit numeri. r. ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, ſub hac forma: Conſtat. ſ. deinde, quòd nos ſumus. L. canonici. t. Nemauſenſ. de quibus: xxx. Archipræsbyterum, & xviij. in B. ac dictus Archipræsbyter. u. in. C. & dictus. B. in. S. ſua deſideria direxerũt: ſicut patet per ſcripturam vota ſeu conſenſus noſtrum omnium continentem: ſic ergo cõſtat, quòd maior pars totius capituli conſenſit in Archipræsbyterum ſupradictum, & ita eſt ratione numeri alijs præferendus. Item & ratione zeli eſt ſimiliter præferendus: nam illi, qui nominauerunt eundem, ſunt antiquiores. x. tempore, meritis præſtantiores, & in maioribus dignitatibus & ordinibus conſtituti, quàm alij. Nec in ſuum conſanguineũ. y. conſenſerunt: illi autem, qui in dictũ P. conſenſerũt, non ſolum ſunt tempore iuniores, ac in minoribus ordinibus conſtituti, ſed etiam videntur in ipſum carnalitatis animo conſenſiſſe pro eo: quia ipſe. B. eſt conſanguineus eorundem. Dicti verò Archipræsbyter &. P. qui alios nominarunt, ſunt in ſuis nominationibus ſingulares, ergo conſideratis his, electores dicti Archipræſbyteri præſumuntur meliorem zelum, quàm alij, habuiſſe. Item & ratione meriti eſt ſimiliter ipſe Archipræsbyter præferendus: nam ipſe eſt doctor. z. decretorum, & longo tempore in pleriſque famoſis ſtudijs plurimos in canonibus laudabiliter erudiuit: eſt etiã*

*conuer-*

*conuerſatione honeſtus, a. moribus ornatus, & in ſpiritualibus, ac temporalibus plurimum circumſpectus, b. ætatis. c. legitimæ, ac de legitimo matrimonio. d. ꝓcreatus & in ſacris ordinib. e. conſtitutus. Prædictus verò. B. licet literaturam habeat competentem, non tamen tantam, quantam Archipræsbyter ſæpefatus. Præterea defectum patitur in ætate: f. nec habet illam circumſpectionem in ſpiritualibus & temporalibus, quam deceret. g. eſt etiam talibus. h. criminibus irretitus, propter quæ nec aliquatenus eſt eligendus. i. Alij autem, videlicet. T. & G. nec in literatura, nec in alijs ſunt adeò ſufficientes, ſicut Archipræsbyter ſæpefatus: patet ergo, quòd ratione numeri, zeli, ac meriti. k. eſt ipſe Archipræsbyter præferendus, & communiter. l. eligendus. Collatione. m. igitur ita facta, fuerunt ſinguli requiſiti, n. ſi placebat eis, quòd eligeretur dictus Archipræsbyter in cõmuni, o. cùm in eum maior & ſanior pars totius capituli conſenſiſſet, quibus conſentientibus et volentibus, talis de mãdato p. ipſorum eũ ſolenniter elegit in hũc modum: In nomine. q. patris et filij & ſpiritus ſancti, amen, cùm vacante Nemauſenſ. eccleſia vocatis, qui fuerant euocandi, et præſentibus die præfixa omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt cõmodè intereſſe, placuit omnibus per formam ſcrutinij vacanti eccleſiæ prouidere: factoq́ſcrutinio, iuxta formam concilij generalis, ac eo publicato, & collatione habita diligenti, repertum ſit maiorem. r. & ſaniorem partem totius capituli direxiſſe in Archipræsbyterũ vota ſua, virum vtiq; prouidũ. ſ. et diſcretum, literarũ ſcientia &*

*tiæ et moribus & virtuoſis actibus meritò cõmendandũ, in ſacris ordinibus et ætate legitima conſtitutũ, ac de legitimo matrimonio procreatũ, et in ſpiritualibus ac temporalibus plurimũ circumſpectum, idcirco ego talis vice mea, & totius.*t.*capituli, ac omnium ius in ipſa electione habentium ex poteſtate mihi à toto capitulo tradita & conceſſa, dictũ Archipræsbyterum, inuocata ſpiritus ſancti gratia, eligo.*u.*in Epiſcopum & paſtorem eccleſiæ Nemauſen. Electione autem huiuſmodi celebrata, eam omnes & ſinguli approbarũt* x.*& cantando alta voce Te Deum.*y.*laudamus, dictum ſuum electum ad eccleſiam deportarunt: intronizãtes.*z.*ipſum in Epiſcopali cathedra, vt eſt moris: & deinde talis electionem ipſam clero & populo ſolenniter publicauit,*a.*Acta.*b.*fuerunt iſta, &*c.*Sanè ſi illi, qui in. P. ſua vota direxerunt, non conſentiant, quòd Archipræsbyter eligatur, dicentes ſuam partem eſſe alta ſaniorem, & ob hoc ipſum. P. & non dictum Archipræbyterum eligendum,* c. *tunc etiam ſeruabitur dicta forma in omnibus, vſque.*d.*ibi, & communiter eligendus. Deinde, quod ſequitur, adiũgetur: pars.*e.*autem, quæ in dictum. P. conſenſerat, dixit ipſum. P. potius præferendum, & communiter eligendum, aſſerens, quòd tales.*f.*electores dicti Archipræsbyteri ſunt maioris excõmunicationis vinculo innodati, ſeu ex tali cauſa.*g.*vocem in electionis negotio non habentes, vnde ipſis excluſis non habet maiorem partem ipſe Archipræsbyter, ſed minorẽ. Item ꝙ dictus Archipræsbyter eſt excõmunicatus,*h.*aut periurus,*i.*& talibus alijs.*k.*criminibus irretitus,*

*propter*

*propter quæ facta de ipſo electio eſſet irrita ipſo .l.iure. Dictus verò .B. eſt competentis .m. ſcientiæ, ac ætatis legitimæ, quamuis pars altera contrarium aſſeueret: eſt inſuper honeſtæ conuerſationis, & vitæ, ac in ſpiritualibus et temporalibus prouidentiæ circumſpectæ. Item eſt de legitimo matrimonio procreatus, & in ſacris ordinibus conſtitutus, quibus omnibus, & alijs eius meritis commendandus diligenti conſideratione penſatis pars conſentientium ineundum maior & ſanior, alia eſt cenſenda. Bonumq́ zelum habuit: nec carnalitatis affectum ſecuta extitit, quicquid aſſerat pars aduerſa, ſed potius iudicium rationis. Collatione igitur ita .n. facta, & his, qui dictum Archipræsbyterum nominauerunt, nolentibus alijs acquieſcere, vel contra, vtriſque etiam dicẽtibus ſuam partem eſſe altera ſaniorem, ac ſuis inſiſtentibuss nominatis, tandem talis de mandato .o. eorum, .p. qui in dictum Archipræsbyterum direxerant vota ſua, elegit eum vice ſua & aliorum ſolenniter in hunc modum: In nomine patris, &c. ſicut ſuprà .q. Eodem .r. modo etiam & in continenti talis de mandato eorum, qui in .P. conſenſerant ſupradictum, ipſum vice ſua & ipſorum ſub hac forma elegit: In nomine patris & filij, & cæ. quibus .ſ. electionibus taliter celebratis, pars vtraque Te Deum laudamus, alta voce cantauit, & electionem à ſe factam clero & populo ſolenniter publicauit. t. Acta fuerunt iſta, & cæt.*

IN nomine Domini, &c. Hæc forma eſt diligenter notanda. Nam per eam poteſt quis plenè inſtrui, qualiter ſit in forma ſcrutinij procedendum.

a Domino

a Domino.P. Nomen defuncti Epiſcopi eſt exprimendum, vt ſciatur, per cuius mortem eſt Ecclesia paſtorali ſolatio deſtituta. Item modus eſt exprimēdus, per quem vacat eccleſia, vtrum per mortem, renunciationem, tranſlationem, remotionem prçlati: nam iſtis modis vacare poteſt, vt patet extra de trāſlatio. inter, & extra de renun. niſi cum pridem.

*Vacatio eccleſiæ poteſt multipliciter contingere.*

Adde ad fi. glo. quæ dixi poſt glo. in probe. in verbo celebrandæ, & in c. j. in verbo mortis & Ioan. An. Domini. Archi. Pet. de Anch. Imol. & Philip. Fran. in c. generali, & Dominic. in c. nemo. col. iiij. in fi. eod. libro. vj. & glo. in cle. j. vt lite pend. & Felyn. in repe. c. in noſtra in correlario. xxxvij. de reſcript. & Franc. de Pauinis in ſuo trac. de poteſtate c. in prælu. vlt. q.

b Anno tali & die tali. Hoc non eſt aliquotiens omittendum, vt ſciatur, quo tempore incepit eccleſia vacare.

c Sepulturæ. Sic ſuprà forma. j. Vtrum hoc ſit neceſſarium, dixi ſuprà c. ij

d Tunc præſentes. Ad illos ſpectat vocatio abſentium, vt dixi ſuprà, c. iiij.

e Diem iſtam. Exprimat eam tabellio, vt ſic appareat vtrum infra tempus debitum ſit electio facta.

f Cum continuatione. De hac continuatione, an ſit neceſſaria, dic vt ſuprà forma. j. & ſuprà, c. iiij.

g Abſentes. Supple qui de iure vel de conſuetudine vocari debuerunt. extra de elect. quòd ſicut, & ca. in Geneſi, & ſuprà, c. iiij. & c. v.

*Abſētes quandoq; de iure quandoq; de conſuetudine ſunt vocādi.*

Adde quæ dixi in d. cap. v. in glo. ij.

h Conſtare dicitur. nō enim debet hoc aſſerere tabellio, niſi certus eſſet, cum de his, quæ vidit & audiuit tantum debeat conficere inſtrumentum. argum. extra de conſue. ex litteris. ex. de reſcriptis, ad audientiam. Adde quod notarius in inſtrumento, quando teſtatur de actu, qui fit vel occurrit in eius præſentia, non debet vti verbis iuris, ſed facti tantum, ſecundū glo. in c. ſi quis iuſto. in verbo detentus, in fi. e. li, vj.

Et idem dicit in no. in teſte deponente, vt ipſe not. in ca. cùm cauſam, de teſti. ſed Oldra. tenet contrarium in conſil. c. dicens, quòd licet iſtud dictum ſit verum in teſte, ſecus in notario, & ipſos concordat Domini. de ſancto Ge. in d. c. ſi quis, & Ioan. An. in addi. Spec. ti. de Syndi. §. j. ver. vber. Porrò, & vide, quæ no. Bar. Ioan. de Pla. & Luc. de Pen. in l. j. C. de fide inſtru. & iure Haſtæ Fiſca. li. x. & Pau. de Caſt. cōſil. ccccxx. vol. anti. ſecundum verum numerum.

i Debuerunt. Hæc verba exponuntur ſuprà, c. xix.

k Inferius. Non eſt vis, an in principio inſtrumenti, vel in fine ponantur nomnia canonicorum.

l Præpoſitus. Non eſt vis, per quem fiat hæc monitio, dummodo fiat de conſenſu aliorum vel eis ratum habentibus.

m Sibi facto. Antequā iſtos moneat, vel proteſtationem faciat, habeat mandatum ab alijs: aliàs enim nō valeret proteſtatio, niſi illi eam ratam haberent, arg. ij. quæſtione. vj. non ſolent, & ff. de iudic. licet.

n Monuit. Quid operetur hæc monitio, & quid proteſtatio, quæ ſequitur, habes ſuprà, c. xx.

o Excommunicatos. Excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti in electionibus intereſſe non debēt. Quod dic, vt ſuprà, c. vj. & xx.

*Laici electiōi intereſſe non poſſunt.*

p Alios. Puta laicos, extra de elect. Maſſana, vel ab eligendi poteſtate ſuſpenſos, extra eod. cùm Vintonen. & ſuprà, c. ix. Adde quòd laicis ius eligendi prælatos de conſuetudine & priuilegio competat, Abb. & Doct in d. c. Maſſana, & in c. ſacroſancta eodem, & Arch. Dominic. Card. Alexan. in c. j. & in c. Adrianus in ij. lxiij. di. & Ioan. Andr. in c. ij. de præbend. l. vj. & Abb. in c. quanto de conſue. & Felyn. in ca. dilecto, in princ. de teſti. per illum text. & Bar. Bal. in repet. cap. Raynardus Card. col. de teſta. vbi ponit, quid de canonicis & laicis mixtim, & Bartho. de firm. in tracta. de Epiſcopo, in prima parte, libro quarto, quæſtio. xxxj. & Felyn. in ca. Apoſtolicæ colum. iiij. verſi. cæterùm

limitabis

limitabis de except. & Doctor. proxi. alleg.

q Conſuetudine. Interdum aliqui de conſuetudine interſunt in electionibus, qui alias de iure intereſſe non debent, ex. de elect. Cumana. & extra de cauſa poſſeſ. cùm eccleſia ſuprà, c. viij.

*Conſuetudo facit, vt quis aliàs incapax interſit electioni.*

Adde, quæ ibi dixi, & Doct. in præceden. poſtil. allega. & tex. in cap. Abbate, de verb. ſign. & in capitu. cùm dilectus, & vtrobiq; per Abb. de conſue. & Fran. de Zaba. in conſil. iiij. columna tertia, verſicu. ſi contingat, & ſigno, de homede. in conſi. lj. columna prima, & Parid. de Puteo. in tractatu Syndica, in littera electio.

r Singulis. Vtrum ab omnibus ſimul, vel à ſingulis poſſint eſſe plures procuratores, & ipſi ſcrutatores aſſumi, dixi ſuprà, c. xxiiij.

ſ Tres. Vtrum poſſint eſſe plures, vel pauciores: & an poſſint aſſumi aliunde, quàm de collegio, dictum eſt ſuprà, c. xxiij. tabellio autem ſemper debet exprimere, qui ſint, & quot, & an de collegio, vel aliunde.

Adde quæ dixi in di. c. xxiij. in verbo factum.

t Singulis. Vtrum ab omnibus ſimul, vel à ſingulis poſſint iſti ſcrutatores aſſumi, dixi ſuprà, c. xxxiij.

Adde quæ ibi dixi in j. addi. Et nota, quòd de hac electione ſcrutatorum debet fieri inſtrumẽtum publicum, ſecundum Specu. eod. §. j. & Bal. in l. j. in ante penul, co. C. qui admitti ad bon. poſ. & Barth. de fir. in tracta. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. j.

*Vota inquiri ſecreto & ſigillatim ipſa in ſcriptis redigi, & cæt. ſunt de ſubſtantia electionis.*

u Secreto. de ſubſtantia electionis eſt, quòd ſecreto & ſigillatim fiat votorum inquiſitio, ſuprà, capit. xxiiij. vbi de hoc, quòd vota in ſcriptis redigantur ſuprà, c. xxiiij. quòd fiat collatio ſuprà, c. xxxj. quòd fiat electio in communi ſuprà, ca. xxxiiij. ſi enim aliquod iſtorũ omiſſum fuerit, electio eſt nulla, ſuprà c. xxij. vbi de his plenè notatur.

*Vota ſua ſcrutatores primò inquirant.*

x Primò tamẽ ſua. Hoc exprimitur ad cautelã: Nã dato, ꝙ nõ exprimeretur, nihilominus tamen deberent primò ſcrutari vota ſua, poſtmodum aliorũ, vt

dixi ſuprà, c.xxiiij. ſed propter aliquorum opiniones melius eſt, quòd hoc exprimatur.

*Scrutatores magnam poteſtatē habēt ſecundum aliquos.*

y Publicarent. Modus iſte ſumitur ex concilio genera. extra e. quia propter. Quidam tamen iſtis ſcrutatoribus maiorem dant poteſtatē, ſ. quòd collationem faciant, & ꝙ vnus ex eis ex voluntate ſociorum ſuorum, vel alterius ipſorū illum eligat in cōmuni, qui ab omnibus, vel à maiori & ſaniori parte totius capituli fuerit nominatus, & hoc eſt vtile eccleſijs, quia per hæc via excluditur eis, qui diuerſas electiones facere vellent.

z Angulum capit. Ne ab alijs poſſent audiri, ſupr. c.xxiiij. Adde quid ſi erāt in aliquo loco congregati, quàm in angulo capituli: ſed tamen intra clauſuram eccleſiæ, an per hoc dicatur inſtrumentum nullum? Bal. in conſil. ccxxiiij. vo. iij. in prin. tenet, quòd non.

*Teſtes & tabellio poſſunt intereſſe ſcrutinio.*

a Infraſcriptis. Licet ſcrutinium ſit ſecreto faciendum, nihilominus poſsūt intereſſe tabellio & teſtes, vt dixi ſuprà, c.xxij. & c.xxiiij.

b Adiurarunt. An adiutorio ſit neceſſaria, dictum eſt, ſuprà, c xxiiij.

c Secundum Deum. Hęc verba exponūtur ſuprà, capit. xiiij.

d Magis vtilem. Licet de iure melior ſit eligendus, vt viij. q. j. licet: ſufficit tamen, ne malus exiſtat, extra de elect. cùm dilectus & dixi ſuprà, c.xxiiij. §. vltimo.

e Ego. a. Nota, ꝙ tabellio, ſeu is, qui vota ſcribit, poteſt ipſa ſcribere in prima perſona, ſicut hic dicitur vel in tertia, ſi voluerit, vt dicat, talis cōſenſit in talē, & ipſum nominauit, & elegit in Epiſcopū, &c. melius eſt tamen, ꝙ ſcribat in prima perſona, & hoc magis à Doctoribus approbatur, vt dixi ſuprà, c.xxviij.

*Dignitas & ordo faciunt præſumi de aliquo.*

f Presbyter. Nota ꝙ is, qui ſcribit vota, debet exprimere ordinem & dignitatem cuiuſlibet, ſicut hîc fit, & in ſequentibus: quia magis pręſumitur pro his, qui ſunt in maioribus dignitatibus & ordinibus cōſtituti, quàm pro alijs inferioribus, ext. c. dudum j. &

dixi

dixi ſuprà.c.xxviij.ſi tamē non exprimeret, non propter hoc vitiaretur electio. Adde quæ dixi poſt gloſ. ſuprà eo.cxxiiij. in verbo primam vocem.

g Eligo. Nunquid eſt neceſſarium, quòd exprimat conſentiens hæc tria.ſ.conſentio, nomino, & eligo? Non puto: imò ſufficit alterum ſolum, arg. extra de ſponſ.tuen. & c.ſi inter. Sed hæc verborum inculcatio fit ex abundanti cautela, vnde nocet, arg. C. de teſta.teſtamentum. Iſtud etiam notatur, quòd ſecundū quoſdam is, qui conſenſum exprimit in ſcrutinio, nō debet dicere eligo, ne ſint tot electiones, quot ſunt in numero eligentes; ſed debet dicere conſentio in talem eligendum in Epiſcopum & paſtorem. Sed non credo, quòd in hoc ſit vis facienda, vt de iſta materia dixi ſuprà, c.xxvj. vbi habes, qualiter debet quis conſenſum ſuum exprimere, ſiue quis ſit eligendus, ſiue poſtulandus. & dic vt ibi. *Votū exprimēs in ſcrutinio an poßit dicere eligo.*

Adde quòd idem tenet Ioan. And. in c. quia ꝓpter & Abb. Sicul. col. quarta poſt principium, verſic. fiet autem ſcriptura, quòd quilibet dicat conſentio, vel nomino talem, &c. non autem eligo: tamē non vitiatur electio, ſecūdum Abb. ſi dicat, eligo talem, ex quo poſtea ſequitur communis & vnica electio.

h Canonicum. In ſacris ordinibus conſtitutum: alias non poſſet eligi, ſed deberet tātum poſtulari, extra de electio. dudum .j. & extra de ætate & quali. à multis, & eſſet aliter exprimēdus conſenſus, vt dixi ſuprà, ca.xxvj. *Eligi in Epiſcopum non poteſt, qui in ſacris non eſt ordinatus.*

h Interuallo. Non enim debent diuertere ad extraneos actus, niſi fortè tanta eſſet multitudo, quòd nō poſſet ſcrutinium perfici vno die: tunc enim continuari poſſet in ſequentem. ſuprà, c.xxix. *Scrutiniū nō eſt de neceßitate in vna die faciendū.*

Adde quæ ibi dixi in j. additione.

i Primam. Ille enim, qui primam vocem habet, primò debet ſcrutari, vt ſuprà, c.xxiiij.

k B. Archidiaconus, &c. ſub iſto, &c. debent ſcribi per ordinem nomina omnium & conſenſus, ſicut fa-

ctum eſt, ſupra, deinde continuabit tabellio, quod ſequitur.

l In quiſitis. Verba tabellionis.

m Mox. Omnia enim ſunt vno contextu facēda, extra eo. quia propter, &c. cum poſt petitam.

n In communi. Hoc eſt in capitulo, ſuprà, c.xxij.

o Publicarunt. Supple legendo vota ipſa omnibus audientibus intelligibiliter ac diſtinctè, ſuprà, capitulo xxx.

*Collatio numeri, &c. an poßit ſine mādato fieri.*

p De mādato. Licet ſit tutius, vt qui collationem facit, mandatum habeat ab alijs: tamen & ſine mandato fieri poteſt alijs præſentibus & non contradicentibus, vt dixi ſuprà, c.xxxj.

q Collationē. Qualiter fiat hæc collatio, & ſuper quibus, habes ſuprà, c.xxxj.

*Collatio an debeat fieri vno ſolo electo.*

r Numeri. Collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritū, locum habet, cùm ſunt plures in ſcrutinio nominati: aliàs vbi ſolus vnus eſt nominatus, habet locū collatio numeri tantum, zeli tantum, & meriti tantum. Quod dic, vt ſuprà, c.xxxj. Adde ad iſtam gloſ. & ſequentes, quæ dixi in d. ca. xxxj. in verbo fiet & per totum.

ſ Conſtat. Verba ſunt facientis collationē, & durant vſque ad §. collatione.

*Collatio expreſſa de omnibus debet fieri cū ſunt plures in ſcrutinio nominati.*

t Canonici. Si ſint aliqui abſentes, hic eſt, ſecundum quoſdam, in collatione mentio faciēda, vtrum ſint vocati vel non, & ſi non ſint vocati, quare fuerit id prætermiſſum, extra eod. in Geneſi.

u Dictus Archipresbyter. Nota, quòd cum ſint plures in ſcrutinio nominati, debet de omnibus expreſſa collatio fieri numeri, meriti, atque zeli, ſicut fit hoc in duobus ſequent. §. aliàs ſi de aliquibus fieret, & de aliquibus omitteretur in prædictis tribus, vel in aliquo eorum, collatio eſſet defectiua, ar. extra de elect. in Geneſi.

*Zeli melioris præſūptio ex multis inducitur.*

x Antiquiores. Antiquitas & alia, quæ hic ſequūtur, præſumptionem zeli melioris inducunt, vbi nume-

merus ex altera parte non multum excedit, extra eo. dudum, j. & extra de teſti. in noſtra, & ſup. c. xxviij.

y Conſanguineum. Qui ſuum conſanguineũ eligit, præſumitur eum eligere affectione carnali, niſi aliàs conſtaret eum eſſe idoneum, extra vt eccle. benefic. vt noſtrum. Nam conſanguinitas ſuſpicionem inducit, x. quæſt. ij. epiſcopus, lxxxix. diſt. decenter. *Conſanguinitas ſuſpicionem inducit.*

Adde, quòd caro & ſanguis nonnunquam reuelãt electiones, collationes, permutationes beneficiorũ, arg. c. graue. de præben. & in gl. in capitu. j. §. item, ꝙ omnia, in verſicu. permutationis, de coll. in pragm. & & Domi. de Rota. deci. ij. titu. de præſump. in antiq.

z Doctor. Hoc enim non eſt neceſſarium, ſufficit enim, quòd habeat ſcientiam competentem, extra c. cùm nobis olim. Nam etſi eminens ſcientia in prælato deſideretur, in eo tamen eſt competens toleranda, extra de renun. niſi, §. pro defectu. *Scientia competens in electo toleratur.*

Adde Bald. & Abba. Sicul. in capitul. cùm in cunctis, & in capitu. cum nobis olim, eod. & glo. ſup. cap. xxvij. in verb. ſcientiam, & Bart. de Firmo, in tractat. de epiſcopo, in prima parte, libr. ij. quæſtio. xlvij. & xxxvij. diſtinct. capitul. turbat. & ibi Archid. Domin. & Cardin. Alexand.

a Honeſtus. Is, qui eligitur, debet eſſe honeſtus vita & moribus, extra eod. cùm in cunctis, xxviij. diſtin. priuſquam.

Adde, quòd eligendus debet eſſe vir bonæ vitę, literatus, conſtitutus in ſacris, ex legitimo matrimonio natus, in temporalibus circumſpectus, & etiam in ſpiritualibus, qui poſſit iura eccleſiæ tueri, prudẽs, docilis, temperatus, caſtus, ſobrius, cautus, humilis, affabilis, miſericors, in lege Dei inſtructus, & in ſcripturarum ſenſibus acutus, in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus, doctus, prouid9, maturus, & qui repręhendi nõ poſſit, Deo & hominib. placens, hoſpitalis, moribus ornatus, & manſuetus, & hæc oĩa ꝓbantur, lxj. d. epm, & d. c. cũ in cũcti s, &c. niſi cùm pridem, &

Bart. de Firm. in iij. parte, lib. ij. quæſt. j. Et de vita e-piſcopi vide per epiſcopum, in prima parte, libr. iiij. quæſtione prima.

b Circumſpectus. Ad hoc facit, extra de renun. niſi in prædicto §. pro defectu, & xxxix. diſt. Petrus.

*Electio facta de conſtituto, in minori ætate eſt nulla.*

c Aetatis legitimæ. hoc eſt neceſſarium, aliter, ſi eligeretur in minori ætate cõſtitutus, eſſet electio nulla, extra eod. cùm in cunctis, & c. dudum, j. quæ ætas ſit neceſſaria in epiſcopo, & quæ in inferioribus dignitatibus, dixi ſup. c. xxvij.

Adde, quis teneatur probare defectum ætatis, Cal. conſilio v. titu. de proba. & dicam infrà, c. proxi. forma, iij. in verbo defectum.

d Matrimonio. aliàs non poſſet eligi, extra eod. cũ in cunctis, poſtulari tamen poſſet, extra eo. innotuit, & ſup. c. liij.

e Ordinibus. In minoribus ordinibus conſtitutus eligi non poteſt, extra eo. dudum, j. & extra de æta. & qualita. à multis, ſed poſtulari, ſic ſuprà capitu. liij.

f In ætate. & ita eligi non poteſt, vt dixi ſuprà.

g Deceret. vnde repellendus eſt, xxxix. diſt. Petrus, & xxxvj. diſt. §. eccleſ.

h Talibus. Exemplifica crimina ad hoc, vt appareat, quare potius ſit alius eligendus.

i Eligendus. criminoſi enim eligi non debent, extra eo. cùm in cunctis, extra de exceſ. præl. inter dilectos, ſuprà capitu. xxvij.

k Ac meriti. Quid ſi ab vna parte ſit numerus, & ex alia zelus, & merita? Dic, vt no. per B. in gl. cõmuni, extra eodem, eccleſia, ij. & per Innocen. Hoſtien. & B. Compoſt. extra eod. du dum, j.

l Communiter eligen dus. Is enim debet eligi, qui ab omnib9, vel à maiori & ſaniori parte capituli fuerit nominatus, extra eod. quia propter, ſuprà c. xxij. & c. xxxj. Quid ſi aliquod dubium oriatur in collatione, nunquid eſt plena diſcuſſio facienda? Dic, vt ſuprà capitulo triceſimo ſecundo.

m Collatione igitur. Verba tabellionis.

n Requiſiti. Hæc requiſitio eſt vtilis, vt clarius appareat de omnium voluntate.

o In communi. Id eſt, ab vno vice omnium, extra eod. in Geneſi, & ſup. c. xxxiiij.

p Mandato ipſorum. Vtrum quis poſſit eligere ſine mandato, habes ſuprà c. xxxiiij. hoc tamen eſt tutius, quòd nullus eligat ſine mandato, vt prædicto capitulo dicitur.

q In nomine. Verba pronunciantis electionem, & eſt bonum, quòd antequam pronunciet electionem, ſcribat ea ad hoc, vt non erret in pronunciando, non tamen eſt de ſubſtantia, vt electio fiat in ſcriptis, vt no. lxj. diſt. epiſcopus, licet aliqui notēt, quòd in ſcriptis ſit facienda per capitulum. ij. q. j. legum.

*Electionem communem ſcribere priuſquam pronuncietur, bonum eſt.*

Adde Spe. eo. §. j. colum. v. verſi. his igitur, vbi ponit formam huiuſmodi pronunciationis, &c. & videtur text. cum gl. in c. quia propter, & in c. cùm inter canonicos, eod. & idem Barth. de Firmo, in tracta. de epiſcopo, in prima parte, lib. iij. q. iij. in fin.

r Maiorem & ſaniorem. Hoc habet locum, quando ſunt plures nominati in ſcrutinio: ſecùs, ſi vnus ſolus: tunc enim dicet, repertum ſit omnes vnanimiter direxiſſe.

ſ Prouidum. Secundum ea, quæ hic dicuntur, poteſt commendari is, qui eſt eligendus, vel aliàs, ſecundum quod requirit perſona eiuſdem, caueat tamen ſibi commendans, quòd contra conſcientiam non commendet, ne ſic ędificet ad gehennam, extra de reſti. ſpol. literas.

*Electi cōmendatio nō fiat contra conſcientiam.*

Adde glo. infr. forma xiiij. in verbo, ſimili.

t Totius capituli. Hoc habet locum, niſi placet omnibus, quòd ille ſol9 eligatur. Secùs, ſi quęlibet pars vult eligere nominatum à ſe, tunc enim dicet eligēs, vice mea & illorum, qui conſenſerunt in dictum archipresbyterum ipſum inuocata ſpiritus ſancti gratia, &c. De hoc dixi ſup. c. xxxiiij.

u Eligo, Nota, quòd ſi iſte ſit talis perſona, quę debeat poſtulari, tunc dicetur poſtulo talem in epiſcopum: vel ſic, poſtulo talem eligendum in epiſcopum, &c. vel ſi dubitatur, an ſit eligendus, vel poſtulandus, dicatur: eligo talem & poſtulo, ſecundũ quod de iure melius valere poteſt. De hoc plenè notatur ſup. c. liij. ſuper verbo irrita.

x Approbârunt. Hoc nõ puto neceſſarium, ex quo conſenſerunt, quòd iſte eligeretur, hoc tamen dicitur ad cautelam, vt magis conſtet de omnium voluntate, & ne poſſit quis poſtea contradicere, extra eod. de elect. nulli. Greg. x. lib. vj.

*Te Deum cãtare electione facta non eſt neceſſe.*

y Te Deum laudamus. Hoc etiam non eſt neceſſe, licet ſit bonum, quòd fiat propter generalem conſuetudinem, ſuprà, capitulo xxxv.

z Intronizãtes. Hoc habet locum, cùm electus eſt præſens, aliàs non, nec eſt hoc de ſubſtantia electionis, ſuprà capitulo xxxv.

Adde, quæ ibi dixi in verbo intronizari.

a Publicauit. Hæc publicatio ſecundum quoſdam non eſt de ſubſtantia, eſt tamen tutius, quòd non omittatur, vt dixi ſuprà, capitulo xxxv.

*Inſtrumentũ roboratur per autentici ſigilli appoſitionem.*

b Acta fuerunt iſta, &c. ſub iſto, &c. ponet tabellio locum & teſtes, & ſubſcriptionem ſuam, ac ſignum. Eſt tamen vtile, quòd in iſto inſtrumentum, & in omnibus apponatur ſigillum capituli ad firmitatem maiorem, nam ſi ſigillum capituli, vel aliud autenticum fuerit appoſitũ, maior fides adhibebitur inſtrumentis, no. inf. c. forma xvij. in fi. Et nota, ꝙ licet ego ſuper prædictis omnibus formauerim vnũ inſtrumẽtum, tabellio tamen de quolibet actu poteſt per ſe facere inſtrumentum, ſi ſibi expedire videtur.

Adde, an ex inſtrumẽto electionis debeat ſolui gabela, vbi de cõſue. vel ſtatuto, de quolibet inſtrumẽto debet ſolui, Bart. & Alex. in addi. in l. vnũ ex familia, in prin. ff. de leg. ij. tenẽt quòd non, & quæ dixi in addi. ad Dy. in regula non præſtat, de re iu. lib. vj.

c Eligen-

c Eligendum. non enim ſemper eſt numero ſtandum, vt patet extra de poſtul. bonæ, j. & ext. e. ſcriptũ. Illa enim pars maior & ſanior dicitur, quæ meliori zelo & maiori pietate mouetur, xl. diſt. multi.

d Vſque ibi. ſup. §. item & ratione meriti ad finẽ.

e Pars autem. Verba tabellionis.

f Tales electores. Exprimantur ipſorum nomina, cauſa excommunicationis, nõ enim debet quis cum alterius diſcrimine in incerto vagari, ff. de iu. iu. l. prætor edixit, extra de excep. pia. li. vj. & extra de teſti. præſentium. Poterit enim eſſe, quòd illi, qui dicũtur excõmunicati, ſtatim oſtendent, qualiter ſunt abſoluti, & ita fortè pars opponens excommunicationẽ acquieſcet, & ſtabit abſolutioni: ſicque non grauabitur eccleſia per diuerſas electiones. *Vagari incerto cum alterius diſcrimĩne non promittitur à iure.*

g Tali cauſa. Puta, quia ſunt ſuſpenſi, vel interdicti, ex. de conſue. cùm dilectus, & ex. eod. in Geneſi.

h Excommunicatus. Et ita eligi non poteſt, ex. de cleri. ex mi. propoſuit, & c. ſi celebrat, & exprimatur excommunicationis cauſa, vt alio caſu dixi, ſuper tales electores.

i Periurus. qui eſt ineligibilis, extra de iu. iu. querelam. *Periurus eligi non poteſt.*

Adde ibi Fely. & quæ dixi poſt glo. ſup. eodem, capitulo xxvij. in verbo periurus.

k Alijs criminibus. Exemplificentur crimina, ſicut dixi de excommunicatione, ſuper verbo tales.

l Ipſo iure. extra eo. cùm in cunctis, & ſup. c. xxvij.

m Competentis. Hoc ſufficit, extra de renunci. niſi, §. pro defectu, & dixi ſuprà eadem forma, §. item, & ratione meriti.

n Ita facta. Hinc inde, vt cõtrà, prona eſt enim natura humana ad diſſentiendum, vt ff. de arbi. item, ſi vnus, §. vltimo, & diuerſitatem corporum diuerſitas ſequitur animorum, extra de conceſ. præbend. quia diuerſitatem, & maximè in electionibus, lxiij. diſtin. capitul. vltimo, & viij. quæſtio. j. nec nouum. *Diſcordia eſt hominib. naturalis.*

Adde,

Adde,quòd communio,ſeu ſocietas eſt mater diſcordię,l. eſt pater,§.dulciſſimis, & ibi Bald.& Paul.de Caſt.ff.de leg.ij.

o De mandato. Dic de hoc, vt dixi ſuprà,eod.forma,§.collatione in glo.vtrum.

p Eorum.Benè dixit,non enim poteſt eligi vice omnium, ex quo non conſentiunt omnes in eum, ſuprà,capitu.triceſimo ſeptimo.

q Sicut.ſuprà, eo. forma,§. in nomine patris,hoc tamen immutabitur.Nam vbi dicit,vice mea,& toti⁹ capituli,&c. dicet vice mea & eorum,qui conſentiũt in dictum archipresbyterum,ex poteſtate mihi ab eis tradita & conceſſa,ipſum presbyterum,&c.

r Eodem modo.Verba ſunt tabellionis.

ſ Quibus electionibus. Verba tabellionis.

t Publicauit. De his dic, vt dictum eſt ſuprà eadem forma,§.electione.

## Qualiter in via compromiſsi eſt eligendi poteſtas in compromiſſarios transferenda.

### FORMA VIII.

*IN nomine Domini,&c. bonæ memoriæ, &c. ſicut ſup.*a.*vſque ibi, tandẽ placuit omnib. & ſingulis à prædicto præpoſito,ſeu à talibus ſuper hoc ſpecialiter.*b.*requiſitis per formã compromiſsi eidem Nemauſen.eccleſiæ prouidere,vnde vnanimiter nullo penitùs diſcordante.* c. *dederunt.A. B.C.ſuis concanonicis.*d.*plenam,*e.*generalem,& liberam poteſtatem per tot.* f. *dies tantummodo duraturam eligendi.* g.*epiſcopum de ſe,*h.*vel de alijs,prout eis expediens videretur,ac ipſi eccleſiæ prouidendi, ita.*i.*tamen,quòd poſtquam de perſona cõcordes fuerint*

*rint*

*rint eligenda, vnus ipſorum de mandato aliorum vice ſua, & ipſorum, ac totius capituli perſonam illam eligat in communi. k. & prouideat de eodem, compromittentes. l. vniuerſi & ſinguli, quòd ipſum reciperēt in ſuum epiſcopum & paſtorem, quem ipſi, vt præmittitur, duxerint eligendum, ſeu de quo duxerint prouidendum. Actum, & cæt.*

IN nomine Domini, &c.

a Sicut ſuprà, forma proxima.

b Specialiter requiſitis. Requirendi ſunt ſinguli, ſi placet eis, quòd procedatur per formam cōpromiſſi. Nam vno contradicente non procederet hæc forma, vt ſuprà capitu. xxxix. & notat. per Docto. extra eodem, quia propter, & ideo de requiſitione huiuſmodi & conſenſu ſingulorum non omittat tabellio facere mentionem. *Compromiſſu impeditur per vnum.*

Adde, quæ dixi in d. c. xxxix. in verb. non valeret.

c Diſcordante. Hæc forma in diſcordia non procedit, vt dixi ſuprà, glo. prima.

d Concanonicis. Alijs etiam, quàm canonicis dare poſſet capitulum hanc poteſtatem, extra eodem, cauſam quæ.

e Plenam. Non eſt neceſſarium, quòd dicatur plenam, generalem, liberam, ſed ſufficit dicere, commiſerunt, vel dederunt eis, vel tranſtulerunt in eos poteſtatem eligendi, vt colligitur extra eodem, in cauſis, & c. cùm dilectus, & capitu. cùm in iure, & ca. quia propter: nam eo ipſo, quòd ſimpliciter eligendi poteſtas datur, vel transfertur, in totum dari, ſeu trāsferri videtur, extra de offi. deleg. venerabili, xix. diſtinct. ſi Romanorum, iſta tamen verba, licet ſuperflua videantur, non vitiant compromiſſum, argumen. C. de teſta. teſtamentum. *Eligendis ſimpliciter data, in totum data videtur.*

Adde, quid ſi cuilibet ipſorum fuerit poteſtas eligendi data, dicatur quilibet habere poteſtatem in ſolidum,

lidum, ita, quòd vnus ſine alio eligere poſſit, Calde. in conſilio ſexto, eodem, tenet, quòd ſic.

*Cõpromiſſarij intra quod tẽpus tenentur eligere.*

f Per tot dies. Si certum tempus non apponeretur in compromiſſo, totum tempus, quod habebant cõpromittentes, cederet compromiſſarijs, & ideo cautè faciunt compromittentes, ſi certum tempus in compromiſſo apponant, vt ſuprà capitul. xliij. vbi de hoc. Quod autem poſſint compromittere vſq; ad certam diem, vel horam, habes extra eodem, cùm in veteri.

Adde, quæ dixi in dicto capitulo xliij. in verb. competebat, & in verbo ſiue hora.

g Eligendi. Per hæc verba poſſunt iſti poſtulare, licet eis ſpecialiter ſuper hoc poteſtas non detur, ext. e. in cauſis, ſuprà, capitu. xv. & capi. xlvij. vbi de hoc.

*Compromittentes cõpromiſſũ reſtringere poſſunt.*

h De ſe, vel de alijs. An compromiſſarij poſſint eligere de ſeipſis, ſi hoc nõ exprimatur in compromiſſo, ſunt opiniones, & ideo tutius eſt, vt voluntas cõpromittentium exprimatur, vt dixi ſup. ca. xlviij. vbi de hoc. Nam cõpromittentes poſſunt reſtringere cõpromiſſum, prout placet eis, poſſunt enim compromittere, vt tantũ de gremio eccleſiæ, vel de certa eccleſia compromiſſarij eligere teneantur, vt ſup. capi. xlvij. item, quòd omnes compromiſſarij, vel duę partes ex eis, vel tot debeant cõcordare: vel, quòd de duabus perſonis, vel pluribus nominatis vnam debeant eligere, vt dixi ſuprà, capitu. xlvij. & c. xlv.

Adde, quæ dixi in capitul. hîc allegatis.

*Cõpromiſſarij ſimul eligere non poſſunt, etiam de permiſsione compromittentium.*

i Ita tamen. Hęc clauſula ponitur ad cautelã. Nam et ſi hoc dictum non eſſet, nihilominus per vnũ eſſet pronunciãda electio, ſicut fit in forma ſcrutinij, prout diffiniuit Papa Nicolaus in ele. eccleſiæ Karleolẽ. vt dixi ſup. cap. xlj. Sed, quid ſi poteſtas data fuerit ſub hac forma, vt compromiſſarij ſimul omnes, ſi voluerint, & poſtmodum vnus ex ipſis vice ſua & aliorum ad cautelam debeant eligere perſonam, de qua cõcordauerunt: nunquid ſi compromiſſi ſimul eligant, & poſtmodum vnus ſolus, valeat electio? Dic, quòd nõ,

prout

prout diffiniuit Papa Honorius in electione Arelatē. in qua ſic fuerat proceſſum, dixit enim in ſua diffinitione, quòd licet conſenſus compromiſſariorum omnium, vel maioris partis ipſorum exigatur interdū, prout lex cōpromiſſionis inducit, in eligendo, tamen vna ſit communis electio, non plures, eſt conſenſus ipſe non per omnes, ſed vnius tantū myſterio exprimendus, & per vnum tantummodo electio celebranda, nec licuit alicui prædictorū cōpromiſſariorum ex vigore huiuſmodi poteſtatis, quæ conſumpta extitit, taliter inſimul eligendo ad electionem procedere iterato. Nam ex quo ſic elegerunt, functi fuerunt officio ſuo, ſiue benè, ſiue malè, argu. extra de offic. deleg. in literis, & ff. de re iudic. l. iudex.

Adde, quòd iſta q. fuit Domi. Archid. in capi. ſicut, eod. libro ſexto, quem ibi, licet hic Mandagot. ſequatur, non tenent Ioan. An. Domi. & Philip. Franc. vbi Domi. alleg. hic Mandag. ſed pone, &c. prout ibi vide.

k In cōmuni. id eſt, in capitulo, vel in loco cōſueto. Vtrum autem compromiſſarij poſſint, vbicunq; voluerint, eligere, dixi ſup. capitu. lj. in glo. nunquid.

l Compromittentes. Hæc clauſula eſt ſupr. ex decre. extra eodem, cauſam quæ, & c. cùm dilectus, &c.

## Qualiter compromiſſarij proceſſum ſuum ordinare debent, ac vnus ipſorum vice omnium eligere in communi.

### FORMA IX.

*IN nomine Domini, &c. A.B.C. compromiſſarij à præpoſito & capitulo Nemau. eccleſiæ deputati, habentes generalem, plenā, & liberā poteſtatē eligēdi epiſcopum, & eidem eccleſiæ prouidendi, prout in inſtrumento per me. a. infraſcriptum notariū inde cōfecto plenius continetur, ſe in tali loco inſimul congregarunt,*

*gârunt, & ibidem habita collatione, ſeu tractatu plurium perſonarum finaliter omnes.* b. *inſimul conuenerunt, in archipresbyterũ eligendum. Deinde venientes ad capitulum.* c. *propter hoc ſpecialiter congregatum, prædictus, à vice ſua & aliorum compromiſſariorum, ac de ipſorum mandato.* d. *ſibi facto ſpecialiter ab eiſdem vice etiam totius capituli eundem archipresbyterum infra terminum.* e. *in compromiſſo præfixum elegit ſolenniter in hunc modum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Cùm vacante Nemauſen. eccleſia placuerit omnibus & ſingulis per formam compromiſſi eidem eccleſiæ prouidere, mihiq́; ac talibus meis ſocijs poteſtatem plenam & liberam dederint eligendi, & ipſi eccleſiæ prouidendi, nos poſt diuerſos tractatus multiplicium perſonarum finaliter diuina fauente gratia in archipresbyterum direximus concorditer.* f. *vota noſtra, virum.* g. *vtiq; prouidum & diſcretum, literarum ſcientia, vita, & moribus meritò commendandum, in ſacris ordinibus, & ætate legitima conſtitutum, ac de legitimo matrimonio procreatum, & in ſpiritualibus & temporalibus plurimum circumſpectum, vnde ego vice mea, & dictorum collegarum, ſeu ſociorum meorum, ac de mandato ipſorum, vice etiam totius capituli prædictũ archipresbyterum eligo.* h. *in epiſcopum & paſtorem eccleſiæ Nemauſen. & eidem eccleſiæ prouidẽs.* i. *de eodem. Electione autem huiuſmodi celebrata, eam omnes & ſinguli approbârunt.* k. *& cætera, ſicut ſuprà.* l. *Actum, & cætera.*

IN nomine Domini,&c.A.B.C.cõpromiſſarij,&c.

a Per me. Hoc locum habet, cùm ipſemet ſcripſit inſtrumentum, ſi verò alius ſcripſit, dicet ſicut in inſtrumento per talem notarium inde cõfecto dicitur contineri.

b Omnes inſimul. Non eſt de neceſſitate, quòd omnes conſentiant in perſonam eligendam, ſed ſufficit, quòd maior pars concordet, niſi forma compromiſſi aliud habeat, ſup.c.xlvij.vbi de hoc.

c Ad capitulum. Debent enim compromiſſarij ibi eligere, vbi compromittentes eligere tenebantur, vt dixi ſuprà, capi.ij.ergo ſi eſt conſueto eccleſiæ, quòd eligatur in capitulo, ibi eligent: ſi verò in eccleſia, tũc eligent in eccleſia. *Electio fiat per compromiſſarios ibi, vbi fieret per cõpromittentes.*

Adde, quæ dixi ſup.eod.cap.xix.in ver.in capitulo, & in d.c.lj.in verbo eo loco.

d Mandato. Aliàs non valeret, propter formam compromiſſi, argu.capit.cùm dilectus, extra de confir.vti.vel inuti.examinata, aliàs ſi nõ eſſet hoc dictũ in compromiſſo, benè valeret facta electio ab vno compromiſſario, alijs non contradicentibus, licet ſit tutius, quòd ſemper habeat mandatum, vt dixi ſuprà, capitu.lj. *Electio communis, an poſſit fieri per vnum de compromiſſarijs ſine aliorum mandato.*

Adde, quæ ibi dixi in verbo vnus.

e Infra terminum. aliàs ſi infra terminum compromiſſi non fieret electio, non valeret, argu.ext.de ſupplen.neg.præl.c.vltimo, ſup.c. xliiij.& ff.de arb.ſi cùm dies, & l.arbiter ex compromiſſo.

f Concorditer. Vbi omnes concordant, aliàs ſufficit concordia maioris partis, niſi aliud diceretur in cõpromiſſo, vt ſup.dixi, ſuper verbo omnes ſimul.

g Virum vtique. circa commendationem eligendæ perſonæ eſt inſiſtendum, vt ipſius perſonæ qualitas requirit, vt dixi ſuprà, forma vij. §.in nomine patris, vbi ponuntur & gloſantur verba, quæ hic ſequuntur.

h Eligo. Hæc pronũciatio electionis ſumpta eſt in

parte, ex glo. B. Comp. extra eod. quia propter, ſuper verbo prouideant. Et nota, quòd ille, qui vice ſua & ſociorũ eligit, ſeu prouidet, debet formare verba ſua in ſingulari, prout hîc dicitur, & non in plurali, vt dicat vice noſtra & capituli prouidebimus de tali, vel elegimus talem, quia vt dicit eodem B. Com. dominus Alexan. propter hoc caſſauit vnam electionem, non tamẽ videt cauſſam, quare propter hoc debuerat caſſare, ſed puto eſſe tutius, vt formentur verba in ſingulari, ſicut hîc formantur, vt oppoſitio, quæ ex caſſatione prædicta poſſet fieri, euitetur.

*Electio cõmunis etiã per viam cõpromiſsi eſt formanda per verba ſingularis numeri.*

Adde tex. & ibi Doct. poſt glo. in c. ſicut, eo. lib. vj. & in c. cùm ab vno de re iud. eod. lib. & quæ dixi ſup. eod. c. xxxiiij. in ver. vice omnium, & Abb. Sicu. in d. capitul. quia propter, §. vel ſaltem, columna prima, verſicu. circa iſtam formam, & Bald. in capitu. in Geneſi, columna ſecunda.

*Compromiſſarius poteſt dicere prouideo, vel eligo.*

i Prouideo. Cùm quædam iura iuuãt, quòd compromiſſarius habeat prouidere, vt extra eodem cauſam quæ, & capitu. quia propter, alia quòd habeat eligere extra eodem, cùm dilectus, & capit. cùm in veteri, extra de ſortil. eccleſia veſtra, non eſt vis, ſiue dixerit eligo, ſiue prouideo tantum, ſecundum B. Com. vt notatur per eum in dict. capi. quia propter, & idem innuit Inno. eodem titu. c. in cauſis, in glo. videtur, ꝙ poterunt vltra medium. Non puto etiam malum eſſe, ſi dicat vtrunque, ſcilicet, eligo talem & prouideo de eodem, ſicut hic dicitur, vt diuerſitati iuriũ ſatis fiat, ſicut notatur in ſimili materia, extra de poſtulationibus capitu. vltimo.

Adde, an valeat forma electionis, eligo in præſentãdum talem, &c. Archidiaco. & Petrum de Ancha. in capitulo primo, de poſtula. præ. & Ludoui. de Roma. in conſilio cccxxiij. & Bartho. de Firmo, in tract. de epiſcopo, in prima parte, libri tertij, quæſtione xvij. cum ſequenti. vel etiam ſi dicat, eligo illum, quem tutius notabit Bartholus, Bald. Ange. & Paul.

de

de Caſtro, in l. inſtitutio talis, ff. de conditione inſtitutionum.

k Approbarunt. Hæc probatio non eſt de neceſſitate, argum. extra eo. in cauſis, fit tamen ad cautelã, vt dixi ſup. forma vij. §. electione.

l Sicut, ſupr. forma vij. §. electione ibi, & cantando alta voce, Te Deum laudamus.

## Qualiter debet electionis proceſſus, cùm per formam inſpirationis proceditur ordinari.

### FORMA X.

*IN nomine Domini, Amẽ. Bonæ memoriæ, &c. ſicut ſuprà.* a. *vſq; ibi, pro non habitis haberentur, deinde iunge his peractis, nulloq; tractatu* b. *alio interueniente ſtatim ſubitò & repentè.* c. *omnes vnanimiter.* d. *in archipresbyterum conſenſerunt, & eum incontinenti vna voce, & vno.* e. *ſpiritu elegerunt in ſuum, & eccleſiæ Nemauſen. epiſcopum & paſtorem, ipſumq; electum cantando, Te Deum laudamus ad eccleſiam deportârunt.* f. *&c. Actum, &c.*

IN nomine Domini, Amen, &c.

a Sicut ſuprà, forma vij.

b Tractatu alio. Vtrum tractatus poſſit præcedere hanc formam, habes ſup. c. lij.

c Repentè. Sine inſtigatione hominis. Quod dic, vt ſuprà capitulo lij.

d Vnanimiter. aliàs non valeret electio in forma hac, niſi omnes eſſent concordes, ſu. c. lij. vbi de hoc.

e Vno ſpiritu. nõ enim reqritur, cũ per formã iſtã ꝓceditur, ꝙ vnus eligat vice oĩm. Nã ſiue dicant eligo, ſiue dicant eligimus, intelligitur eſſe coĩs electio, vt dixi

*Electio per inſpirationẽ poteſt fieri per verba pluralis numeri.*

dixi ſupr. capitu.lij.quia ea, quę fiunt diuina inſpiratione, non ſunt ſub lege,extra de regula. licet, xix. q. ij.duo ſunt. Hoc tamen habet locum in verè inſpirata. Tunc enim, vt dicit,eſt neceſſe,quòd vnus eligat vice omnium. Quod dic, vt notatur in præalleg. capit. lij. vbi habes,quæ ſit differentia inter electionem inſpiratam,& quaſi inſpiratam.

Adde Bar. de Fir.in tra. de epiſcopo,in j.par.li.iij. q.xlix.& q.lij.& quę dixi ſup.eo.c.lij.in glo.pe.

f Deportarunt, &c.Sub iſto, & cęt. iunge quod eſt ſup.forma vij. §. electione ibi intronizantes,&c.vſq; ad §.ſanè.

## Qualiter ad præſentandam electionem electo,& petendum ipſius aſſenſum poteſt ab electoribus conſtitui procurator,&c.

### FORMA XI.

*IN nomine Domini, Amen. Anno,&c. B.præpoſitus & capitulum.*a.*eccleſiæ Nemauſen. fecerunt & conſtituerũ. C.præſentem,*b.* & mãdatum huiuſmodi ſuſcipientem procuratorẽ ſuũ & nuncium.* c.*ſpecialem ad præſentandum domino archipresbytero Nemauſen. electionem de ipſo canonicè celebratam in epiſcopum Nemauſen. & ad petendum ab eo ſuppliciter & inſtanter, vt ipſi electioni ſuum aſſenſum debeat impartiri, promittentes ſe ratum & firmum perpetuò habituros, quicquid per procuratorẽ ipſum actum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum. Actum,&c.*

IN nomine Domini,&c.

Forma iſta locũ habere poteſt, cùm electus eſt abſens,

ſens, cui electio eſt præſentata, aliàs ſi ſit præſentata totum capitulũ poteſt eam præſentare ſibi, & petere conſenſum eiuſdẽ, ar. extra e. quàm ſit. Greg. x. lib. vj.

Adde, quòd abſens poteſt in epiſcopum eligi, vt no. lxiij. diſt. & ibi Cardi. poſt Domi. & idem Bald. in l. fin. in iij. q. C. de contrah. emp. & in l. vt perfectius, C. de anna. excep. per c. quia propter, eod. Item & prębenda, vel aliud beneficium poteſt abſenti conferri, ſecundum Bald. in l. ſcimus, §. ſed & ſi quis, C. de lat. lib. tol. c. ſi tibi abſenti, & de præben. lib. vj. & l. abſenti, ff. de dona. & Bart. de Fir. in tract. de epiſcopo, in j. parte, lib. ij. quæſt. xxvj. *Electiõis præſentatio per quem fiet.*

a Capitulum. tutius eſt, quòd exprimantur nomina omnium canonicorũ præſentium, vt conſtet euidentius de concordia eorundem, argu. extra de procu. conſulti. non tamen ſcribantur nomina abſentiũ, quia tale inſtrumentũ falſum eſſet, extra de his, quæ fiunt à præla. quanto, C. ad l. Cor. de fal. qui veluti. *Falſum committit, qui abſentiũ nomina ſcribit.*

Adde, quæ dixi ſuprà forma. j. in verbo tales, in prima & ſecunda.

b Præſentem. Abſentem etiam ad hoc conſtituere poſſent, ff. de procu. li. j.

c Nuncium. Secundum canones non eſt vis, ſiue dicatur nuncius, ſiue procurator, ex quo conſtat de intentione conſtituentis, extra de procu. petitio. & j. q. iij. ſaluator. Et quamuis conſtitutio Greg. x. extra eod. quàm ſit, lib. vj. dicat, quòd electores tenentur electionẽ præſentare electo, & petere conſenſum ipſiꝰ, ſufficit tamen, quòd id faciant per procuratorẽ. Nam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, extra de ſen. excommu. mulieres, ff. de admi. tu. ita autem, §. geſſiſſe. *Electiõis præſentatio poteſt fieri per procuratorẽ.*

Adde glo. inf. eo. forma xiiij. in verbo per talem.

## Qualiter debet electo electio præſentari, & eius aſſenſus cum reuerentia poſtulari.

## FORMA XII.

*IN nomine Domini,&c.conſtitutus in præſentia domini archipresbyteri Nemauſen. in epiſcopum Nemauſen. electi.C.procurator præpoſiti & capituli eiuſdem eccleſiæ ad infraſcripta ſpecialiter deputatus, vt in quodam inſtrumento.* a. *manu talis notarij confecto plenius continetur, præſentauit eidem domino archipresbytero procuratorio nomine prædictorum vnum inſtrumentum manu eiuſdem notarij factum,quod continebat proceſſum electionis de ipſo domino archipresbytero celebratæ,petijtq; idem.* C. *ab eodem ſuppliciter & inſtanter,* b. *vt ibi electioni ſuum deberet præſtare aſſenſum: dictus verò dominus archipresbyter reſpondit eidem, quòd deliberare.* c. *volebat,& deliberatione habita reſpondere,* d. *prout ſibi dominus miniſtraret. Actum,&c.*

*Electionis præſentatio probabitur per publicum inſtrumentū.*

IN nomine Domini, &c. Super præſentationē electionis facienda electo, propterea debet fieri publicum inſtrumentum, vt per illud certificetur ſuperior, vtrum debito tempore fuerit electio cadē pręſentata. Quod autem ſit tempus illud, habes ſup.ca. xxxvj. Quid de poſtulatione: nunquid & ipſam tenētur præſentare poſtulantes ipſi poſtulato? Dic, vt ſup. c.lvj.in fin. glo. ſicut enim.

*Electionem præſentans, quid debet oſtendere electionem.*

a Inſtrumento. Inſtrumentum illud debet procurator oſtendere electo, vt per ipſum certioretur, an ex parte eligentium ſibi electio præſentetur. Item, debet etiam exhibere totum proceſſum electionis eidē electo, vt plenè deliberare valeat, ſuprà capit. xxxvij. aliàs niſi exhiberetur eidem, deliberare non poſſet, extra de dilat. capitu. ij.

b Inſtan.

b Inſtanter. Precibus & inſtantia victus & pluries inuitatus conſentire debet electus, ne ſi ſtatim conſentiat, putetur ambitioſus, j. q. vj. capitu. ſicut is, C. de epiſcopis & cler. ſi quenquam.

c Deliberare volebat. Hęc deliberatio vtilis eſt, vt dixi ſuprà cap. xxxvij. Nam qui citò facit (vt Seneca dicit, ad pœnitentiam properat. Et Salomon: Qui in conſideratione loquitur, ſentiet mala. v. quæſtio. v. §. aliud.

Adde, quæ dixi ſuprà eodem, in prohe. in verbo contraria.

d Reſponderet. Tempore etenim indigemus, vt aliquid maturius peragamus, l. diſt. ponderet. & dicit lex, quòd ea, quæ conſilio fiunt, iure meritoque firmitate nituntur, C. de repudijs, l. dubium non eſt, ſi tamen vult, ſtatim conſentire poteſt, licet cautius faciat, ſi primò deliberet, vt dixi ſuprà capitulo triceſimo ſeptimo.

Adde, quòd parua ſunt arma foris, niſi ſit conſiliũ domi, vt inquit Cicero, de offic.

Nam priuſquam incipias, conſulto, & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt, prout dicit Criſpus Saluſtius de bello Catilinæ, in prologo ſuo.

## Qualiter electus electioni ſuæ petitum aſſenſum debet humiliter impartiri.

### FORMA XIII.

*IN nomine Domini, &c. Conſtituto in præſentia domini archipresbyteri Nemauſen. in epiſcopum Nemauſen. electi. C. procuratore præpoſiti, & capituli eiuſdem eccleſiæ ad petendum ſuppliciter & inſtanter vice & nomine prædictorum, vt idem dominus electus electioni de ſe factæ conſentire deberet, ipſe nolens diuinæ re-*

*ſiſtere voluntati. a. electioni prædictæ conſenſit. b. ad honorem. c. ſummæ & indiuiduæ Trinitatis, ac Beatæ Mariæ virginis glorioſæ, in cuius nomine eſt eccleſia Nemauſen. conſecrata. Actum, &c.*

IN nomine Domini, &c.

*Oues paſcere renuens Deo contradicit.*

a Voluntati. Diuinæ voluntati contradicit, & paſtorem ſummum ſe non amare contendit, qui cùm poſſit, oues Dei omnipotentis paſcere renuit, viij. q. j. in ſcripturis, & ſecundum Auguſtinum, qui electus ab eccleſia miniſterium euangelizandi ſuſcipere renuit, meritò ab eccleſia ipſa contemnitur, vt ea. c. & quæſt. c. olim.

b Conſenſit. Vt de iſto conſenſu, qui præſtari debet infra tempus ſtatutum in conſtitutione Greg. x. ex. eo. quàm ſit, li. vj. & ſup. c. xxxvij. poſſit cõſtare, ꝙ præſtitus ſit infra tempus debitum, debet ſub hac forma, vel alia competenti fieri inſtrumẽtum, alioquin oportebit hoc per teſtes, vel aliàs legitimè probari, quod difficilius erit.

c Ad honorem. Hæc verba ſunt de benè eſſe, non de ſubſtãtia, & eſt ſimile, extra de vſupal. ad honorẽ.

## Qualiter electionis decretũ debet fieri, quando per formam ſcrutinij electio eſt celebrata.

### FORMA XIIII.

*IN nomine Domini, Amen. Sanctiſſimo. a. beatiſſimo in Chriſto patri, domino M. diuina prouidente clementia ſacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici G. præpoſitus & capitulum. b. eccleſiæ Nemauſen. ſui humiles filij & deuoti cum omni reuerẽtia deuotiſſima pedum. c. oſcula beatorum. Cùm propter vacationẽ diutinam*

*tinã eccleſiæ paſtorum ſolatijs destitutæ grauia in ſpi ritualibus et tẽporalibus diſpẽdia patiãtur, cõditores canonũ deliberatione prouida cenſuerint,* d. *ꝙ vltra tres menſes vacare nõ debeant eccleſiæ cathedrales. Defuncto igitur anno tali et die.* e. *tali, bonæ memoriæ Domino. P. quondam Epiſcopo Nemauſenſ. & ipſius corpore cum reuerentia tradito eccleſiaſticæ ſepulturæ.* f. *ne ipſa eccleſia viduitatis ſuæ incommoda diutius deploraret, fuit à præſentibus talis.* g. *dies cum continuatione.* h. *ſequentium concorditer aſsignatus ad electionem futuri Pontificis celebrandam. Citatis autem iterum abſentibus et conuenientibus in termino ſupradicto ad capitulum Nemauſen. omnibus, qui debuerunt.* i. *voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe, tandem deliberatione habita, per quam formam eſſet in electionis negotio procedendum, placuit nobis omnibus & ſingulis per formam ſcrutinij eidem eccleſiæ prouidere. Vnde tres.* k. *de noſtro collegio fide dignos, videlicet. A. B. C. concorditer duximus aſſumendos,* l. *quibus dedimus poteſtatem, vt ſecreto ac ſigillatim vota cunctorum, primò tamen ſua, & poſtmodum noſtra exquirerent diligenter, & eis in ſcriptis redactis, mox in communi publicarent eadem. Scrutatores autem ipſi poteſtatem ſibi traditã acceptantes, & ad vnum angulum noſtri capituli ſe trahentes,* m. *ſecreto & ſigillatim.* n. *inquiſiuerunt diligenter. ſicut nobis poſtmodum retulerunt,* o. *primo ad inuicem vota.* p. *ſua, et noſtra poſtmodum, prout à nobis habuerãt in mandatis, ipſisq́ in ſcriptis redactis,* q. *mox in communi eadem publicarũt:* r. *qui-*

*bus publicatis, et collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, ſubſecuta, ſ. repertum extitit maiorem. t. & ſaniorem partem capituli direxiſſe in ſcrutinio in Dominũ Archipresbyterum vota ſua, virum vtique prouidum. u. & diſcretum, litterarum ſcientia, vita & moribus merito commendandum, in ſacris ordinibus & ætate legitima conſtitutum, ac de legitimo matrimonio procreatum, in ſpiritualibus & temporalibus plurimum circũſpectum, quẽ talis de mandato noſtro nobiſq; præſentibus elegit ſolenniter in hunc modum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, amen. Cùm vacante Nemauſen. eccleſia, &c. ſicut ſupra x. Dictã verò electionem ſic ſolenniter celebratam omnes approbauimus, y. gratamqúe habuimus & acceptam, ac deinde, Te Deum laudamus. z. ſolenniter decantãtes dictũ electum noſtrum in Epiſcopali cathedra intronizauimus, iuxta morem, & confeſtim electionem ipſam clero & populo per talem. a. fecimus publicari. Poſtmodum verò electione huiuſmodi dicto electo per talem de mãdato noſtro infra tempus. b. debitum præſentata, & petito ab eo, vt ſuum idem præberet aſſenſum, ipſe tãdem nolens diuinæ reſiſtere voluntati, infra tempus à iure ſtatutum. c. annuit votis noſtris, electioni conſentiens de ſe factæ, ea propter ſanctitati. d. veſtræ tam deuotè, quàm humiliter voto vnanimi ſupplicamus, quatenus electionem eandem ſic ſolenniter, ſic canonicè celebratam dignemini confirmare, e. ac eidem electo noſtro munus conſecrationis fauorabiliter impartiri, vt Deo auctore nobis et dioceſi toti velut paſtor*

ſtor idoneus præeſſe valeat vtiliter & prodeſſe.f.noſque & alij eius ſubditi ſub regimine ipſius poſsimus corã Deo ſalubriter militare. Cæterũ vt beatitudo.g. veſtra cognoſcat euidentius.h. vota noſtrorũ omnium in prædictis omnibus & ſingulis cõcordaſſe, ac in petitione huiuſmodi exiſtere vnanimes & cõcordes, præſens electionis noſtræ decretum ſanctitati.i.veſtræ tranſmittimus, noſtris quidem iuxta ſtatuta.k.canonica roboratũ proprijs manibus.l. & ſubſcriptum, quod etiam ad maiorem.m.cautelam per infraſcriptum tabellionem in formam publicam redigi fecimus, & ſigillis noſtri capituli ac noſtris proprijs.n.ſigillari. Ego.o.G.præpoſitus Nemauſenſ. & pluribus prædictis interfui, & in dictum dominum Archipreſbyterum conſenſi ac manu propria huic decreto ſubſcripſi. Ego.P.presbyter & canonicus Nemauſenſ.vnus de ſcrutatoribus ſupradictis interfui.p. prædictis q.omnibus, & in dictum Dominum Archipresbyterum conſenſi, ac ipſum vice mea & vice capituli, vt eſt dictum, elegi.f.& per talem huic decreto ſubſcribi feci, quia ſcribere neſciebam.ſ.Ego. C.Diaconus et canonicus prædictis interfui, & P.in ſcrutinio nominaui.t.ſed quia publicato ipſo ſcrutinio & collatione habita diligenti repertũ fuit, quòd maior & ſanior pars totius capituli direxerat in Dominũ Archipreſbyterum vota ſua, à nominatione dicti.P.receſsi, & in dictum Dominum Archipresbyterum conſenſi, & huic decreto manu ꝓpria ſubſcripſi, u.&c. Actũ, &c.

IN nomine Domini, &c.

a Sanctiſſimo. Cùm ſcribitur Domino Papæ, erit ſic

*Decretũ referat plenè electionis proceſſum.*

erit ſic ſalutatio inchoanda. Si verò ſcribatur Metropolitano, tunc dicetur: Reuerendo in Chriſto patri Domino tali Archiepiſcopo, &c. Et nota, quòd decretum debet plenè referre proceſſum electiõis, & cum ſcriptura inde confecta concordare, per quamcunq; formam proceſſum fuerit, aliàs malè eſſet, ſi diſcordarent, quia ſibi fidem ad inuicem derogarent, extra de fide inſtru. ca. imputari.

b Capitulum, hoc locũ habet, quando vna electio eſt in concordia celebrata. Si verò in diſcordia, tunc dicetur G. Prępoſitus, & infra ſcripti canonici eccleſiæ Nemauſen, vtraque enim pars tunc faciet ſuum decretum.

c Pedum oſcula. Hoc locum habet in ſummo Põtifice. Si verò ſcribatur Metropolitano, dicatur, tales ſui deuoti ſeipſos cum omni reuerentia & honore, nec debet poni in ſalutatione hoc verbum, ſalutem: quia cùm ſubditus ſcribit ſuperiori, ſubijcere debet id, cauſa reuerentiæ, ſicut tenet communis vſus dictorum.

d Cenſuerint. l. d. poſtquam extra eodem, ne pro defectu.

e Die tali. Hìc debes ponere annum & diem mortis prælati, & nomen ipſius, vt ſic appareat, quando, & per cuius mortem eccleſia vacare incepit, ſupr. eo. forma vij. vbi de hoc, in fine verò ponas annum & diem, quando fuit decretum confectum: ſi verò vacauit, aliàs, quàm per mortem, illud ſimiliter exprimatur, prout dicitur in forma prædicta.

*Electio non caſſabitur licet ante ſepulturã defuncti celebretur.*

f Sepulturæ. Hoc eſt etiam exprimendum, vt appareat, quòd non pręmaturè proceſſerunt ad electionem: ſi tamen antequam defuncti corpus ſepulturæ ſit traditum, electio celebretur, nõ propter hoc caſſabitur, vt dixi ſuprà, c. iiij.

Adde quæ dixi in capit. j. in verbo ſit ſoluta. ſupra eodem.

g Talis dies. Expreſſio huius dici non eſt etiam

omit-

omittenda, vt per hoc appareat, an infra tempus iure ſtatutum ſit electio celebrata. Nam ex quo ſupra eſt poſita dies mortis prælati, ſiue dies, qua incepit eccleſia vacare, & hæc dies, qua fuit electio celebrata, ſtatim appareat, vtrum ſit celebrata infra tempus à iure ſtatutum, necne. Quod autem ſit tempus illud, habes ſuprà, c.j. Sed nũquid probat plenè decretum ea, quæ continentur in eo?dic, vt ſuprà, c.xxxviij.

h Continuatione. Quare hoc ponatur, dixi ſuprà, c. iiij. & ſupra eod. forma j.

i Debuerunt. Hoc verbum & duo ſequentia voluerunt & potuerunt, exponuntur ſuprà, c.xix.

k Tres. ſi ſint plures, quàm tres, vel pauciores, & ſi non ſint de collegio, ſed aliunde, exprimatur in decreto. Vtrum autem debeant eſſe tantum tres de collegio, dixi ſuprà, c.xxiij.

l Aſſumendos. Qualiter aſſumantur ſcrutatores, dixi ſuprà, c.xxiij.

m Se trahentes. Ne ab alijs poſſent audiri.

n Sigillatim. Qualiter ſit hoc faciendũ, dixi ſuprà, c.xxiiij. & ſupra eo. forma vij.

o Retulerunt. Benè dicit: non enim poſſunt hoc dicere aſſertiuè illi, qui nõ fuerunt ſcrutatores, cùm ſcrutiniũ factum fuerit in ſecreto, licet quilibet poſſit hoc aſſerere de ſeipſo.

p Vota ſua. Quare primò ſcrutari debeãt vota ſua ſcrutatores, dicitur ſuprà, c. xxiiij.

q Redactis. Per quem & qualiter ſit etiam hoc faciendum, dicitur ſuprà, c.xxviij.

r Publicarunt. Per quem ſunt publicanda & qualiter, dicitur ſuprà, c.xxx.

ſ Subſecuta. Qualiter ſit collatio facienda, habes plenè ſupra eo. forma vij.

t Maiorem & ſaniorem. Hoc habet locum, quando ſunt plures in ſcrutinio nominati. Secus, ſi vnus ſolus: tunc enim dicetur, repertum extitit omnes direxiſſe, &c. nec fiet tunc collatio, niſi numeri tãtum,

zeli

zeli tantum, & meriti tantum, vt dixi ſuprà. xxxj.§. Porrò, & ſupra eo.forma vij.§.quibus.

*Electio commendetur, ſed non contra conſcientiam.*

u Prouidam. Secundum iſta & alia, prout qualitas electi exiget, debet electus ipſe commendari, caueat tamen ſibi commendans, ne contra conſcientiā commendet, ne ædificet ad gehennam, extra de reſtitu.ſpoli.litteras, vt dixi ſuprà eo.forma vij.vbi exponuntur verba, quæ hic ſequuntur.

x Sicut ſuprà, eodem, forma.vij.§. in nomine patris, vbi eſt forma, ſecundum quam debet fieri electio, & illa forma à prædicto.§. vſque ad §. electione, vel alia cõpetens, ſecundum q̃ facta erit electio, eſt in decreto nullo addito vel remoto totaliter inſerenda.

y Approbauimus. Vtrum approbatio hæc ſit neceſſaria, dixi ſupra eod.forma vij.§. electione.

z Te Deum laudamus. Omnia iſta exprimenda ſunt in decreto, vt ſuperior melius inſtruatur. Vtrum autem Te Deum laudamus ſit neceſſario decantandum, vel intronizandus electus, aut electio clero & populo publicanda, dixi ſuprà, ca. xxxv.

*Electio poteſt præſentari aut per procuratorē aut per capitulum.*

a Per talem. Hoc habet locum, quando per procuratorem præſentatur. Secus, ſi totum capitulum præſentet, quod poteſt quandoque, vt dixi ſupra eodem, forma xj.

b Infra tempus debitum. Quod ſit hoc tempus, habes ſupra eodem, ca.xxxvj.

c Statutum. Quod eſt tempus, habes ſupra codē, capit. xxxvij.

*Papæ qualiter ſcribendū eſt.*

d Sanctitati. Si ſcribatur Metropolitano, dicatur paternitati vel dominationi. Nam ſanctitas, beatitudo, & ſimilia verba propriè competunt ſummo Pontifici.

Adde, quid econtra, quando Papa reſcribit Imperatori, Regibus, & inferioribus, quibus titulis vtatur in nominationibus eorum, vide textum iuncta ſubſcriptione, & ibi Cardina. Alexand. in capitu. vides fili cariſſime, x.diſ. & an in plurali, vel ſingulari:

in cap.

in capit. ſecundum, & ibi Cardina. Alexand. xix. di. & glo. Abba. Sicu. & Ioan. de Ana. in ca. quam graui. de fal.

e Confirmare. Quando confirmatio ſit petenda à Papa, & quando ab alio inferiore, dixi ſuprà, c. lvj.

f Et prodeſſe. Bonus prælatus non tantum debet velle præeſſe, quantum prodeſſe. viij. quomodo qui in Epiſcopatum.

g Beatitudo. Si ſcribatur Metropolitano, dicatur paternitas, vel dominatio veſtra.

h Euidentius. Cùm propria ſcriptura faciat fidem contra ſcribentem. j. q. vij. ſaluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ: poſt huiuſmodi decretum non admittentur iſti ad contradicendum, ar. viij. q. ij. dilectiſſimi, niſi ſecundum tenorem decre. extra eodem, nulli. Greg. x. lib. vj. *Scriptura propria faciƀ fidem cõtra ſcribentem.*

i Sanctitati. Vel paternitati, aut dominationi, ſi ſcribatur Archiepiſcopo.

k Statuta canonica. lxj. diſti. c. Epiſcopus, & xlvij. di. de Petro, extra eodem, innotuit, & extra de poſtu. bonæ. ij.

l Proprijs. Vbi non ſubſcribunt per ſe, ſed per alium, aut alios, dicere non debent, noſtris proprijs manibus, ſed dicent ſic, præſens electionis noſtræ decretum ſanctitati veſtrum tranſmittimus roboratũ, iuxta ſtatuta canonica, & ſubſcriptum, quod etiam, &c. ſed nunquid ſubſcriptio hæc eſt de ſubſtantia? Non, vt dixi ſuprà, c. xxxviij. & no. lxj. diſ. Epiſcopus, tutius eſt tamen, vt non omittaur. *Decretũ electionis nõ requirit de neceſſitate ſubſcriptionem eligentium.*

Adde glo. infra eodem, in verbo ego. G.

m Maiorem. Vt ei maior fides adhibeatur. Nam decretum eſt quoddã teſtimonium vel teſtimonialis litera probationẽ plenam nõ faciens, niſi ſit ſigillatũ ſigillo autentico, vel manu publica conſcriptum, vt dixi ſuprà, ca. xxxviij. immò & quantumcunque plenum habeatur, nihilominus ſunt duo mittendi de his, qui electioni interfuerũt, vt per eos ſuperior inſtruatur,

ſtruatur, vt ſupra eo. nihil eſt, & in conſtitutione Ni. colai. e. ti. Cupientes lib. vj. & ſuprà, c. lvij.

n Proprijs. Cùm habent propria ſigilla, aliàs ſufficit ſigillum ipſius capituli, vel alterius autenticæ perſonæ: vel quòd autentica manu ſcribatur decretum, ſuprà, ca. xxxviij. Vtrum ſit neceſſarium, quòd canonici ſigillent decretum ſuis ſigillis, & ſubſcribāt manibus proprijs, dixi in prædicto c. xxxviij.

Adde, quòd ſigillari poteſt alieno ſigillo. §. poſſunt, & ibi Ioann. Fab. Chriſtofo. Por. & Ang. Are. inſti. de teſta. & Bar. Ang. & Franc. de Are. in l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. ff. de teſta. & hoc intellige, dummodo in ſubſcriptione proteſtetur, quòd ſigillauit alieno annulo. Secundum Specul. titu. de proba. §. videndum, & glo. Abb. & Felyn. in c. inter dilectos, in verbo dilectę de fide inſtrumen. & Ange. Are. ac Doctor. ſupra, allega.

*Canonici ſubſcriptiōes facere debent.*

o Ego. G. Præpoſitus. Incipiunt ſubſcriptiones eligentiū, quas debent facere ſinguli canonici per ordinē, ſecundū quod ſunt maiores in capitulo manibus proprijs, ſcribere ſciāt, ita, ꝙ quilibet ſuā faciat. Si verò ſit aliquis, qui ſcribere neſciat, ſubſcribat per alium, vt dicam infra. Et not. ſecundum quoſdam, ꝙ quilibet ante ſubſcriptionem propriam debeat facere aliquod ſignum, puta crucem, vel aliquod aliud, & in fine ſimiliter, hoc tamen de iſtis ſignis in ſuperſcriptione decreti faciendis, non inuenio aliquo iure cautum, ſi tamen fiant, non eſt malum. Nota inſuper, quòd in ſubſcriptione debet dignitas ſubſcribentis & ordo exprimi: Nam magis præſumitur pro his, qui ſunt in maioribus dignitatibus & ordinibus, vt dixi ſupra, capitulo. xxviij. in fine, & ſupra eodem, forma vij.

*Dignitatē & ordinē ſuum exprimat qui ſe ſubſcribit in decreto.*

Adde Specu. idem tenentem in §. j. eo. col. v. ante fin. verſicu. & eſt vtile, & col. ix. verſic. poſtea, per cap. inter canonicos, eodem, & Bartho. de firm. in tracta. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. iij.

p Inter.

p Interfui. Excepto ſcrutinio, in quo non interfui, niſi quando conſenſum meum expreſſi: hoc iunge, quando formabis decretum, vel poteris breuius dicere: ego talis prædictis omnibus conſenſi, & huic decreto manu propria ſubſcripſi. Nec ſubſcriptio veritatem continet, quanquam non interfuerit in ſcrutinio, & eſt breuior, quàm altera.

q Prędictis omnibus. Alij, qui non fuerunt ſcrutatores, non ſic poſſunt dicere, quòd omnibus interfuerunt, vt dixi ſuprà in gloſa proxima.

r Elegi. Bonum eſt, quòd iſti de electione à ſe facta teſtificentur.

ſ Neſciebam. Vel non poteram ratione infirmitatis. Talis enim, qui neſcit, vel non poteſt ſcribere, poteſt id facere per alium, vt notatur extra de re iudica. cùm i. & a. Nam qui per alium facit, per ſe facere videtur, extra de ſeu. excommunic. mulieres. ff. de admi. tu. ita autem §. geſſiſſe.

t Nominaui. Hæc ſubſcriptio diſſimilis eſt alijs, non enim poteſt dicere, quòd ab initio conſenſerit in dictum Archipresbyterum in ſcrutinio, licet poſtmodum conſenſerit in eundem, quod benè potuit, ex quo erat à maiori & ſaniori parte capituli nominatus, vt ſuprà, c. xxxiiij. Vel ſi vis breuius expedire, dicas ſicut dicitur ſuprà, ſuper verbo interfui. Ego talis omnibus prædictis conſenſi, & manu propria huic decreto ſubſcripſi. Nam hæc ſubſcriptio veritatem continet, ex quo ſibi placuit, quòd eligeretur, quanquam non conſenſerit in ſcrutinio in eundem.

u Subſcripſi, &c. Hic debent ſequi ſubſcriptiones omnium aliorum, qui electioni conſenſerunt, iuxta modum ſuprà dictum, deinde factis ipſis ſubſcriptionibus, ponat tabellio locum, annum & diem, quibus fuit factum decretum: ponat etiam teſtes, & ſubſcribat ſeipſum: ſignumque ſuum apponat, ſicut eſt conſuetum fieri in publicis inſtrumentis: ſi verò non fiat per manum tabellionis, tunc dicetur in fine,

*Decretũ electionis contineat locum, annum, & diem, &c.*

datum in loco, die tali, anno tali, &c. ſicut ſupra.

## Qualiter electionis decretum fieri debeat, cùm per formam compromiſsi celebratur.

### FORMA XV.

*IN nomine Domini, Amen. Sanctiſſimo.*a.*ac beatiſſimo,&c.ſicut ſuprà* b. *vſque ibi, negotio procedendum* c.*tandem placuit nobis omnibus & ſingulis.*d.*per viam compromiſſi eidem eccleſiæ prouidere, vnde dedimus vnanimiter nullo penitus diſcordāte. A.B.C.noſtris cōcanonicis.*e. *plenam.*f.*generalem, & liberam poteſtatem per tot dies tantum modo duraturam eligendi Epiſcopum de ſe.*g.*vel de alijs, prout eis expediens videretur, ac ipſi eccleſiæ prouidendi, ita.*h.*tamen, quòd poſtquam de perſona concordes exiſterent eligenda, vnus ipſorum de aliorum ſociorum ſuorum conſenſu vice ſua & ipſorum ac totius capituli perſonam illam ſolenniter eligeret in communi, & prouideret ipſi eccleſiæ de eadem. Compromiſſarij autem ipſi poteſtatem per nos ſibi traditam acceptantes, & in partem poſtmodum ſecedentes, tandem poſt tractatus inter ſe habitos plurimum perſonarum, prout ipſi nobis poſtmodum retulerunt,* i. *vnanimiter.*k.*in Dominum Archipreſbyterum concordarunt, virum vtique prouidum & diſcretum,* l.*&c. Deinde infra terminum in compromiſſo præfixum,* m.*veniētes ad capitulum.*n. *propter hoc ſpecialiter congregatum, prædictus. A.vice ſua & collegarum ſuorū ac totius capituli eum elegit ſolen-*

*niter*

*niter in hunc modum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Cùm vacante, O. &c. dictam verò electionem ſic ſolenniter celebratam, &c. ſicut ſuprà p. vſque in finem.*

IN nomine Domini, &c.

a Sanctiſſimo. Vel reuerendo, ſi ſcribatur Archiepiſcopo. Quod dic, vt ſupra, forma prox. vbi habes, quæ verba debent mutari, cùm ſcribitur inferiori Papa.

b Sicut ſupra, forma proxima.

c Procedendum. deinde continua, quod ſequitur tandem, &c.

d Simul. aliàs niſi omnes concordarēt, non procederet hæc forma, vt dixi ſuprà, c. xxj & c. xxxix.

e Concanonicis. Extraneis etiam poſſent dare hāc poteſtatem, extra e. cauſam quæ, & dixi ſuprà, ca. xlj. quod ſi factum fuerit, exprimatur in decreto.

f Plenā. Vtrum ſit neceſſario ponendum hoc verbum, & alia duo. ſ. generalem & liberam, dixi ſupra e. forma viij.

g De ſe vel de alijs. Vtrum poſſint compromiſſarij eligere de ſeipſis, etiamſi non ſit dictum in compromiſſo, habes ſuprà, ca. xlviij.

h Ita tamen. An hæc clauſula ſit neceſſario ponēda in cōpromiſſo, dixi ſupra, e. forma viij. In decreto verò ſunt omnia exprimenda, quæ acta fuerunt, vt ſuperior plenius inſtrui poſſit.

i Retulerunt. Non poſſunt hoc ſimpliciter aſſerere, quia non interfuerunt in tractatu, ſicut dixi in ſimili caſu ſupra, forma proxim. notarius tamen, qui his interfuit, benè poteſt hoc aſſerere.

k Vnanimiter. Exprimendū eſt in decreto, vtrum omnes conſenſerint, vel maior pars. Nam ſufficit, ꝙ maior pars conſentiat, niſi aliud ſit dictum in compromiſſo ſuprà, c. xlvj. & dixi ſupra e. forma ix.

*Cōpromiſſariorū maiorē partē ſufficis conſentire.*

l Diſcretum, &c. Sub iſto, &c. contineri debet commendatio, quæ eſt ſupra, forma proxi. §. quibus publicatis

blicatis, vel alia, ſecundum quod exigit qualitas electæ perſonæ.

m Præfixum. Hoc eſt neceſſarium: aliàs non valeret electio, ſuprà, c.j.& c.xliij.& dixi ſupra e.for.ix.

n Capitulum. In quo loco eligere debent compromiſſarij, dixi ſuprà, c.lj.& ſupra eod. forma.

o Cùm vacante. Hic ex integro eſt ponenda forma pronunciationis electionis, quę eſt ſupra, eodem, forma ix.§.in nomine, vſque ad §.electione, vel alia, ſecundum quam fuerit electio facta, proxim.§.in nomine patris.

p Sicut ſupra, forma proxi.§. dictam verò. Nam fient ſubſcriptiones, verbis tamen earundem ſubſcriptionum mutatis congruè, prout huic formæ viderint congruere ſubſcribentes, & ſubſcribet etiam tabellio, vt ibi dictum eſt.

## Qualiter electionis decretum debeat fieri, cùm per formam inſpirationis eſt electio celebrata.

### FORMA XVI.

*In nomine domini, amē. Sanctiſſimo ac beatiſſimo,* a. *&c. vſque ibi cōmodè intereſſe, deinde ita iunge ſtatim nullo alio tractatu interueniente, ſubito.*b.*& repētè ſpiritus ſancti gratia (vt firmiter credimus) inſpirati omnes nullo penitùs diſcrepante.*c.*direximus in dominum Archipreſbyterum vota noſtra, virum vtique prouidum & diſcretū,*d.*&c.& eum vna voce ac vno ſpiritu in noſtrū & eccleſiæ Nemauſen. elegimus.*e.*Epiſcopum & paſtorem, et Te Deum laudamus ſolenniter decãtando, dictum electum noſtrum in Epiſcopali cathedra introniʒauimus, iuxta formam & morem, & cæt. ſicut ſupra.*f.*vſque in finem.*

IN nomine Domini,&c.

a Beatiſſimo,&c. Supple quod hîc deeſt, ſuprà forma xiiij.

b Subito & repente. Hæc verba ponuntur, & exponuntur ſuprà, c.lij.

c Diſcrepante. Benè dicit. Nam hæc forma non procedit aliquo diſcordante, vt dixi ſuprà, c.lij.

d Et diſcretum, &c. Pone commendationem, quæ eſt ſupra codē, forma xiij.§.quibus publicatis & ſupra eodem, forma vij.§.in nomine patris, vel aliam electæ perſonæ congruentem.

e Elegimus. Ex quo ſimul vno ore & vno ſpiritu ſic inſpirati eligunt aliquem, non requiritur alia forma, nec quòd per vnum fiat electio in còmmuni, vt dixi ſuprà, c.lij. & ſupra eo.forma x.

f Sicut ſuprà. Forma.xiiij. §. dictam verò electionem, ibi & confeſtim.

## Qualiter ad petendam confirmationem poteſt ab electoribus conſtitui procurator.

### FORMA XVII.

*IN nomine Domini, Amen, &c.G. præpoſitus & tales.*a.*canonici Nemauſen.fecerunt & conſtituerunt tales.*b.*& quemlibet eorum in ſolidum,ita quòd non ſit melior conditio occupantis,ſed quod vnus inceperit, alter perficere poſſit,ſuos certos procuratores & nuncios ſpeciales ad comparendum & ſe repræſentandum coram ſanctiſſimo.* c. *Patre Domino.M. diuina prouidente clementia Papa. iiij. iuxta conſtitutionē bonæ memoriæ Domini Nicolai.*d. *ac ad petēdum ipſorū nomine ab ipſo Domino Papa,vel à qui-*

*buſcunque alijs iudicibus ſeu auditoribus deputãdis ab eo confirmationem.*e.*electionis celebratæ, ab eis de Domino Archipresbytero Nemauſen. necnon & ad impugnandum.*f.*electionem de.P.temerè attemptatam, ad appellationem.*g.*ab eis contra ipſum.P.& electores eius interpoſitam proſequendum, dantes eiſdem procuratoribus, & eorum cuilibet ſuper prædictis omnibus & quolibet prædictorum plenam, generalem, & liberam poteſtatem agendi & defendendi libellum vel libellos offerendi & recipiendi de calumnia.*h.*& veritate dicenda, in animas.*i.*eorum cuiuſlibet, alterius generis iuramentum præſtandi, excipiẽdi, replicandi crimina.*k.*& defectus opponendi ac probandi.*l.*teſtes, et inſtrumenta producendi, ſententiam & ſentẽtias audiendi, appellandi, quotiens neceſſe fuerit, & appellationem ipſam vel appellationes ipſas proſequendi, vnum vel plures procuratores ſubſtituendi.*m.*& eos reuocandi.*n.*quotiens eis vel eorum alteri videbitur expedire, ac procuratoris officium quandocunque placuerit reſumendi, & alia omnia & ſingula faciendi, quæ in prædictis aut circa prædicta neceſſaria fuerint, vel etiam opportuna, ꝑmittẽtes mihi notario infraſcripto nomine omnium, quorum intereſt aut intererit in futurum ſolenniter ſtipulanti ſe ratum & firmum perpetuò habituros, quicquid per eoſdem procuratores vel eorum alterũ, ſeu per ſubſtitutum vel ſubſtitutos ab eis, vel eorum altero actum ſiue geſtum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum, Actum,* o. *&c.*

IN nomine Domini, &c.

a Tales canonici. hoc locum habet, quãdo ſunt duę electiones in diſcordia celebratæ, vel vna, cui aliquis vel aliqui ſe opponũt, remotis aliquibus verbis, inf. contentis, ſi enim vna ſit in concordia celebrata, tunc dicetur B. præpoſitus & capitulũ Nemauſen. fecerunt, &c.

b Tales. Non eſt vis, vtrum procuratores iſti ſint de electoribus, vel de alijs, ſed hoc eſt vtile, vt plures conſtituantur, & in ſolidum ad hoc, vt ſi vnus impediatur, alter procurationis officium exerceat. Veruntamen cùm duo de electoribus, cùm electio eſt cõcorditer facta, vel cùm vna ſeu plures ſint in diſcordia celebratæ, duo de parte qualibet debent mitti ad ſedem Ap. ad inſtruendum Dominum Papam iuxta tenorem conſtitutionis Nicolai, e. ti. Cupientes, lib. vj. vt dixi ſup. c. lvij. dicunt aliqui, ꝙ illi non debẽt procuratores cõſtituere ad petendum confirmationẽ electionis ſuæ, vel ad impugnandã electionem alteriꝰ, ſed ad inſtructionem huiuſmodi faciendã duntaxat, quaſi non poſſint procuratorum & inſtructorum generere ſimul officiũ, ar. ex. de teſti. c. inſuper, ca. Romana. Alij dicunt, quòd poſſunt, vt innuitur in prædicta conſtitutione Cupientes, vnde quia ſuper hoc frequenter ſunt altercationes in curia, conſulo, quòd illi duo, qui mittuntur ad inſtruendum Dominum Papam, non conſtituantur procuratores ad proſequendum electionis negotium, ſed ad inſtruendum tantum, & hoc poterit fieri ſub hac forma: G. præpoſitus, & tales canonici Nemauſen. fecerunt tales ſuos procuratores canonicos & nuncios ſpeciales ad cõparendum corã ſanctiſſimo patre Domino M. diuina prouidentia Papa iiij. ad inſtruendũ eũdem, iuxta cõſtitutionẽ bonæ memoriæ Domini Nicolai ſuper electione, ſeu electionib. in dicta Nemau. eccleſia celebrata, & ad alia oĩa & ſingula facienda, quæ prædicta con-

*Canonici, qui mittuntur ad curiam pro inſtruenda electione an debeãt procuratores conſtitui.*

ſta conſtitutio exigit ſeu requirit, ratum & firmum perpetuò habituri, quicquid per eos factum fuerit, ſeu dictum in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

c Sanctiſſimo. Si ab Archiepiſcopo ſit petenda cõfirmatio, dicatur coram reuerendo Patre Domino tali Archiepiſcopo ad petendum ab eodem domino Archiepiſcopo, vel à quibuſcunque alijs iudicibus, ſeu auditoribus, &c. vſque in fin. non enim eſt facienda tunc mentio de cõſtitutione Nicolai, cùm illa tantùm locum habeat, quando eſt petenda confirmatio à Papa, vt dixi ſup. capi. lvj.

Adde, quo iure petatur confirmatio, & an requiratur libellus, Bartho. de Firmo, in tractat. de epiſcopo, in iij. parte, ij. princip. lib. iij. per totum.

d Nicolai. ex. eo. ti. Cupientes, lib. vj.

*Confirmatio electionis poteſt peti, aut per electum, aut per eligentes.*

e Confirmationem electionis. Nõ ſolũ electus poteſt confirmationẽ electionis petere, vt extra de conſue. cùm dilectus. & extra eod. quàm ſit. Greg. x. libr. vj. ſed etiam ipſi eligentes poſſunt, vt colligitur eod. tit. dudum, ij. & in dicta conſtitutione Cupientes.

Adde Bart. in l. Barbarius, Philippum, colum. ij. & Bald. colum. tertia, & Iaſo. colum. ff. de offic. prætor, in no. in c. cùm in iure, & ibi Moder. eod. titu. & glo. in c. j. §. facta electione, in verbo præſentata, in prag. & Bartho. de Firm. in tract. de epiſcopo, in iiij. parte, libro tertio, quæſtio. xv. & quæ dixi ſuprà eod. capit. xxxvij. in verbo & habere.

f Ad impugnandam. Hæc clauſula non eſt neceſſaria, quando non eſt aliqua electio à parte altera celebrata.

g Appellationẽ. Vbi non eſt appellatum, non eſt hæc clauſula in procuratorio ponenda. Illud autem conſulo, quòd eligentes, vel electi non ſint prompti ad appellandum, vel adhærendum appellationibus interpoſitis ab alijs ad proſequendum eaſdem, quantum longè melior eſt conditio non appellantium, vel appellationi aliorum adhærentium. Illi enim, qui appellant

pellant, vel appellationi eorum adhærent, ſi appellatio non ſit rectè formata, nō admittuntur ad ea proſequenda, quæ ſunt in appellatione expreſſa, nec etiam ad aliqua alia, exceptis tribus caſibus contentis, extra eod. vt circa. Greg. x. libro vj. & inf. c. lx. §. niſi aliquid. Illi verò, qui non appellant, nec appellationi aliorum adhærent, poſſunt opponere, dum tamē eorum interſit, tam ea, quæ appellantes in appellatione ipſa expreſſerunt, quàm alia, argum. extra eod. ſtatuimus, lib. vj. & ex. de teſti. veniens, ij.

h De calumnia. Licet in ſpiritualibus cauſis ſit tātum iurandum de veritate dicenda, de iuris rigore, vt extra de iuramen. calum. literas, ſi tamen iuretur de calumnia, non eſt malum, vt notatur de iureiurando ex literis, & in curia Romana, ſimul de vtroque iuratur in talibus cauſis.

i Animas eorum. ſic ex. de iuramen. calum. imperatorum. & extra de teſti. præſentium, lib. vj.

k Crimina. Niſi hæc clauſula in procuratorio poneretur, nō poſſet procurator opponere crimina, vel defectus contingentes perſonam eius, qui pro ſua electione litigat, vt notatur per Innocen. extra de accuſationibus, ſuper his, in fine, & extra de electionibus, ca. ſtatuimus, lib. vj. vbi etiam idem notatur per B. Compoſtell. non tamen eſt neceſſarium, vt crimina, vel defectus ſpecificentur in procuratorio, vt notatur per prædictos doctores in d. decr. ſtatuimus. *Appellare citò non eſt ſapientis.*

Adde Petrum de Anch. Dominic. & Philip. Franc. in c. j. & c. procurator, eo. lib. vj. & quæ dixi ſuprà eo. c. lvij. in verbo inſtructum.

l Probandi. Dato, quòd hoc non poneretur in ꝓcuratorio, nihilominus procurator habens mandatū ad opponendum crimina & defectus poſſet ea probare, vt notatur per Ber. Compoſtella. extra eod. ſtatuimus, lib. vj. & eſt argu. ad hoc, ff. de procura. l. ad legatum, & l. ad rem nobilem.

m Subſtituendi. Niſi hæc exprimerentur, nō poſſet

rator ante lit. conteſt. alium ſubſtituere, C. de de pro. cu. nulla, & l. neque, ſed cùm exprimitur, poteſt, ſicut ſeruat curia Romana, & eſt argu. ff. de ſerui. ru. prædio. cùm eſſent, et. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. item eorum, §. ſi decuriones.

*Procurator ſubſtitutus, an poßit reuocari.*

n Reuocandi. niſi hoc ſit expreſſum in procuratorio, non poterit procurator habens mandatum ad ſubſtituēdum alium reuocare illum, quem ſubſtituit, cum ſubſtituendo ſit officio ſuo functus, argu. extra de offi. deleg. in literis, & c. venerabili. ff. de re iu. l. iudex, & hoc eſt verum, ſi ante lit. conteſt. ſubſtituat, ſi verò poſt lit. conteſt. alium conſtituat, benè poteſt ipſum reuocare, cùm ſit dominus litis, C. de procurato. nulla.

o Actum, & cęt. Hìc ponantur nomina teſtium, & ſubſcriptio tabellionis, vt eſt moris. Et quia frequenter in curia negantur tabelliones hi, qui dicuntur cōfeciſſe inſtrumenta, nec interdū poteſt haberi probatio ibidem, conſulo, quòd in inſtrumento procurationis, & in omnibus alijs inſtrumētis apponatur ſigillum capituli, aut aliud autenticum, vt plenior fides adhibeatur eiſdem. Duplex enim funiculus difficilius rumpitur, quàm ſimplex argum. extra de treuga & pace, capitu. j.

*Funiculus duplex difficile rumpitur.*

Adde, quando vniuerſitas, vel collegium inſtituit procuratorem, aut ſyndicum ad aliquid faciendū, tenetur notarius nomina ſingulorum exprimere ſecūdum Bart. in l. j. ff. de albo ſcrib. & Bal. in l. j. ff. de magi. conuenien. & Abb. Sic. in c. quanto, de his, quæ fi. à maio. Et nota ad id, quod dicit hic Mand. ꝙ frequēter in curia negantur, &c. quòd ſcriptura tabellionis facit fidem extra locum confecti inſtrumenti, & etiā in curia Romana, ſecundum Bar. & Doct. in l. j. C. de ſum. tri. dummodo talia inſtrumenta ſint intra territorium conſtituentium confecta, aliàs non probarent, ſecundum Docto. cùm P. tabellio, de fide inſtru. & Dom. de Ro. dec. vlt. de fide inſtrum. in nouis, niſi

tales

tales tabelliones fuiſſent creati per Papam vel Imperatorem, vt dic. cum P. & ibi per Felynum, & in dict. dec. Rotæ.

## Qualiter ab electo, qui non poteſt perſonaliter comparere ad confirmationem petendam poteſt conſtitui procurator.

### FORMA VII.

IN nomine Domini, &c. nouerint vniuerſi, quòd venerabilis vir dominus archipresbyter Nemauſen. electus in epiſcopum Nemauſen. tali et tanta infirmitate. a. grauatus, quòd abſq; perſonæ ſuæ periculo. b. nō poterat, vt dicebat, in re ad præſens ad ſedem Ap. infra terminum in conſtitutione. c. domini Nicolai Papæ iij. comprehenſum, nec ſe domini M. diuina prouidentia Papæ iiij. conſpectui perſonaliter præſentare pro electionis ſuæ negotio modo debito proſequendo, fecit & conſtituit talem. d. ſuum certum procuratorem & nuncium ſpecialem ad comparēdum & ſe repræſentandum coram ipſo domino Papa, vel coram quibuſcunque iudicibus ſeu auditoribus deputandis ab eo, necnon & ad proponendum, ac probandum infra terminum ſeu terminos. e. in dicta conſtitutione præfixos, cauſam ſeu impedimentum huiuſmodi apud ſedem Apo. corā eodem domino Papa, vel corā alio, ſeu alijs, quem vel quos ipſe Dominus Papa duxerit deputandos, & etiam ad petendū. f. confirmationē electionis celebratæ de ipſo in eccleſia Nemauſen. ac impugnan-

pugnan-

*pugnandam. g. electionem. D. P. temerè attemptatam, dans prædicto ſuo procuratori ſuper prædictis omnibus & ſingulis, & quolibet prædictorum plenam, generalem, & liberam poteſtatē, &c. ſicut ſup.* h. *verbis tamen pluralis numeri in verba ſingularis, prout conuenit, commutatis.*

IN nomine Domini, &c. Forma iſtius procuratorij ſumitur ex conſtitutione Nicolai, extra de ele. lect. Cupientes, lib. vj. & ſup. lvj. §. cæterùm.

a Infirmitate. Bonum eſt, quòd exprimant infirmitatem.

*Electus per Papam confirmādus tenetur ipſum adire, vel procuratorem mittere.*

b Periculo. Vbi electus iuſto impedimento detentus venire non poteſt ad ſedem Apoſtolicam in his caſibus, in quibus à ſede ipſa confirmatio eſt petenda, tenetur mittere procuratorem, ſi poteſt, ſufficienter inſtructum ad proponendam & probandam abſentiæ cauſam, & confirmationem electionis petendam, prout hîc dicitur, & niſi fecerit, cadit à iure ſuo, vt dixi ſup. c. lvj. §. cæterùm, & §. ſequentibus, vſque ad §. denique, & probatur in conſtitutione Nicolai, extra de elect. Cupientes, §. quòd ſi quis, lib. vj. Si ab inferiore confirmatio ſit petenda, & electus ſit legitimo impedimēto detentus, ita, quòd per ſe eam petere non poteſt, nunquid tenetur eam petere per procuratorem, & niſi faciat, cadit à iure ſuo? Dic, quòd cùm iſta ſit grauis cauſa, non tenetur cōſtituere procuratorem, extra de procur. querelam, nec cadit à iure ſuo, ex quo eſt impeditus, ſuprà capitul. lvj. §. j. & extra de elect. quàm ſit. Greg. x. §. fin. lib. vj. Prædicta verò conſtitutio Cupientes non obſtat, quia loquitur de his tantùm, qui habent petere confirmationem ab Ap. ſe. vt dictum eſt ſuprà in princip. glo.

*Procuratorē in cauſa graui quis cōſtituere non tenetur.*

Adde Domi. in d. c. q̃ ſit, §. cæterum, col. ij. verſicu. ſed pone, quòd iſte electus, &c. qui ſequitur hîc auctorem, & ibi per Philip. Franc. & dixi ſuprà eo. capi.

quinqua-

quinquageſimo ſeptimo, in verbo mittere.

c Conſtitutione. extra de elect. Cupientes, lib. vj.

d Talem. Melius eſt, quòd faciat plures, & quemlibet in ſolidum, vt ſi vnus nollet, aut non poſſet procurationem aſſumere, alius id faceret, vt dixi ſuprà forma proxima, in prin. ſuper verbo tales.

e Seu terminos. Qui ſunt iſti termini, habes ſup. capitu. quinquageſimo ſexto, §. cæterum, & duobus §. ſequentibus.

f Petendum. Quia non ſufficit procuratorem conſtituere ad proponendam & ad probandam abſentiæ cauſam, niſi & conſtituatur ad petendam confirmationem, prout dixi ſup. e. forma, in gl. vbi electus, ideo iſta clauſula non eſt omittenda.

g Impugnandam. Hæc clauſula non eſt neceſſaria, quando eſt ſolum vna electio celebrata.

Et nota, quòd hîc non fit mentio de appellatione proſequenda, ſicut fit ſuprà, forma proxim. quia longè vtilius eſt electo non appellare, vel appellationi aliorum adhærere, meliusque poteſt ſe opponere aduerſarijs, quàm ſi appellaret, vel appellationi alicui adhæreret, vt dixi ſuprà forma proxima.

h Sicut ſuprà. Scilicet ſuprà forma proxima, ibi agendi, defendendi, &c. vſque in fin. verbis tamen cõpetenter mutatis, vt hîc ſequitur.

Explicit ſecunda pars.

# INCIPIT TERTIA PARS, DE APPELLATIONIBVS,

PER QVAS ELECTIONVM NEGOTIA IN-terdum ad ſedem Apoſtolicam deferuntur, &c. Et continet hæc pars vnum capitulum, in quo ponuntur ſeptem formæ inſtrumentorum.

QVia cōtingit interdum appellationes in electionibus, poſtulationibus, vel prouiſionibus interponi, propter quas, quia nō rectè formantur, repelluntur. a. multotiens appellantes & eis etiam adhærentes, ideo in hac parte tertia de huiuſmodi appellationib. aliquid inſeramus. Sciendum. b. eſt igitur, quòd quicunq; ſe opponunt electionibus, poſtulationibus, aut prouiſionibus factis, vel etiam faciendis, & propter hoc contigerit appellari. c. appellantes ad hoc neceſſariò aſtringuntur. Primò, vt in inſtrumento, d. ſeu literis. e. ſuper appellatione confectis omnia. f. & ſingula exprimant, quæ in formam. g. intendunt obijcere, ſeu perſonas. h. Secundò, vt id fiat coram perſonis autenticis, i. vel perſona, k. quæ ſuper hoc perhibeat. l. teſtimoniū veritati. Tertiò, vt ipſi appellantes præſtent. m. corporaliter. n. iuramentum, quòd credunt ea, quæ ſic exprimūt, poſſe probare. o. Alioquin. p. tam appellantes, quàm tempore appellationis, vel poſtmodum adhærētes. q. eiuſdem obijciendi aliqua, quæ in inſtrumento, vel literis huiuſmodi non fuerunt ſic. r. expreſſa, poteſtatem

*ſtatem ſibi nouerint interdictam.* f. *niſi aliquid poſteà de nouo emergat,* t. *vel ſuper antiquis probandi facultas ſuperueniat,* u. *vel aliqua antiqua.* x. *in opponentium noticiam.* y. *perueniant, quæ appellantes appellationis emiſſæ tẽpore veriſimiliter.* z. *ignorare potuerint, & etiam ignorauerint, ſuper qua ignorantia & ſuperueniente facultate probandi habebũt fidẽ facere per propriũ præſtãdum corporaliter iuramentũ.* a. *Nec illud prætereundũ exiſtimo, nec obliuioni tradẽdum, quòd ex quo ſemel prætermiſſa ſolennitate.* b. *prædicta fuerit appellatum, licet ea ſeruata iterũ etiã infra tempus debitum appelletur, nõ tamen per appellationem ſecundo loco interpoſitam poterit appellans in aliquo adiuuari.* c. *Nã appellatio primò perperam interiecta facultatem aliud vlterius opponendi eidem penitus interdicit.* d. *exceptis tribus caſibus ſupradictis.* e. *Caueat ergo ſibi ab initio quilibet, qualiter appellabit.* f. *Illud inſuper eſt notandum, quòd licet elector electoribus ac alijs, quorum intereſt, abſentib. & ignorantibus poſſit in huiuſmodi electionum negotijs licitè appellari,* g. *eſt tamen eis poſtmodum facta appellatio intimanda,* h. *aliàs.* i. *appellati venire ad ſedẽ Apoſtolicam, ad quam appellatum extitit, non tenentur.* k. *Porrò, vt ſuper præmiſſis inſtructio plenior habeatur, formas decreuimus infraſcriptas annectere.*

QVia contingit, &c. Hic aſſignatur capit. lx. & eſt tertia pars, ſub qua continentur vij. formę, quæ non per capitula, ſed per paragraphos diſtinguuntur, ſicut & de alijs formis dixi ſuprà c. lix.

a Repelluntur. extra de electio. vt circa, & capitu. quamuis. Greg. x. lib. vj.

b Scien-

b Sciendum. Quod dicitur in iſto §.& in ſequentibus vſque ad §.nec,illud ſumitur extra de dec.Greg. x.ex.de electionibus,vt circa,libro ſexto.

c Appellari. Siue extra iudicium,ſiue in iudicio.In vtroq; enim caſu vendicat ſibi locũ,quod hîc dicitur, & extra de elect.vt circa,argu.eo.ti.c.quamuis,Greg. x.§.ſed cùm in electionum. cùm enim dec. prædicta, vt circa facta fuerit, vt via malicijs præcludatur,& electionibus & eccleſijs ac beneficijs vacantibus citò prouideatur, ſicut poſſet fieri malitia, & impediri eccleſiarum ac beneficiorum prouiſio per appellationes factas extra iudicium, ſic per appellationes factas in iudicio: igitur cùm eadem ratio ſit hinc inde, idẽ ius eſſe debet,extra de tranſla.inter corporalia,& extra de confirm. vti. vel inuti. cùm dilecta, C. ad l.fal. l.vltim.

*Eccleſiarum prouiſio, poteſt retardari tam appellationes extraiudiciales, quàm iudiciales.*

Adde,quòd in appellatione,extra iudiciali, oportet cauſſam in ea expreſſam eſſe verã, nec ſufficit appellatum obtuliſſe eius probationem, & non fuiſſe auditũ,quòd aliàs in iudiciali ſolũ ſufficit,ca.interpoſita,in priñ.de ap.& vt no.Abb.Sicu.in c.j.& ibi Fely. colum.j.verſi.dum dicit ſignanter,eo.titu.quæ in iſtis beneficialibus etiam obſeruantur,vt d.ca. vt circa,& & ibi hoc tenet Domi. in §.alioquin, verſic.tertia cõcluſio, & in c.quamuis,eod.lib.vj. & c.j. de ap.libr.vj. & Ang.conſilio ccxvij.& Fely.in c.cùm ſit Romana, colum. iiij. verſicu. exprimenda eſt cauſa, de ap.poſt Abb. Sicul.

d In inſtrumento. publico, vt extra de elect.vt circa.Greg.x.lib.vj. Qualiter autem hoc fieri debeat,dicitur inf.eo.forma j.& forma iij.

Adde in d.capitu. cordi. omnes Doct.inſuper Do. colum.iij.& Do.de Rota.in dec.ccclxxxv.incip.ſi appelletur,titu.de ap.in nouis.

e Seu literis. autentico ſigillo ſigillatis,ſecundum quoſdam,argum.extra de ſen. excommu,cùm medicinalis, §. exemplum, lib.vj.& extra de fi.inſtru.c.ij.

Alij

Alij dicunt, quòd ſufficiunt literæ priuatæ, cũ decretalis, vt circa indiſtinctè loquitur, ſicut & aliàs dicitur de illo, qui habet appellare in ſcriptis, quòd ſufficit, ꝙ appellet in ſcriptura priuata, vt notatur per Inno. ex. eo. c. cordi. lib. vj. primũ puto verius, nam priuatæ literæ non facerent fidem de appel. vel iuramẽto præſtito, quod eſt neceſſe, vt colligitur in decr. vt circa, & ſequitur inf. Qualiter autem iſtæ literæ ſint formandæ, habes infrà. eo. for. vij.

*Appellare debens in ſcriptis, an poßit appellare in ſcriptura priuata.*

Adde glo. in d. ca. cordi. in verbo in ſcriptis, & ibi omnes Doctores.

f Omnia. videtur alterum iſtorum verborum poſitorum hic, & extra de ele. vt circa ſuperfluere. Nam qui omne dicit, nihil excipit, xix. diſt. ſi Romanorum, extra de ma. & ob. ſolitæ: & contrà, qui ſingula exprimit, omnia exprimere videtur, argum. ex. de elect. in Geneſi, & capitu. in cauſis. Sed omiſſa altercatione, quæ ſuper hoc haberi conſueuit, dicas, quòd hæc eſt mens & intentio iſtorum verborum, & ita tenet curia Romana, vt ille, qui appellat omnia & ſingula, quę intendit in formam obijcere, vel perſonas clarè, & à parte exprimat, tot & tales ſpecificando circũſtantias in ſingulis, quæ opponit, quòd expreſsè appareat de intentione opponentis, nec poſtmodum variationi, aut negationi ſit locus, vt ſi opponat excõmunicationem, exprimat ſpeciem illius, & nomen excõmunicatoris, extra de excep. pia. lib. vj. ſi periurium cauſam, ex qua periurium incurrit, ſi homicidium, quẽ interfecit & qualiter. idem in alijs. In talibus non enim debet quis cum alterius detrimento in incerto vagari, vt ff. de iniur. l. prætor edixit, in prin. & §. ꝙ autem, de teſti. præſentium ij. & ex. de reſcript. cùm in multis, lib. vj. Qualiter autem hæc expreſſio ſit facienda, videbis melius, inf. eod. forma prima, & forma tertia.

*Appellare debens ab electione, qualiter debet exprimere omnia & ſingula.*

Adde glo. in d. c. vt circa, in verbo omnia, & ibi Pe. de Anch. & Domi. in §. edicto. colum. penul. & Philip.

Fran.& tex.& Car.de Zaba. in cle. conſtitutionem,e. tit.& Domi.in c.is qui. col.j.e.lib.vj. & Lud.de Ro.in conſilio cccxxiiij.in fin.

*Electionis forma qualiter poteſt impugnari.*

g In formam. contra formam poteſt opponi, ſi ſit proceſſum per formam ſcrutinij, quòd non ſunt vota ſecreto & ſigillatim inquiſita, vel quòd non ſunt in ſcriptis redacta, ſeu publicata: vel, quòd non fuit collatio habita, ſeu electio in communi facta, & ſimilia, extra de elect. quia propter, & cap. cùm poſt petitam,& c.Cumana,& c.in Geneſi,& ſup.c.xxij. Si per compromiſſum, quod fuit proceſſum aliquo contradicente, ſuprà c. xxxix. quod omnes compromiſſarij inſimul elegerunt, quod facere non debuerunt, ſed vnus tantùm vice ſua, & aliorum, ſup.ca. lj.& c.xlj.ꝙ non fuit ſeruata forma compromiſſi, ſup.ca. xliiij.& tribus,c.ſequentibus. Si per viam inſpirationis, quòd præceſſerit tractatus illicitus: vel, quòd electio fuit facta aliquo contradicente, ſup.c. lij.hæc & ſimilia poſſunt obijci contra formam.

Adde Oldra.conſi.clxx.& conſi. cc. & glo.Archid. Pet.de Anch. Domi.& Phil.Fran.in d.cap.vt circa,& c.quamuis,eod.lib.vj.& Fely. in c. ſuper his,de accuſa.vbi tracta. ampliſſimè materiam huius cap.& d.c. vt circa.ſingulari quodam ordine præ cæteris doctoribus, & hoc tibi ſufficiat pro hoc & ſequen. cap.& Vonicontium,filium domini Io.And.in tract. de ap. & Spe.eo.titu.§.reſtat.

h Perſonas. Supple eligentium vel electi, extra de ele.vt circa: cõtra eligentes poteſt opponi, quòd ſunt excommunicati publicè, aut ſuſpenſi, vel interdicti, extra de conſue. cùm dilectus, extra de elect.cũ inter R.& ex.de ap.conſtitutis,& ſup. c.xx.& ſimilia. Contra electum, quòd eſt excommunicatus, ex.de cle.ex.mi. ſi celebrat, vel periurus,ex.de iu.iu. querelam, vel homicida,ex.de tem. or.c.quæſitum,& multa alia exempla habes ſuprà c.xxvij.

Adde, an poſſit opponi electo,ꝙ eſt ſuſpectus principi,

cipi, maximè quando eſt dioceſ. Limitropha. vt hodiernis diebus fit per D. noſtrum Regem Franciæ, vt in epiſcopatu Seſtoren. & Tarbern. quæ pendent in dicti principis conſiſtorio, per Inn. Abb. Sicu. & Fely. ibi col. iiij. in ca. ſuper his, de accu. & Domi. & Philip. Fran. in c. vt circa, §. j. de elect. lib. vj. vbi Domin. dicit col. v. quòd quotidie princeps hoc practicat per glo. in cap. j. lxij. diſtin. & Oldra. conſilio cj. & text. in ca. ij. §. veruntamen, & ibi glo. in verbo pontifex, eod. in pragm. & Guil. de Monſarrat in vltim. parte complementi prag. & Bar. de Firm. in tract. de epiſcopo, in j. par. lib. ij. q. xix. & Lud. de Ro. in ſuo ſingul. ver. epiſcopus, & ver. poteſt, L. & Bar. Ioan. de Pla. & Lud. de Pa. in l. j. C. de Metropo. Berito. lib. xj. & gl. in regul. cancel. Apoſtolicæ, xl.

i Autenticis. puta coram Epiſcopo, vel Officiali ſuo, vel coram tabellione, aut coram alia perſona eccleſiaſtica, vel ſeculari habente iuriſdictionem, vel ſigillum autenticum de iu. vel de conſue. extra de fi. inſtrum. capit. ij. *Perſonæ autenticæ quæ ſunt.*

Adde ad iſtam glo. & ſeq. ſing. Bert. Zoſi. in conſi. xlv. inci. viſa appellatione, li. j.

k Perſona. Non eſt neceſſe, quòd coram pluribus perſonis autenticis appelletur, ſed ſufficit coram vna tantum appellari, extra de elect. vt circa.

l Perhibeat. In inſtrumento publico, vel in literis patentibus ſuper appellatione confectis: qualiter autem hoc ſit faciendum, habes infrà, eod. forma prima, ſecunda, & tertia.

Adde, quòd ca. vt circa, habet locum in extraiudicialibus appellationibus tantùm, vt c. conſtitutio. & ibi omnes Doct. eo. libro ſexto. Et an habeat locum, quando appellans proſequitur directè ius ſuum, vel eccleſiæ, dic, quòd non, ſed cùm opponitur in formã, vel perſonas, vt cle. conſtitutionem, & ibi Car. de Zaba. eo. & Domi. de Ro. dec. cclxvij. incipi. ſi poſſeſſor, in nouis.

m Præſtent. Cùm appellant, antequam ad actus alios diuertant. Quid enim ſi hodie appellarēt, & cras iurarent? Certè appellatio non valeret, prout diffiniuit Papa Nicolaus, argu. ff. de dam. infect. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus, & ar. extra de elect. vt circa, lib. vj. quæ ſatis expreſsè innuit, quòd incontinenti ſit iurandum. Et nota, quòd dicit, præſtant, q. d, non ſufficit, ꝙ ſe offerant præſtituros iuramentum, vel voluntatem habeant præſtandi, imo eſt neceſſe, quòd ipſum corporaliter pręſtent, vt dicitur in dec. prædicta, vt circa, & ita etiã fuit diffinitum per eundem Nico. vbi enim opus eſt facto, non ſufficit ſola voluntas, lxxxvj di. nõ ſatis & ex. de eo, qui mit. in poſ. c. j. nec ſufficit etiam oblatio, niſi factum ſequatur ex. de offi. or. paſtoralis, in fi. & ar. C. de vſu. l. acceptam.

*Voluntas non ſemper reputatur pro facto.*

Adde glo. in d. capit. vt circa, in ver. præſtito, & ibi Arch. Pet. de Anch. Domi. & Phil. Franc. vbi idem tenent, ꝙ iſta appellatio & iuramenti præſtatio vno tẽpore fiant, & ita ſeruat curia Ro. ſecundum ipſos, q̃a ſolennitas, quæ requiritur in celebratione alicuius actus, in dubio videtur requiſita eodem tempore, quo fit actus, & vide, ꝙ voluit Ludo. de Ro. in conſi. l.

n Corporaliter. Tactis manu Euangelijs. Nõ enim ſufficeret dicere, iuro per hæc ſancta Dei Euangelia hìc præſentia, niſi tangeret librum, prout Nico. Papa pronũciauit, quia tactus requiritur corporalis, vt ꝓbatur extra de elect. vt circa, & eſt ſimile, C. de poſtu. properandum.

Adde glo. inf. eo. for. proxi. in verbo tactis, & in for. ij. in ver. tactis, & text. & ibi Do. in ij. no. in c. is qui, c. lib. vj. tex. cum glo. & Doct. in auc. licet iudex, C. de e. piſ. & cle. & in auc. vnde ſumitur.

o Poſſe probare. Si non credit ſe poſſe probare, taceat, vij. quæſt. ij. plerunque. Sed quid pluribus ſpecificatis iurat ſe credere prædicta omnia & ſingula eſſe vera, & ſe poſſe probare hoc vel illud, aut aliquid de prædictis, quod ſufficiat ad intentionem ſuã fundandam,

dā, nunquid valet? Ar. quòd ſic, extra de iū. exhibita, & ex. de ap. ſignificauerunt. Dic contrà, nā cōſtitutio vt circa, ex. de elec. vult, vt appellans iuret expreſsè, ꝙ omnia & ſingula credit eſſe vera, & ſe poſſe probare. Cùm igitur hìc non fiat appellatio, non valebit, arg. ff. de tranſact. cùm hi, §. ſi prætor, ver. ſed ſi, & extra de teſti. in nomine Domini, in fin.

Adde glo. infrà, forma ij. in verbo ſimili, & quæ ibi dico.

p Alioquin. Si appellans nō ſeruauit prædicta exprimēdo, ſcilicet coram perſonis auctenticis, vel perſona in inſtrumento publico, ſeu literis, omnia & ſingula, & iurando ſub forma prædicta.

Adde, quòd vbi ius dat certam formam, & ille nō ſeruat, priuatur, vt no. Do. in c. is qui, iiij. nota. co. lib. vj. & Ludo. de Ro. conſi. ccclxij. & quæ not Bar. Bald. Saly. & Pau. de Caſt. in l. contractus, C. de fide inſtru. & Ang. Are. Inſti. de contrah. emp. in prin. col. ij. ver. ex quo, vbi dicunt, quòd notarij rogati de appellatione, quæ debet in ſcriptis interponi, debet primò tota ſcribi, & non poſtea redigi, nec dictari, vel corrigi, quod nota.

q Adhærentes. Adhærere poſſunt illi, quorum intereſt, & non alij, extra de elec. cùm inter R. & ij. q. vj. non ſolent, & hoc poſſunt tam tempore appellationis, quàm poſtmodum, vt hic dicit, dum tamen id faciant infra tempus, infra quod appellare potuiſſent, hoc eſt, infra decennium, poſtquam ſciuerunt appellatum eſſe, poſtmodum enim non poſſent, vt ff. rem rat. hab. l. bonorum, & no. per Inno. ex. de elec. auditis, & per B. Com. eod. ti. ſtatuimus, in glo. qualiter, §. quarto fuit quæſitum. *Appellationi adhærere non cuilibet permittitur.*

Adde glo. Arch. Pet. de An. Domi. & Phil. Fran. in d. c. circa, §. alioquin, in verbo adhærentes, & Oldrad. conſi. ccxc. incip. contra articulos, & Bert. Zoſi. de Zenis, in conſi. xlv. verſi. quinta dubitatio. verſi. cōcludo, & in conſilio cxxxij. in fi. j. col. vol. j.

r Sic expreſſa. Specificatis, ſcilicet clarè & apertè omnibus, & ſingulis coram perſonis autenticis, vel perſona & præſtito iuramento corporaliter, vt dictum eſt ſuprà.

Adde, an qui excipit de crimine contra electum & maximè cõfirmatum, debeat ſe obligare ad pœnam extraordinariam, per Spe. ti. de libe. concep. §. xv. col. j. & Doct. in cap. ſuper his, de accuſ. & Bar. de Firmo, in iiij. parte, ij. prin. lib. iij. q. vlt.

ſ Interdictam. Ipſo iure per dec. de elect. vt circa, ſic extra de app. cordi. §. quòd ſi appellator lib. vj.

Adde Barth. Zoſi. in dicto conſilio xlv. ver. quarto & vltimo, lib. j.

t Emergat. Vt ſi electus poſteà homicidium, vel ſymoniam, aut adulterium, vel inceſtum, ſeu aliud crimen committat, extra de tempo. ordina. capit. vlti. & extra de ætate. & quali. capitu. primo, extra de ſymonia, Mattheus.

u Superueniat. Forſan teſtes, qui tempore appellationis erant in remotis partibus conſtituti, & mortui credebantur, poſtmodum redierunt, vel inſtrumenta, quæ erant perdita, ſunt inuenta, argument. extra de teſti. vltra, & extra de excep. pla. libro ſexto. Nam licet appellans ab initio de his, quæ intendebat opponere, certus eſſet, tamen ex quo tunc probationes non habebat, tacere debuit, quouſque ipſas haberet, ſecunda quęſt. vij. plerunque.

x Antiqua. Puta, quia electus erat appellationis tempore excommunicatus, vel periurus, aut aliàs criminoſus, & hæc ignorabat appellans.

y Notitiam. Sic extra de excep. paſtoralis, extra de elect. nulli. Greg. x. lib. vj.

z Veriſimiliter. Hæc ideo dicit, quia ſi hæc eſſent publica, vel notoria, non eſſet veriſimile, quòd appellans ignoraret, extra, qui ma. ac poſſ. cùm in tua, xvj. diſt. quod dicitis.

Adde, quòd licet appellatio malè formata non ex-

cludat

cludat ius partis, ſecundum Do.de Rota.dec. clvj.In antiquis fallit in hoc caſu, vt vides.

a Iuramentum. Nota, ignorantiam probari per juramentum, ſic extta de elect.nulli. Greg.x.lib.vj.& extra de ſen.ex.ſi verò aliquis.

Adde text.in dicto capitulo vt circa,§.ſuper huiuſmodi, & ibi glo.Archid. Pet.de Anch. Domi. & Phil. Franc.& text.in capitu.paſtoralis,& ibi latè per Fely. de hoc ſcribentem, de excep. & glo. in l. ac qui natura,§.cùm me abſente,ff.de neg. geſt. & glo.fin. Ang. & Iaſon in §. ſi iſtæ quidem actiones. Inſti. de acti. & Abb.& de Bellenzi.in addit.in capi. accedens, de cri. fal. Et vbi eſt ſtandum iuramento alicuius, an intelligatur, vltra, quàm lis, per Felynum, vbi ſuprà columna nona.

b Solennitate. De qua agitur ſuprà, eod.§.j.& §. ij.& §.iij.

c Adiuuari. Nam ex quo ſemel cecidit per malè formatam appellationem, vlterius admitti non debet ad appellandum ſuper contentis, in capitul. j. vt hic ſequitur,& probatur in dec. vt circa, extra de electio.ver. alioquin ſimile,extra de offic. delegat. in literis, & ff. de re iudic.l.iudex, quid ſi ſufficienter expreſſit quis aliqua in appellatione ſua, & aliqua minus ſufficienter: nunquid valet appellatio, quò ad ſufficienter expreſſa, ſi aliàs in iurando, & in alijs ſeruauerit ſolennitatem præmiſſam? Non videtur, iij. quæſtione nona, pura. & extra de officio delegati. cùm ſuper. Dic contrà, vt colligitur in deciſione prædicta, vt circa, verſicul .alioquin, & argument. extra de præbend. dilectus, prim. et. xij. quæſtione ſecunda, ſi quos: pœna enim non eſt vlterius protrahenda, quàm fuerit in excedente repertum, exra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, capitulo quæſiuit.

*Pœna debet commenſurari delicto.*

Adde, quod appellãs, qui in electione fuit contẽptus,

non tenetur ad obſeruantiam, c. vt circa, ſecundum Old.conſi.clxxxix.

d Interdicit.ſuprà eo.§.alioquin, & extra de elec. vt circa.

e Supradictis.ſup.eod.§.niſi.

f Appellabit. Nam tutius eſt non appellare, quàm appellare, vel appellationi alterius adhęrerę, vt dictum eſt ſuprà capitul. lix.forma xvij. in glo. vbi non eſt appellatum.

*Appellatio in electionis negotio poteſt interponi abſente appellato.*

g Appellari. Hæc appellatio, quæ vim citationis habet, vt extra de elect. ſtatuimus, libr. vj.benè poteſt fieri abſente illo, contra quem appellatur, vt hîc dicitur & colligitur ex his, quæ notantur per B. Com.in dec.prędic.ſtatuimus, ſuper verbo perſonam, §.v.fuit quæſitum, ſed ille non tenetur venire ad curiam, nec antea citatus intelligitur, niſi poſtquam fuit intimata eidem, vt ſequitur.

h Intimanda. Qualiter hoc habet fieri, dicitur inf. eo.forma iiij.& forma vj.& forma ſequen.

Adde tex. glo.ibi in verbo ignoranti.Io.de Imo.& Car. de Zaba. in clem.j. de appel. & in cle.cauſſam,& ibi ipſum de Zaba. in §. quid ſi forſitan, §. ſequen. vſq; ad fi.cle.de elect.& Lud.de Ro.conſi. cccccxxj.col.ij. verſicu. quo ad ſecundum, & Do. de Ro. dec.j.de appel.in nouis,& gl.in c.bonæ, el.j.verbo ſingulares,& ibi Doct.de elect.& glo.in c. ſi capitulo, de conceſ.prę. lib.vj.& quæ dico inf.eod.forma iiij.

i Alias.Id eſt, niſi fuerit eis intimata.

Adde. Quid ſi appellans non fuerit proſequutus appellationem infra terminum ſtatutum, an appellatio ſit deſerta? vide Felynum poſt Abbatem capitu. cùm ſit Romana, & latius in capit. perſonas, in prin. de appel. vbi ponit quaſdam pulchras limitationes, & Docto.in clem.pe. eod. & Pet.de Ancha. Dominic. & Philip.Franc. in capitu.primo, §.primo, eod.libro vj.Bart.Bald.Angel.Salycet.& Paul.de Caſt.in l.præſes, C.de appel.

k Non

k Non tenentur. Sicut enim conſtitutio non ligat ignorantem, vt lxxxij.di.propoſuiſti.& xxxij.q.quæſt. iiij.dixit Sarra.& ff.de decre.ab ordin.fal.l.vltim.vel ſentẽtia, vt ij.queſt.vj.biduum, in verbo ſi aduerſus: ſic nec citatio ſeu appellatio talis, quæ vim citationis habet, vt extra de elect.ſtatuimus, arctat appellatum ad veniẽdum ad curiam, quouſq; in ipſius notitiam peruenerit:& de hoc cõſtet, arg.ff.quæ ſentẽ.ſine appella.re.l.j.§.cum edicto. & iiij.q.v. quiſquis, ibi ex ea die, qua eum litteras, &c.extra de reſtit.ſpol. audita. Quid ſi nõ poſſit haberi copia appellati, nunquid ſufficit in publico appellationem legi? dic, vt infra e. forma vj §.cæterùm.

Adde, ad princ.glo.Felyn. poſt Abb.in c.cùm omnes, col.ij. de conſtit. & quæ dixi in addit.ad Dyn.in reg.ignorantia. in ver.adde vtrum lex, &c. de regul. iuris, lib.vj.

## Qualiter ab electione facta poteſt coram tabellione legitimè appellari.

### FORMA I.

*IN nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, quòd P.canonicus Nemauſen. in præſentia mei tabellionis & teſtium infraſcriptorum ab electione facta de B.Archipresbytero in eccleſia Nemauſen. ſub infraſcripto tenore ad ſedem Apoſtolicam appellauit.*a. *& nihilominus tactis.*b. *à ſe ſacroſanctis Dei Euangelijs corporale præſtitit iuramentum, quòd credit omnia & ſingula in appellatiõe ipſa expreſſa eſſe vera & ſe poſſe probare: ipſius autem appellationis tenor dignoſcitur eſſe talis. Cùm in ſubſidium oppreſſorum appellationis remedium ſit inuentum,* c. *ideò ego. P. canonicus*

*nicus Nemauſen. conſiderãs, quòd B. Archipresbyter electus à talibus in Epiſcopum Nemauſen. tantum & talem. d. patitur in litteratura defectum, c propter quem non debet aliquatenus ad epiſcopalis. f. dignitatis faſtigium promoueri. Item, ꝙ erat electionis ſuæ tẽpore. g. maioris. h. excommunicationis vinculo innodatus pro eo, quòd in talem clericum. i. ante ipſam electionem manus iniecerat temerè violentas. k. Itẽ ꝙ erat tunc temporis crimine periurij. l. irretitus, pro eo, ꝙ talem quantitatem pecuniæ, quã tali certo termino ſub debito præſtiti iuramenti ſoluere tenebatur, in termino non perſoluit, imò ad ſoluendũ fuit poſt ipsũ terminũ per talẽ iudicẽ ſententialiter condẽnatus. Item ꝙ tales electores ſui erãt ſimiliter electionis præmiſſæ tempore maioris excõmunicationis vinculo ex tali. n. cauſa publicè. o. per talẽ iudicem innodati. Itẽ ꝙ in electione ipſa collatio, quæ debuit fieri ſecundum conciliũ generale. p. extitit prætermiſſa. q. Itẽ ꝙ me. r. contẽpto, qui erã in tali loco, vnde debebã et poterã cõmodè. ſ. cõuocari, eadẽ electio facta fuit ab ipſa, in qua electione temerè et cõtra ſtatuta canonica, & in grande meũ. t. & Nemauſen. eccleſiæ præiudiciũ attentata. Pro me et mihi adhærẽtibus ſeu adhærere volentibus in futurũ. u. in his. x. ſcriptis ad ſedem Apoſt. appello, y. & iuro. z. ſuper hæc ſancta Dei Euangelia corporaliter à me tacta, ꝙ omnia & ſingula, quæ per me ſuperius ſunt expreſſa, credo eſſe vera, & me poſſe ꝓbare. Interpoſita. a. fuit appellatio hæc per Dominũ P. & iuramentum corporaliter ab eodem præſtitũ, vt eſt dictum, Anno. b. tali, & cætera.*

IN

IN nomine. In principio huius formæ, ac in omnibus ſequentibus debent fieri.§. & non litteræ groſſæ, ſicut dixi ſupra eo. ca.lx.in princ.

a Appellauit. Qui appellat in electionum negotijs, debet appellari in ſcriptis, & ex tali cauſa, quę ſi eſſet probata, deberet legitima reputari, vt extra de elect. quamuis, & ar. extra de appel. cordi. nobis. libr. vj. Vt igitur conſtet, quòd appellatio ſit facta in ſcriptis, debet hoc exprimere tabellio in inſtrumento, ſuper ipſa appellatione confecto, ſuprà, ca.lx.§.ij. & extra de elect. vt circa libr. vj.

Adde Domin. de Rota. deciſione. xxviij. in antiquis.

b Tactis. Cùm is, qui appellat in electionum, poſtulationum, & prouiſionum negotijs, neceſſe habeat corporaliter iurare, & alias non valeat appellatio, vt dixi ſuprà, ca.lx.§.tertio, & probatur extra de elect. vt circa. Greg.x.lib.vj. ideò tabellio debet exprimere, ac teſtificari in inſtrumēto appellationis, qualiter appellans tactis ſanctis Euāgelijs corporale pręſtitit iuramētum, aliàs niſi teſtificetur ſuper hoc ipſe tabellio, vel alia perſona autentica, coram qua appellatur, non valebit appellatio: quia non ſeruatur forma prædictæ. decre. vt circa: ſicut ex textu eiuſdem decre. colligitur. Item debet etiam teſtificari, prout hic ſequitur, de forma iuramenti, quæ eſt, vt iuret appellans corporaliter, quòd credit omnia & ſingula, quæ in appellatione ſua expreſſit, eſſe vera: & ſe poſſe probare: vt hic dicitur. Nec ſufficit, quòd ſub alternatione dicat ſe poſſe probare hoc vel illud, vel aliquid de prædictis, quod ſufficiat ad intentionem ſuam fundandam, prout notatur, ſupra eo. cap.lx.§. tertia in glo. ſi non redit.

*Appellans in electionis negotio iurare tenetur.*

c Inuentum. extra de ap. cum ſpeciali. ij. quæſt. vj. ad Romanam.

Adde tex. in l. præfecti prætorio: ff. de minori. & in l.j. in prin. ff. de appel.

d Talem.

d Talem. Nota, quòd appellationes dicunt interdum in ſuis appellationibus electũ, vel poſtulatum, aut aliàs promouendum pati vel manifeſtum vel euidentem ſcientiæ, aut alium perſonæ defectum, puta in viſu, vel auditu, aut in manibus, vel pedibus, vel ſimilibus, ſed minus diſcretè agunt, niſi plenè ſint certi. Nam ex quo ſic opponũt, primò ſuper huiuſmodi defectu manifeſto vel euidenti oppoſito, fiet per ſuperiorem examinatio: & ſi oppoſitio falſa reperiatur, opponentes ipſi à proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerunt, excluduntur, & perinde puniũtur, ac ſi in probatione omnium defeciſſent, extra de electi. ſi fortè. Greg. x. & in decre. Nicolai, extra de ver. ſig. coniurationum, aliàs conſtitutionem, li. vj.

Adde, cui incumbat onus probandi, quando opponitur electo, quòd eſt illegitimus, Archi. Petrus de Anchar. Imo. Dominic. & Philip. Franc. in c. ſi fortè, de electi. lib. vj. & Frede. de Ze. conſil. ciiij. & Domin. de Rota. deci. xxvij. de ap. in ant.

e Defectum. Propter defectum ſcientiæ repellitur quis non ſolum ab obtinendo, vt ſuprà, ca. xxvij. extra de elect. cùm in cunctis, & cap. qualiter, ſed etiam deijcitur ab obtento, extra de ætate & qua. quamuis.

Adde ad iſtam glo. & ſequen. tex. gloſ. Archi. Petr. Dominic. & Philip. Franc. in cap. ſi forte. de electio. libro vj.

f Epiſcopalis. Idem eſt in alijs dignitatibus. Nam nec ad alias promoueri debet quis, niſi habeat ſcientiam competentem, extra de elec. dudum. j. in Epiſcopo tamen maior requiritur ſcientia, quàm in his, qui promouẽtur ad alias dignitates inferiores. xxiij. diſ. §. ecce. Quæ autem ſcientia requiratur in Epiſcopo, & quæ in alijs, notatur per Innocen. Hoſtien. & Ber. Compoſt. extra de elect. cùm in cunctis.

*Sciẽtiæ defectus à promotione repellit.*

Adde Abba. in d. ca. cùm in cunctis. poſt antiq.

g Tempore. Benè dicit electionis tempore. Nam illud tempus ſpectandum eſt. extra de ele. excommuni.

mi. poſtulaſtis, & ca. propoſuit, extra de elect. dudum j. & ij. vnde debet exprimere appellans.

Adde, an excipiens contra electũ dicatur propriè excipere, Felyn. in rubri. de excepti. col. vlti.

h Maioris. Idem eſſet, ſi minoris, extra de electio. ex. mi. ſi celebrat.

Adde gloſ. in cap. prudentiam. §. ſexta, in ver. excommunicationis: & ibi Abb. & Felyn. de offi. deleg.

i Talem clericum. exprime nomen ipſius, ne variationi ſit locus. Quod dic, vt dixi ſupra eodem, ca. ſuper verbo omnia & ſingula.

Adde, an percutiens laicum, quem credebat clericum, efficiatur irregularis? Freder. conſil. xiij. tenet, quòd non, multum ſingula, pro quò facit quod nota. Dominic. in c. perpetue. col. ij. de electio. libr. vj. verſic. induxit etiam, &c. quòd eligens dignum, quẽ credebat indignum, non incurrit pœnam, c. cùm in cunctis eodem, ad quæ vide tex. glo. Bar. & Ang. & in l. apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iureiur. & in l. ſi ignorans. ff. loca.

k Violentas. Tales ipſo iure ſunt excomunicati. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente, & extra de ſenten. excom. non dubium.

l Periurij. Periuri non merentur eccleſias regere, extra de iureiuran. querelam, & ca. breui.

m Non perſoluit. Et ita periurus fuit, niſi neceſſitate coactus ſoluere in termino nequiuiſſet, tunc enim excuſetur, extra de iureiuran. querelam, & capit. breui. *Neceßitas præſeruat à periurio.*

Adde in dicto capitu. querelam, Abb. & Felyn.

n Ex tali cauſa. Exprime cauſam, aliàs appellatio non valebit, extra de elect. vt circa libro vj. & ſupra eodem, c. lx.

Adde, an opponens euidentem defectum contra electum poſſit pœnitere, text. glo. Arch. Ioann. And. Petr. de Anchar. Dominic. & Philipp. Franc. in ca. ab eodem, de elect. libro vj. & in cle. conſtitutionem. §. penul.

penul.eodem, & ibi Cardin.de Zaba.& concluditur, quòd non:quod nota in alijs, quæ in iudicio opponuntur, non poſſint reuocari, cùm iam ſit quæſitum ius aduerſario, & per Alexa.conſil.lxxj.volu.iij.

o Publicè.& ita eligere non poterant, extra de ap. conſtitutis, & dixi ſuprà, c.vj. & c.xx.

p Generale. extra de elect.quia propter.

q Prætermiſſa. Et ita nulla fuit electio, extra de elect. Cumana.& c. in Geneſi, & ſupra, c.xxxj.

r Me contempto. Contemptum proſequi non poteſt, niſi contemptus, extra de elect.quòd ſic & ſuprà, capitu. v. vbi de hoc.

ſ Commodè. A quo loco ſint vocandi abſentes, dixi ſuprà, ca.vj

t Meum. ad apppellandum contra electum, vel ad opponendum quicquam eidem non admittuntur, niſi hi, quorum intereſt. ij.q.vj. non ſolent, extra de elect. cùm inter. R.& c.ſtatuimus.libro vj.& extra de teſti. veniens.ij.

Adde, an procurator appellans nomine habentis intereſſe teneatur ſeruare omnia, quę Dominus, pro quo interpoſuit appellationem, tenebatur facere? vide tex.& ibi omnes Docto. in ca.procurator, de ele. lib.vj. quòd ſic, & Dominos de Rota. in deciſ. de dolo & contum.

u Infirmum. Quis, & infra quod tempus poſſit adhærere appellationi interpoſitæ in electionis negotio, dixi ſupra eo.ca.lx.ſuper verbo adhærentes.

x In his ſcriptis. Niſi appellaretur in ſcriptis, appellatio non valeret, vt extra de elect. vt circa & ca. quamuis. Greg.x.libr.vj

*Apoſtoli petā tur per appellantem.*

y Appello. Supple & Apoſtolos, quanta poſſum & debeo inſtantia peto, alias niſi petantur Apoſtoli, nō videtur appellatio valere, extra de ap. cordi.libro.vj. quod verum eſt, ſiue appelletur in iudicio, ſiue extra iudicium, dum tamen appelletur à iudice, puta à confirmatore, vel ab executore, vel à prouiſore, ſeu à iudice

iudice quocunque, tunc ſunt petendì Apoſtoli, & appellatio etiam facienda eſt coram eis, ſi eorum copia poſſit haberi, ij. quæſt. vj. biduum, extra de ap. vt debitus, & c. cordi. Si vero appelletur ab electione facta vel facienda extra iudicium, non à confirmatore, aut prouiſore, vel executore, aut alio iudice, ſicut frequenter fit in electionum negotijs, tunc non eſt neceſſe, quòd petantur Apoſtoli, ſicut colligitur ex eo, quod notatur per Innocen. in decre. prædi. cordi. in princip. ſi tamen petantur ad cautelam, non reputo malum eſſe.

Adde, an quando appellatur à prouiſione & proceſſu executoris vel alterius prouiſoris, ſeruari debeat forma, ca. vt circa ac. huiuſmodi Domi. in d. c. vt circa. § fin. in vlt. q. & Specu. tit. de cita. §. finali. verſic. quod ſi altera, & de Apoſtolis petēdis vide dominos de Rota. deciſio. ccclj. titulo de appel. in nouis. Lud. de Ro. conſil. ij. Ioan. de Ana. conſilio. x. l. viij. & ibi Ludo. Bolog. in addi. & Freder. conſil. lxxv. & Bal. in conſil. cccclxv. in princip. incip. punctus quæritur, vo. ij. Ioann. Andr. in dict. cordi. & c. vt ſupra, & cap. ab eo. & ibi Archi. Dominicum, Petr. de Anchara. & Philip. Franc. de appel. libro vj. & Ioann. de Imol. & Cardi. de Zaba. in cle. quamuis Rigor. eod. & Petr. de Anchara. in conſi. ccxxv. & Doct. in c. iudicibus & in l. eos. §. Apoſtoli. C. de appel. in quibus locis, vide à quo tempore currat tempus. xxx. dierum ad dandum Apoſtolos: & Dominos de Rota. deciſio. xxix. incip. fuit dubitatum, eod. in nouis. Quid ſi pendente termino ad dandum Apoſtolos ſuper appellatione, à diffinitiua, vel interlocutoria interpoſita poſſit iudex impetrari, vide Dominos de Rota, in deciſione, ccxiiij. incip. ſecundū aliquos in antiq. e. qui tenent, quòd ſic, ſi petantur Apoſtoli, infra tempus triginta dierum: & idem Dominic. in dicto capitulo ab eodem. §. illud de appel. ſed deciſio. Rotæ in deciſione, ccclvij. incipiente, fuit dubitatum eod. in nouis, tenet

tenet contrarium, pro qua videtur tex. in di. c. cordi, &c. quòd no. quia mihi contigit.

z Et iuro. Hæc forma iuramenti nullatenus eſt omittēda, vt dixi ſuprà, c. lx. & de ipſa debet teſtificari tabellio, vt eſt dictum ſupra ea. forma ſuper verbo tactis, & ſequitur. infra.

a Interpoſita. Verba tabellionis teſtificantis de appellatione & de iuramento corporaliter præſtito ab appellante.

b Anno, &c. Hic ponat tabellio annum, & diem, ac teſtes, & alia, quæ in publicis inſtrumentis conſueuerunt apponi.

## Qualiter poteſt ab electione coram perſona autentica appellari.

### FORMA II.

*VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis talis Epiſcopus, vel talis officialis, ſalutem in Domino ſempiternam. Inſinuatione præſentium fieri volumus omnibus manifeſtū, quòd P. canonicus Nemauſen. in noſtra præſentia conſtitutus, ab electione facta de B. Archipresbytero in eccleſia Nemauſen. ſub infraſcripto tenore ad ſedem appellauit,* a. *& nihilominus tactis.* b. *à ſe ſacroſanctis Dei Euangelijs corporaliter, præſtitit iuramentum, quòd credit.* c. *omnia & ſingula.* d. *in appellatione ipſa expreſſa eſſe vera, & ſe poſſe.* e. *probare. Ipſius autem tenor appellationis dicitur eſſe talis: Cùm in ſubſidium oppreſſorum, &c. ſicut ſuprà.* f. *vſque ibi & me poſſe probare. deinde ita iunge. In teſtimonium etenim prædictorum præſentes litteras.* g. *fieri*

*fieri fecimus & noſtri ſigilli munimine roborari.* Da-*tum, & cætera.*

VNiuerſis. Quia in pleriſque locis non habetur vſus tabellionum, ideò is, qui appellare vult, debet ire ad Epiſcopum, vel officialem, aut aliquam aliam perſonam autenticam, vt dixi ſupra eo. c.lx. ſuper verbo autenticis, & coram ipſa omnia & ſingula exprimere in litteris ſuper appellatione confectis, quę intendit in formam obijcere, vel perſonas ac corporaliter iurare: & Epiſcopus vel perſona illa, corã qua appellatur, debet ſuper his teſtificari, prout hic infra ſequitur.

*Appellans in electionis negotio adeat tabellionem vel perſonã autenticam.*

a Appellauit. Repete quæ ſunt dicta ſupra, forma proxima, ſuper verbo appellauit.

b Tactis. aliàs non valeret appellatio, niſi tangeret corporaliter Euangelica cùm iurat: de quo iuramento & corporali tactu Euangeliorum debet is, coram quo appellatur, teſtificari, vt dixi ſupra. forma proxima, ſuper verbo tactis.

*Iurans debet ſacra tãgere.*

Adde gloſ. in capit. vt circa, in verbo corporali. & ibi Arch. Pet. de Anch. Dominic. & Philip. Franc. & quæ dixi ſuprà, c. lx. in verbo corporaliter.

c Quod credit. Hæc eſt forma iuramenti, quæ ad vnguem debet ſeruari, ſuper qua etiam debet is, coram quo apppellatur, teſtificari, extra de elect. vt circa, & dixi ſupra, forma proxima, in gloſ. cùm is, qui appellat.

d Singula. Qualiter hæc verba ſunt intelligenda, dixi ſuprà, capitu. lx. §. j. in gloſ. videtur alterum iſtorum.

Adde, quid debet probare petens electionem declarari nullam Ludo. de Ro. in conſil. ccccxcix. Et quomodo debeat concludere libellus ſuper caſſatione electionis, per Bart. de firmo. in tract. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. xxxij.

e Poſſe probare. Sub hac forma iurare tenetur appellans,

pellans, aliàs enim ſi iuraret ſe poſſe probare hoc vel illud, vel aliquid de oppoſitis ſeu expreſſis in ipſa appellatione, quod ſufficiat ad intentionem ſuam, non ſufficit: nec valet appellatio ſic iurata, vt dixi ſuprà, cap.lx.§.iij.in glo.ſi non credit.

Adde Domini.in cap. ab eo.in princip. de elect.l. vj. etiam ſi ponatur eccleſia non ſe aſtringens, quæ hic non habet locum, de qua per Abb. & Felyn.in c. licet cauſam, de proba. & Alexan. conſil.xliiij. volu. iij. & quæ dixi in addi.ad Dyn. in reg. nullus de reg. iur.libro vj.

f Sicut ſupra, forma proxima.

g Litteras. Talibus litteris ſigillo Epiſcopi vel alio autentico ſigillatis fides adhibetur, extra de probatio. poſt ceſſionem, & extra de fide inſtru. cap.ij.& cap.cum dilectus.

## Qualiter ab electione facienda poteſt legitimè appellari.

### FORMA III.

*IN nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, quòd. P. canonicus Nemauſen. in præſentia mei tabellionis & teſtium infraſcriptorum ſub infra ſcripto tenore ad ſedem Apoſtolicam appellauit.*a.*& nihilominus tactis.*b.*à ſe ſacroſanctis Dei Euangelijs corporale præſtitit iuramentum, quòd credit omnia & ſingula in appellatione ipſa expreſſa eſſe vera, & ſe poſſe probare. Ipſius autem appellationis tenor dignoſcitur eſſe talis. Quia melius eſt occurrere.*c.*ante tēpus, quàm quærere remedium, poſtquam cauſa fuerit vulnerata.*d.*ideò ego. P. Nemauſen. canonicus cōſiderans & attendens, quòd tales canonici Nemau.*

*volunt*

*volunt & intendunt. e. eligere. B. eiuſdem eccleſiæ Archipresbyterum in Epiſcopũ Nemauſen. qui quidem Archipresbyter defectum. f. patitur in ſcientia, & ætate. g. & ordinibus, & eſt maioris. h. excommunicationis vinculo innodatus. i. pro eo, quia in talẽ k. clericum manus iniecit temerè violentas, qui etiam eſt irregularis. l. ex eo, quia ſic excommunicatus exiſtens ſcienter. m. ſe diuinis immiſcuit, ſicut. n. prius conſiderans: inſuper, quòd tales. o. qui eundem volunt eligere, ſunt ſimiliter maioris. p. excõmunicationis vinculo innodati, q. pro eo, quod de talibus ſuis eccleſiaſticis reditibus integram non ſoluerunt decimam terræ ſanctæ ſubſidio deputatam, in proximè præterito concilio Lugdun. quia talis electio ſi fieret, in graue meum & Nemauſen. eccleſiæ præiudicium redundaret, pro me & mihi adhærẽtibus. r. ſeu adhærere volentibus, in futurum, in his ſcriptis ad ſe. ap. appello. ſ. ne per prædictos vel quoſcunque alios dictus Archipresbyter eligatur, & iuro. t. ſuper hæc ſancta Dei Euangelia corporaliter à me tacta, quòd omnia et ſingula, quæ per me ſuperius ſunt expreſſa, credo eſſe vera, & me poſſe probare. Interpoſita fuit hæc appellatio per dictum. P. & iuramentum corporaliter ab eodem præſtitum, vt eſt dictum anno, &c. Supradictæ. u. appellãdi formæ poſſunt ad poſtulationes & prouiſiones quaſlibet factas & faciendas, in quibus eſt etiam huiuſmodi appellandi ſolennitas, vt dictũ eſt ſuperius. x. obſeruanda congruè adaptari, verbis tamẽ competenter mutatis, prout videre poteſt per ſe quilibet ſtudioſus.*

IN nomine Domini, &c.

a Appellauit. Repete quæ dixi ſuprà, eo. forma j. ſuper verbo appellauit. Sed videtur, quòd hæc ſolennitas appellandi, quæ hîc tradita eſt, & ſuprà, ca. lx. §. ſciendum, & §. ſequentibus, & extra de elect. vt circa, non habeat locum, cùm appellatur à facienda electione, ſed tunc ſolum, cùm appellatur ab electione iam facta, vt videtur expreſsè colligi ex littera eiuſdem dec. ibi, vbi dicit, quando aliqui electionibus ſeu prouiſionibus ſe opponunt, proponendo aliquid contra formam electionis aut perſonas eligentium vel electi, &c. Si enim electio nondum eſt facta, quomodo poteſt opponi contra perſonas, eligētium vel electi, cùm nullus ſit eligēs vel electus: aut contra formam electionis, cùm nulla electio ſit facta: nam id, quod non eſt, accuſari non poteſt, extra de deſponſ. impuberum, ad diſſoluendum: & teſtamentum, quod non eſt, rumpi non poteſt, ff. de iniuſto rup. & irrito. l. nam & ſi ſub hac conditione. Sed dic, quòd benè habet locum huiuſmodi ſolennitas, etiam cùm appellatur ab electione facienda, vt ex eadem dec. vt circa colligitur, ibi dicit, ſiue illius, cui prouiſio erat facienda vel facta, & cætera. Et hoc verum eſt, prout diffiniuit Papa Nicolaus in cauſa Frigen. cùm appellatur contra perſonam certam. Nam tunc eadem ratio eſt hinc inde, quare idem ius debet eſſe, extra de confirm. vti. cùm dilecta, & C. ad l. fal. l. vltim. Si verò non appellatur in ſpecie contra certam perſonam, ſed in genere, puta ne fiat electio, niſi canonica: vel ne quis excommunicatus, periurus, homicida, ſymoniacus, aut aliàs criminoſus, vel inhabilis eligatur, tunc in huiuſmodi caſibus & ſimilibus prædicta ſolennitas non vendicat ſibi locum. Nam interdum licet aliqua in genere, quæ non licet in ſpecie, vt extra de offici. ordinar. ſi ſacerdos, & ff. de quæſtionibus l. j. §. qui quæſtionē.

*Appellationis ſolēnitas an ſit ſeruanda cū appellatur ab electione facienda.*

*Teſtamentū quod nō eſt, rumpi non poteſt.*

*Ius idem ſtatuatur, vbi eadem ratio inuenitur.*

Adde Archi. Petr. de Anchara. in dicto capitulo, vt

circa,

circa, & ibi Domini. in §. edicto & Philipp. Franc. Et nota, quòd huiuſmodi appellatio ab electione fienda, non impedit, quin fiat, c. cùm inter vniuerſas, & capi. quia propter, & vtrobique per Doctor. poſt glo. tamen benè poteſt appellari, ſi non fiat canonicè, c. cùm nobis eo. quo per Bart. de firm. in tractat. de Epiſcopo in j. parte lib. iij. q. xxxviij.

b Tactis. De hoc iuramento & qualiter ſuper eo teſtificari debet tabellio, dixi ſupra eod. forma j. ſuper verbo tactis.

c Occurrere. Verba ſumpta ſunt ex l. j. C. quando li. ſe fine iud. vj. d. &, C. in quibus cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſaria l. vlt.

d Vulnerata. Nam principijs obſtandum eſt, viij. diſtin. mala. & xxiij. di. ſacratus. Iuxta illud, Principijs obſta, ſero medicina paratur, &c.

Adde Teren. in Andria. Facilè omnes, cùm valemus, recta conſilia ægrotis damus.

e Et intendunt. Licet nullus apparet adhuc, qui vellet eligere talem, nihilominus tamen poſſet appellari contra ipſum, ne eligeretur, ſeruata in expreſſione omnium & ſingulorum ac in iuramento præſtando & in alijs, ſolennitate hic expreſſa.

Adde, quando ſuperior inhibet inferiori, quòd non eligat, ſi vult, quòd electio ſit nulla, quod debet facere, Paul. de Caſt. in l. filius fami. §. diu. Seuerus. colum. iij. ver. pro primo membo ff. de leg. j. vbi recitat de vno Petro de Luna, qui appellabatur, Papa à ſuis Cardinalibus, eratque in liurno pro conſilium congregando.

f Defectum patitur. Non dicas euidentem vel manifeſtum, niſi de hoc plenè certus eſſes. Quod dic, vt ſupra c. forma j. in glo. nota. quòd appellantes.

Adde, quòd electus debet docere de Idoneitate, Franc. de Zaba. in conſil. cxlv. colum. ij. circa princi. & Abb. Sicul. in capi. cùm nobis, columna. ij. in vij. nota, de elect.

g Aetate, qui defectum patitur in ſcientia, ordinibus vel ætate, eſt ineligibilis, ſuprà, capit. xxvij. & extra de elect. cùm in cunctis, & cap. dudum. j.

h Maioris. Idem ſi minoris, extra de cle. ext. mi. ſi celebrat.

i Innodatus, per canonem. xvij. quæſt. iiij. ſi quis ſuadente.

k Talem clericum. Exprime nomen ipſius, ne variationi ſit locus, vt dixi ſupra e. forma j.

l Irregularis. De irregularitate multiplici, quæ quandoque contrahitur cum peccato, & quandoq; ſine peccato. dixi ſuprà, ca. liiij.

*Excõmunicatus ignorãs miſcens ſe diuinnis nõ eſt irregularis.*

m Scienter. Benè dicit. Nam ſi ignorans ſe excommunicatum immiſceret ſe diuinis, non eſſet irregularis, dum tamen non eſſet ignorantia craſſa & ſupina, extra de cle. excom. mi. Apoſtolicæ, vbi de hoc.

n Sicut prius. extra de ſen. excommuni. cùm medicinalis, lib. vj. xj. quæſt. iij. ſi Epiſcopus in conſilio.

o Tales. Exprime nomina ipſorum.

p Maioris. Secus, ſi eſſent excommunicati minori, nam tunc non prohiberentur eligere, ſed eligi: ſicut patet extra, de cleric. excom. ſi celebrat.

q Innodati. Et ita eligere non poſſunt, quod dic, vt ſuprà, c. vj. c. ix.

r Adhærentibus. Qui poſſint adhærere huic appellationi, & infra quod tempus ſit adhærendum, dixi ſuprà, c. lx, ſuper verbo adhærentes.

ſ Appello. Vtrum in tali appellatione Apoſtoli ſint petendi, dixi ſupra eodem, forma j. ſuper verbo appello.

Adde, an electio facta appellatione pendente & termino ad dandum Apoſtolos, dicatur facta lite penden. Paulus de Caſtr. in conſilio. cccxxxix. volum. antiq. incip. formæ. c. quia propter, & Abb. Sicul. in capitu. cum nobis de elect. & Domin. de Rota. deciſi. cxxviij. inci. ſi iudex in nouis.

t Et iuro. Hæc forma iuramenti nullatenus debet omit-

omitti, vt dixi ſuprà eod. forma prima & ſecunda, ſuper verbo, & iuro, & quæ ibi vſque ad fin. ſunt dicta, hic repetas.

u Supradictæ. ſuprà e. forma j. ij. & iij.

x Superius. ſuprà cap. lx. §. ſciendum, & probatur, extra de electionibus, vt circa. Gregorius decimus libro ſexto, aliàs, niſi ſeruetur huiuſmodi ſolennitas, non valeret appellatio, nec admitteretur appellãs ad aliquid vlterius opponendum, niſi in tribus caſibus in eadem dec. continent. §. niſi aliqua, & ſuprà capit. lx. §. niſi, vbi de hoc notatur.

Adde, an dict. cap. vt circa, habeat locum in monaſterijs monialium, textus in capitulo indemnitatibus, §. porrò, & ibi glo. Archid. Pet. de Anch. Dominic. & Philip. Franc. de electio. libro ſexto, & Oldrad. conſilio ccxcj.

## Qualiter appellans denunciare habet appellationem ſuam eis, contra quos extitit appellatum, quãdo eis ignorantibus appellatio fuit facta.

### FORMA IIII.

*IN nomine Domini, Amen. Anno, &c. P. canonicus Nemauſen. veniẽs ad præſentiam P. archipresbyteri Nemauſen. & talium canonicorum eiuſdem eccleſiæ denunciauit.* a. *eiſdem, quòd ipſe quandam appellationem ad ſedem Apoſtolicam interpoſuerat cõtra ipſos, & contra quoſcunque alios, qui ſua crederent intereſſe, tenorem huiuſmodi cõtinentem.* b. *In nomine.* c. *Domini, amen. Nouerint vniuerſi, &c. vel vniuerſis præſentes literas inſpecturis, &c. ſicut ſuprà.* d. *vſque in finem. Actum, &c.*

*Appellatio quandoque vim citationis habet.*

IN nomine Domini,&c.

a Denunciauit. Niſi appellatio hæc,quæ vim habet citationis, denuncietur abſentibus, contra quos facta eſt,non tenētur venire ad curiam, nec intelliguntur citati ante huiuſmodi denunciationem factam eiſdem,vt dixi ſuprà ca.lx.§. illud, in glo.hæc appellatio,& in glo.ſicut enim.

b Continentem. Nota, quòd is,qui appellationē ſuam denunciat illi, cōtra quem appellauit, debet inſtrumentum vel literas ſuper appellatione cōfectas ipſi legere ſeu legi facere, vt plenè certificari valeat, tam de cauſis, propter quas appellatum eſt, quàm de appellationis forma:cùm enim hæc appellatio habeat vim citationis, vt dictum eſt ſup. glo. proxi.expedit appellato, vt certificetur de contentis in ea ar. v.quęſtio.iij. ſi primates,aliàs enim ipſe teneatur venire ad ſedem Apoſtolicam, vel mittere procuratorē ſufficienter inſtructum, cum actis, iuribus, & munimentis, vt extra de electionibus ſtatuimus, et.capit. Cupientes, libro ſexto:& ſuprà capit. ſexageſimo primo,hæc facere non poſſet, niſi appellationem & cauſas in ea contentas audiret, argument. extra de dila. præterea,& tertia,quæſtione tertia offeratur.

*Appellationē denunciās appellato quid facere debet.*

Adde textum,gloſam in verbo ignoranti.& Ioan. de Imo.& Cardinalem de Zaba.in clem.prima,de appel.in clem.cauſam,de elect.& Ludo.de Rom. in conſilio quingenteſimo vigeſimo primo,column.ſecunda, verſiculo quo ad ſecundum, & glo.vltim.inf.eod. & textum in capitul.ſi quis iuſto,§. abſens de electionibus libro ſexto , & quæ dixi ſuprà eodem, capitu. lx.in verbo intimanda.

c In nomine. Formæ appellationum , de quibus hic fit mentio, ſunt ſuprà forma proxima, & duabus præcedentibus.

d Sicut ſuprà. Nota , quòd is, qui appellationem denunciat,debet ſuper denunciatione facere fieri publicum inſtrumentum, vel literas teſtimoniales autentico

tentico ſigillo ſigillatas, inſerto in eis integro tenore inſtrumenti, ſeu literarum ſuper appellatione confectarum ad hoc, vt appellatus negare non poſſit ſibi non fuiſſe denunciatam appellationem contra ſe factam, vel ſe neſciuiſſe cauſas in ea contentas, extra de teſt. ſignificauit, & extra de ſententia excommunicationis, cùm medicinalis, libro ſexto, §. exemplum, & ſuprà capitu. iiij. §. vltimo, aliàs autem, niſi per hunc modum, vel alium, puta per teſtes, quod eſſet difficilius, probaret ipſe appellans ſe denunciaſſe appellationem appellato, non cogeretur appellatus in curia reſpondere, ipſo negante ad ſuam notitiam perueniſſe appellationem eandem, ſuprà capitulo nono, §. illud inſuper, vbi de hoc.

Adde, quòd iſtam glo. tenent Domi. de Rota, deciſ. lxviij. incipi. ſi in cauſa beneficiali, in nouis, titu. de appel.

## Qualiter ad denunciandum appellationem ignorantibus conſtituitur procurator.

### FORMA V.

*IN nomine Domini, &c. P. canonicus Nemauſenſis fecit & conſtituit ſuum certum procuratorem & nũcium ſpecialem. C. præſentem.* a. *& mandatum huiuſmodi ſponte ſuſcipientem.* b. *ad denunciãdum. B. archipresbytero Nemauſen. & talibus eiuſdem eccleſiæ canonicis, necnon & omnibus alijs, quorum noſcitur intereſſe, quandam appellationem per ipſum P. contra ipſos, & eorum quemlibet ad ſe. Apoſt. interiectam, promittens idem P. ſe ratum & firmum perpetuò habiturum, quicquid per dictum C. factum, ſeu geſtum fuerit in præmiſſis. Actum, &c.*

*Procurator in abſentia conſtitui poteſt.*
*Procurator non eſt niſi volens.*

IN nomine Domini,&c.
a Præſentem. Abſens etiam poſſet conſtitui procurator,ff.de procur.l.in fin.

b Suſcipientem. Inuitus enim non datur procurator,C.de procur.l.inuitus, & niſi expreſsè conſentiat, videtur inuitus,ff.eod.ſi fil.famil.§.inuitus,poſtquam autem conſenſerit, neceſſe habet mandatum adimplere,ff.commo.l.incommodato,§.ſicut, & extra de teſta.Ioannes.

Adde Doctores, inſuper Philip.Franc. & Domin. de ſanct.Gemi.in dict.capit. ſi quis iuſto, §.abſens, & Doct.in clemen.j.de procura.

c In præmiſſis. Si vis in inſtrumento huiuſmodi procurationis inſerere tenorem inſtrumenti, vel literarum appellationem continentium, quod conſulo faciendum,iungas hîc,tenor autem dictæ appellationis noſcitur eſſe talis,in nomine, &c.

Adde ad iſtud ca. & eius glo.text.glo. Archid.Dominic.Pet.de Anch. & Philip.Franc.in capi.procurator,de elect.lib.vj.vbi per illum tex. requiritur,quòd inſeratur inſtrumentum appellatorium.

## Qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denunciatur.

### FORMA VI.

*IN nomine Domini, Amen. C.procurator P. canonici Nemauſenſis ad infraſcripta ſpecialiter deputatus,prout conſtitit per quodđam publicum inſtrumentum manu talis notarij cõfectum,lectum, & oſtenſum.* a.*per dictum C.in præſentia mei notarij & teſtium infraſcriptorum domino archipresbytero, & talibus canonicis eccleſiæ Nemauſenſis, cuius inſtrumenti tenor inferius continetur,de-*

*tur, denunciauit procuratorio nomine dicti P. domino archipresbytero, & alijs canonicis ſuprà dictis, ꝙ dictus P. quandam appellationem interpoſuerat ad ſe. Apoſt. contra ipſos, & quemlibet eorundem, formã huiuſmodi continentem.* b. *In nomine.* c. *Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, &c. vel vniuerſis præſentes literas inſpecturis, &c. vſque in finem. Tenor autem inſtrumenti præfati.* d. *noſcitur eſſe talis. In nomine Domini, &c. ſicut ſuprà.* e. *Actum, &c. Cæterùm, ſi eorum nequit haberi copia,* f. *quibus eſt appellatio intimanda, tunc in eccleſia, vbi eſt electio celebrata, & in locis.* g. *alijs, vbi conſueuerunt communiter commorari, eadem appellatio publicè.* h. *cùm maior cleri & populi copia habebitur, recitetur, vt ſic illi nequeant ignorantiam allegare, de qua recitatione fiat publicum inſtrumentum, in quo tenor appellationis.* i. *ex integro inſeratur.*

IN nomine Domini, &c. *Procurator fidem faciat de mandato ſuo.*

a Oſtenſum. Niſi iſte procurator fidem faceret de ſuo mandato eis, quibus appellationẽ denunciat, non tenentur illi ſibi credere ſecundum quoſdã, ar. ex. de offic. deleg. prudentiam, extra de hære. cùm ex iniuncto, §. quòd ſi fortè, et. l. di. ſi quis præpoſtera, nam poſſet eſſe, quòd appellans non vult appellationem ſuam proſequi, ſed vult acquieſcere electioni, quod poteſt argu. extra de elect. quòd ſicut, & cap. quamuis. Greg. x. lib. vj. & ideo, ne illi fatigentur malitiosè, debet is, qui procuratorem ſe dicit conſtitutũ ad denunciandum, fidem facere de ſuo mandato, vt in iuribus præallegatis, & ex. de procura. capitul. ij. Alij dicũt, & melius, ꝙ ſufficit, ꝙ per quemcunq; denunciatio iſta fiat, nec requiritur de neceſſitate man-

datum

datum ad denunciandum, argum. bo.ff.de pet.hæredi.l.item veniunt,§.petitam, extra de reſcriptis, cùm contingat. Si tamen ad cautelam conſtituatur procurator, ſicut hîc fit, nõ eſt malum ad hoc, vt magis procedatur in tuto.

Adde, quòd vltim. opin. tenent Do.de Rota.deciſ. xij.incip.vbi appellatur, de ap.licet cautius ſit, ſi per procuratorem intimetur, & idem in deciſ. lxxxij. & deciſ.cxxvij.eo.titu. in nouis, & Docto.in c.procurator, de elect.lib.vj.

b Continentem. Repete quæ ſunt dicta, ſuprà c. forma proxima, ſuper verbo continentem, & ſuper verbo, ſicut ſuprà.

c In nomine. Formæ appellationum, de quibus hîc fit mentio, ſunt ſup.eo.for.j.ij.& iiij.

d Præfati. procuratorium continentis.

e Sicut ſuprà, forma proxima.

f Copia. Quia ſe malicioſè occultant, vel impediunt, ne denũciatio appellationis perueniat ad eoſdem. In his enim caſibus ſufficit appellationem legi publicè in eccleſia, vel in locis, vbi morari conſueuerunt, & extunc habebuntur pro citatis, extra vt in te. non cont.quoniam,§.porrò, extra de do. & contum. cauſam, c. venerabili. extra de eo, qui mit.in poſ.caret, c.ſi aduerſarius, extra de elect. non reſi.ex tue.ff.de euict.l.ſi dictum,§.ſi præſente, & l.ſi ideo,§.præſenti. Quid ſi iſti non ſe occultant malicioſè, nec impediũt, quòd appellationis denunciatio perueniat ad eoſdẽ, ſed aliàs ſunt abſentes, & fortè neſcitur, vbi ſint: nũquid ſufficit tunc, quòd appellatio fiat publicè, vel legatur in eccleſia, vel in domo, aut in locis, vbi conſueuerunt commorari, ad hoc vt procedatur contra eos, ac ſi appellatio denunciata fuiſſet eiſdem? Videtur, quòd ſic, per iura prædicta, ex.de do. & con. cùm & c.venerabilis, & extra de cle. non reſi. ex tue. cũ ſimilibus, & hoc etiam videtur innuere B. Compoſtell. extra de ele. ſtatuimus, in glo. qualiter,§, quinto fuit, ver.

ver. in ſecundo verò caſu, & Innoc. ac Hoſtien. in eadem dec. ſuper verbo infra menſem. Tu dicas, quòd non ſufficit, vt colligitur expreſsè in dec. prædicta, quantum, §. porrò, ibi enim dicitur, quòd in tribus caſibus proceditur contra abſentem, vbi agitur de electione alicuius, vel copula maritali, ſcilicet, quãdo abſens peremptoria citatione recepta venire contẽnit: vel quando malicioſè ſeipſum occultat, aut quando impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire, ſed hoc non eſt de illis caſibus, ergo non poterit contra abſentem per appellationem, vel denunciationem appellationis ſic publicè factã procedi, niſi ad eius notitiam peruenerit, vel per eum ſteterit, quò minus ſibi denunciata fuerit, vt quia malicioſè ſe occultat, vel impedit, ne denunciatio ad eum perueniat, vt dictum eſt ſup. in prin. huius glo. pro hac enim opinione facit optimè, quod notatur per Innoc. & Hoſtien. extra de eo, qui mit. in poſ. ſi aduerſarius, vbi plenè determinatur, in quibus caſibus procedi poſſit cõtra abſentem citationem publicè factam. *Proceſſus contra abſentem valet in trib. caſibus.*

Adde, an appellatus veniens ad curiam, poſſit proſequi appellationem ſibi nullatenus intimatam, Io. And. Franciſ. de Zaba. & Imo. in cle. cauſam, eod. de elect. & Domi. de Rot. deci. j. titu. de elect. & in deciſ. vj. de appel. in nouis.

g In locis alijs. puta in eccleſijs, in quibus habent beneficia, & in locis alijs quibuſcunq;, vbi habitare conſueuerunt. Sed & illud expedit, vt hæc denunciatio, ſeu recitatio appellationis nõ ſolũ fiat in vno loco, ſed in pluribus, & hæc denuncietur & procuratoribus eorundem abſentium, ſi quem dimiſerunt, & amicis eorum, vt extra de do. & contu. cauſam quæ, ex. qui fil. ſint legi. perlatum, & ff. ex quibus cau. maio. in integ. reſti. l. ergo. nam quantò in pluribus locis fuerit appellatio publicata, tantò maior erit pręſumptio contra abſentes, arg. ex. de poſtu. c. j. & extra qui ma. acc. poſ. cùm in tua. *Appellatio vbi intimabitur, ſi intimandi non reperiantur.*

Adde

Adde ad iſtam glo.& ſeq. Do. de Ro.deci.x.incip. in cauſa beneficiali,&c.de appel. in nouis, & in deci. inf.eo. in antiq.& Doct.in ſeq.poſtil.alleg.

h Publicè. Non occultè, ſicut faciunt aliqui fraudulenti, qui aduerſariorum captata abſentia huiuſmodi denunciationes faciunt latenter.

Adde, qui malè agit, odit lucem, l.donatio. C.de donatio.& l. cùm impre. C. de contrahend. empt.& vend.de quo vide Cæpolam, in conſilio xxxix. col.v. & quæ no.Dyn.& ibi dixi in addi. in regula ignorantia,in ij.additio.de regu.iu.lib.vj.& text.& glo.ſing. in c.j.§.j.in verbo publicata, de excommuni.non vitan.in pragm.& gl. in clem.j.de ſepul.in verbo publicè,& ibi Imol. & de Zaba. & in cle. cauſam,in verbo ſolenniter,cùm ibi no. per Doct. ſuprà alleg.de elect. & glo.in c.j.§.j.in verbo publici.de concubi. in prag. ſanct. & Domin. de Rot. in præceden. poſtill. alleg. & Abb.Sicu.in conſilio c.volu.j.

i Appellationis. Et etiam procuratorij ad cautelam, ſi per procuratorem fiat hoc, quod dic, vt ſuprà eod.forma iiij.in glo.continentem.

Adde,quæ ibi dixi in addi.

## Qualiter appellatio publicè in eccleſia eſt legenda, cùm non poteſt eorum haberi copia, quibus erat ipſa appellatio nuncianda.

### *FORMA VII.*

*IN nomine Domini, &c. P. canonicus Nemauſen. non volens habere copiã a. B. archipresbyteri & taliũ canonicorum eiuſdem eccleſiæ, vt dicebat, vt denunciaret eiſdem quandam appellationem, quam ad ſedem Apoſtolicam interpoſuerat contra ipſos & quemlibet eorũdem, appellationem*

*nem ipſam legit publicè in maiori eccleſia Nemauſen. præſente ibidem cleri & populi multitudine numeroſa, dicens & aſſerens, quòd libenter denunciaret eam eiſdem archipresbytero & canonicis, ſi habere poſſet copiam eorundem. Tenor autem ipſius appellationis noſcitur eſſe talis. In nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, &c. Vel ſic. Vniuerſis præſentes literas inſpecturis, &c. vſq; in fi. Actum, &c.*

IN nomine Domini, &c.

a Copiam. repete quæ ſunt dicta per totum, ſup. §. proxim, vbi plenè notatur, quando hæc forma vendicat ſibi locum.

Adde, quæ ibi dixi.

## Finis ipſius operis cum gratiarum actione ad Deum ipſius operis directorem.

*QVoniam ad electionum, vel poſtulationum negotia ordinanda credo ea ſufficere, quæ per me (diuina fauente gratia) ex diuerſis iuribus et magnorũ virorũ opinionib. in libello iſto diligenti ſtudio ſunt collecta, nolo vltrà procedere, ne ſim lectoribus oneroſus.* a. *conſulo tamen eis, qui libellũ iſtum habere voluerint, q̃ & gloſas habeant.* b. *à me editas ſuper ipſo, in quib. diuerſorum iurium & gloſarum ad probanda in eo contenta concordantiæ inducuntur, & nonnulla ſupplentur etiam, quæ breuitatis cauſa fuerant prætermiſſa. Cæterũ, cùm ſcriptum.* c. *ſit: danti mihi ſapientiam, dabo.* d. *gloriam omnipotenti Deo, à quo omnis*

*ſapientia*

*ſapientia noſcitur emanare, e. qui huius operis actor eſſe voluit propitius & director, quiq; mihi laudabile principium, melius medium, & finem optatum in eodem opere contulit, ſua ineffabili pietate, ſit benedictio & claritas, ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in ſecula ſeculorum, Amen.*

QVoniam, &c.

a Oneroſus. Nam prolixitas confuſionē inducit, vt ext. in procemio decretalium, & oneroſa multitudo nihil habet honeſti in autenti. de referendarijs ad fin. col. ij. vnde dicit iuriſconſultus, quę breuiter cōmemorare neceſſe eſt, ff. de offi. præ. l. breuiter, ſed & vtilius eſt pauca idonea fundere, quàm multis inutilibus audientium corda grauare, C. de veteri iu. enu. l. tanta, §. contrarium, ego tamen propter diffuſam electionum materiam, circa quam cōtradictores iurium & gloſatores plurimum laborarunt, & multa ſcripſerunt, non potui commodè magis abbreuiare, nec ſciui excogitare, quòd tanta & tā neceſſaria materia breuiori ſtylo poſſet vtiliter compræhendi.

Adde, quòd gaudent breuitate Moderni, l. præcipimus, C. de appellatio.

b Habeant. Nam per eas plura ſuppleui ac declaraui, quæ videbantur truncata eſſe nimiū & obſcura.

c Scriptum. Eccleſiaſtici, capitulo vltimo.

*Vir literatus nō debet eſſe ingratus.*

d Dabo gloriam. Ad hoc enim tenetur quilibet eruditus, vt de ſcientia ſibi data primùm gratias agat Deo, qui cuncta largitur: deinde miniſtris eius, à quibus edoctus eſt, nec aſcribat prudentiæ ſuæ, aut ingenio etiam, quod poſſidet. Nam ſi gratias non egerit, & ſcientiam ſibi aſcripſerit, maledicetur, vt xvj. q. j. reuertimini.

Adde ad iſtam glo. & ſe. glo. ſup. eod. in proœ. in verbo gratiarum, & quæ ibi dixi, & pulchrè Bal. in c. dudum,

dudum, in. ij. colum. nona, ver. de ſapientia Dei procedit intellectus, de elect. & Pet. de Ancha. in conſilio cliij. incipi. mulier volens. Ideo ego inter cæteros magis atq; magis cenſeo, & me reputo omnipotẽti Deo, & intemeratæ eius matri virgini Mariæ, Dominæ meæ, & diuis Nicolao, & Hiero. obligatum, quib. primò indiuiduæ Trinitati, & deinde pijſſimæ virgini Chriſti benedictæ Matri, ac toti curiæ triumphanti offero ac reddo gratias immortales, eiſdemque peccatorum meorum humili corde poſtulo & imploro veniam, Amen.

e Emanare. Nam ipſe eſt ſcientiarum Dominus, j. Reg. capit. ſecundo. Et ſecundum Ambroſium: Omnis ratio ſupernæ ſcientię, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & actor, vt qui eum nouerit, nil vltrà quærat, quia ipſe eſt perfecta virtus & ſapiẽtia, & quicquid alibi quæritur, in eo perfectè inuenitur, vt xxxvij. diſtinctio. §. ſed contrà. Vt igitur nihil vltrà quærere habeamus ad cognoſcendum ipſum, ſedulò laboremus, eoque cognito ſic ſibi per deuota virtutum opera placere iugiter ſtudeamus, quòd in extrema retributione iuſtorum cum eis æternæ ſalutis præmia conſequi mereamur, præſtante eo, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

*Deus eſt ſcientiarum Dominus.*

Z *Explicit*

*Explicit practica electionum & poſtulationum magiſtri Guilielmi Mandagoti, Archydiaconi Nemauſenſis, & poſtmodum Ebredunenſis Archiepiſcopi, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ demùm Cardinalis: per quam fide docetur oculata modus eligendi & poſtulandi prælatos. Quiq; & viginti formas ponẽs inſtrumentorum, in huiuſmodi expeditionibus neceſſariorum, vnà cum addi. Magiſtri Nicolai Boerÿ, Iuris vtriuſque Licentiati, de Monte Peſulano.*

SEXA

# SEXAGINTA QVINQVE REQVISITA, QVIBVS CONSERVARI, VEL IMPVGNARI POSſit quælibet electio, tam ex parte electorum, quàm eligentium, ex Petri Biaxij Directorio electionum collecta & excerpta per Matthæum Boyß. I. L.

## Requiſita in eligendis 37.

PRIMVM requiritur, vt eligatur is, qui morum habet grauitatem, & ſufficientem ſcientiam. Ac proinde clerici ioculatores, ſi eam artem ignominioſam per annum exercuerint, nudati omni clericali priuilegio, fiunt ineligibiles, text. in capi. j. de vita & honeſta. cleri. & ibidem Dominicus libr. vj. Idem de his dicitur, qui dimiſſo habitu ſeuis enormitatibus inuerecundè ſeſe immiſcent, argum. capit. cùm non ab homine, ca. perpendimus, de ſenten. excommu. & ibid. Panorm.

De moribus epiſcopi textus eſt notabilis in capit. qui epiſcopus eſt ordinandus, xxiij. diſtin. De moribus clericorum agitur in capitu. in his, ead. diſtinct.

Quæ ſciẽtia requiratur in abbate, epiſcopo, & alijs eccleſiaſticis perſonis, tractant Panormitanus, Innocentius, Ioannes Andreas, & Hoſtienſis in c. cùm in cunctis, de electionibus.

Secundò requiritur ætas legitima, de qua agit Antonius de Butrio in ca. præterea, de ætate & qualitate ordinandorum. Vbi ampliſſimè de ſimplicibus vel curatis beneficijs, vel alijs dignitatibus, Panorm. in ca. ſuper inordinata, de præbendis.

Tertiò requiritur origo non infecta, debent enim

eſſe nati ex legitimo matrimonio hi, qui eliguntur, dicto capitulo, cùm in cunctis, cap. innotuit, ca. cùm nobis, de electionibus.

Illegitimi autem licet eligi non poſſint ad dignitates eccleſiaſticas, capitu. j. de filijs presbyterorum, poſtulari tamen poſſunt, dict. c. innotuit. Item, ſi per ſubſequens matrimonium legitimentur, tunc in fauorem matrimonij eligibiles fiunt, & per omnia legitimis filijs comparantur, glo. in capitul. tanta, qui filij ſint legitimi.

De qua legitimatione pulcherrimè congeſſit Philippus Portius in commu. opinio. lib. quarto, concluſio. xxxv. & Petrus Duennas in regu. fallenti. cccxlvj. cum multis limitationibus, ad quas tanquam ad ampliſſimum campum confugias. Schurffius conſilio prim. cētu. j. latè effectum huius legitimatiõis tradit, quem vide.

Quarto requiritur, vt is, qui eligi debet, ſit in ſacris. Et ſi in epiſcopum eligendus ſit, ad minus in ordine ſubdiaconatus eſſe debet, ſicut etiam eligendus in Abbatem, capitulo à multis, de ætate & qualitate, Ioannes Andreas, & Butrio ibidem, & in capitulo tuam, eodem.

In reliquis dignitatibus varia eſt opinio, Panormitanus in capitulo dudum, prim. de electio. Concluſiuè tamen dici poteſt, quòd hodiè eligendus ad prælaturam eccleſiæ collegiatæ & conuentualis debeat eſſe in ſacris actu, aliàs electio eſt nulla. In alijs inferioribus beneficijs non requiritur ordo ipſo actu tempore promotionis, capitulo cùm in cunctis, §. inferiora, de electionibus, capitu. de multa, de præbendis. Satis enim eſt, quòd promouendi ad talia beneficia ſint in minoribus tempore promotionis, & quòd tempore congruo poſſint conſequi ordinē requiſitum, textus in capitulo ſecundo, de inſtitutio. in ſext. & in capitulo, ſi pro clericis, de præbendis.

dis. Et requiritur, quòd ſint in minoribus. Nam laicus infans, & penitùs indoctus, ſeu illiteratus ſunt incapaces eccleſiaſticorum beneficiorum, Innocen. in cap. cùm noſtris, de conceſ. præbend.

Quinto requiritur, vt quis ſit profeſſus regulam, qui eligitur in eccleſia regulari ad eccleſiam talem, capitul. cùm monaſterium, de electionibus: & non profeſſus eligi non poteſt, imò electio eſt nulla, capi. nullus, de elect. in vj. & capitu. cùm in magiſtrum, extra eodem.

Sexto requiritur, vt eligendus tantum vnum habeat beneficium, nam qui plures habet dignitates, aut plura beneficia, eſt ineligibilis, textus in capitul. dudum, ſecunda de electio. capitu. cùm iamdudum, de præbend. & vtrobique Panormitanus, hodie eſt extrauagans, Ioan. viceſimo ſecundo incipiens, execrabilis, vbi in §. qui verò, diſponitur, quòd ſi quis habens dignitatem, perſonatum, vel officium, & recipit ſecundum ſimile, primo non dimiſſo facto, vel verbo, is vtroque priuabitur, & eſt inhabilis ad ſacros ordines, vel ad quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica, glo. in clemen. ſi plures de præbend. De diſpēſatione autem ſuper pluribus beneficijs tractat Panormitanus in dicto capitulo dudum.

Septimo, nō debet eligendus eſſe epiſcopus. Nam is eſt ineligibilis, ex quo ſuæ eccleſiæ tanquam coniugi eſt alligatus, cùm ſit inter ipſum & ſuam eccleſiam vinculum coniugale, capitulo licet, capit. inter corporalia, de tranſlatio. epiſc. Hinc eſt, quòd annulum portet, glo. textus & Panormitanus in capitulo clerici, de vita & honeſta, clericorum.

Octauo requiritur, ne ſit Bigamus. Nam talis ad ſacros ordines promoueri non poteſt, capitulo primo & ſecundo de Bigamis.

Quare autem bigamus promoueri nō poſſit, quatuor aſſignantur rationes, xxvj. diſtinctio. prima, capitu. in ſumma.

Nono requiritur, quòd eligendus non ſit Cardi. nalis, nam talis ad epiſcopatum eligi non poteſt, text. Panormitanus & Ioannes Andreas in capitulo bonæ, prim. de poſtulat. prælatorum, Panormitanus plenè in cap. Eccleſia, de electionib. ij.

Decimo requiritur, quòd eligendus non falſificauerit Papæ literas, nam is excommunicatus eſt, & priuatus omnibus beneficijs eccleſiaſticis, idque perpetuò, text. in capit. ad falſariorum, de crimine falſi. Panormita. ibidem pleniſſimè.

Vndecimo requiritur, quòd non ſit Simoniacus, nam talis eligi non poteſt, cap. ſi alicuius, de electionibus, & ibidem Panor.

Duodecimò requiritur, quòd eligēdus nō ſit ſciſmaticus, talis enim eſt ineligibilis, etiamſi rediret ad eccleſiam, adeò, vt ſi eligatur, electio ſit nulla, capitulo nos conſuetudinem, xij. diſtinctio. & ibi Dominicus j. quæſtio. vij. ca. quia diligentia, de electionib. & ibidem Panormitanus.

Decimo tertio requiritur, ne ſit prodigus, talis enim eligi non poteſt, Bald. in ca. cùm in cunctis, ij. de electionibus, & hoc, ſi notabiliter ſit prodigus, facit textus in l. finali, C. de ſententiam paſſis, Prælati enim Eccleſiarum tales inſtitui debēt, qui non ſolùm de ſalute animarum, ſed etiam de extrinſeca vtilitate ſint ſolliciti, Gratianus in capitu. Petrus diaconus xxxix. diſt. & ibi Archid.

Decimo quartò requiritur, ne ſit infamis, nec de facto, nec de iure, c. qui in aliquo, diſt. lj. vbi ponuntur xxvj. impedimenta, quæ impediunt promouendum in epiſcopum. Idem tradit in ca. finali, de poſtulatione prælatorum.

Decimo quinto requiritur, ne ſit vſurarius manifeſtus & publicus, talis enim eligi non poteſt, capitulo de Petro, quadrageſima ſeptima diſtinctione. Eſt enim infamis, l. improbum, C. ex quibus cauſis infamia, & cætera; & per conſequens ad dignitates aſpirare

ſpirarę

ſpirare non poteſt, l. neque famoſis, C. de dignitatibus, libro duodecimo, Iaſon in l. Barbarius, de officio prætoris.

Decimo ſexto requiritur, ne ſit excommunicatus excommunicatione maiore, vel minore, nam eligi non poteſt, capitul. ſi celebret de clerico excommunicato miniſtrante. & ibidem Panormitanus. Eſtque conſilium, vt eligendus obtineat abſolutionem ad cautelam, Felynus in cap. dilectæ, de excep.

Decimo ſeptimò requiritur, quòd non ſit ſuſpenſus, capitulo per inquiſitionem, de electionibus, capitulo cùm dilectus, de conſuetudinibus. Sunt autem variæ ſpecies ſuſpenſionum gl. ſingulari, in clement. Cupientes, in verbo ſuſpenſi, de pœnis, Panor. in c. Apoſtolicæ, de excep.

Decimo octauo requiritur, ne ſit repulſus aliàs perſonæ vitio, quia ſemel repulſus taliter amplius eligi non poteſt, c. ſuper eo. de electionibus, & ibi Panor. Fely. in c. ſuper his, de accuſ.

Decimo nonò requiritur, ne ſit corpore vitiatus, veluti ſi habeat magnam maculam in oculo, vel aliud membrum perdidit, Leuitici capi. xxj. & xxxxix. diſtinctio. capitu. hinc enim, capitu. final. de corpore vitiatis.

Viceſimò requiritur, ne ſe ipſum abſciderit, eligi enim non poteſt, ca. ſi quis abſciderit, lv. diſt. c. ex parte, de corpore vitiatis, Ioan. And. in capitulo fina. de poſtulat. prælat.

Viceſimo primò requiritur, ne ſit talis, propter cuius electionem generetur in eccleſ. ſcandalum, talis enim eligi non debet, Panor. in ca. conſiderauimus, & Fely. in c. nihil, de præſcript.

Viceſimo ſecundo requiritur, ne eligendus ſit accuſatus de crimine: vel contra eum fiat inquiſitio, aut ſit denunciatus, c. omnipotens Deus, de accu.

Viceſimo tertiò requiritur, ne eligendus ſit in iudicio confeſſus, conuictus, aut condemnatus, cap. ve-

ſtra, de cohabitatione clericorum, vbi Panormit. Ioannes Andreas in capitu. finali de poſtulat. prælat.

Viceſimo quartò requiritur, ne fuerit homicida, qui eligi non poteſt, nec promoueri, cap. ſi quis hominem, j. q. vij. vide Felyn. in capitu. inquiſitionis, de accuſ.

Viceſimo quintò requiritur, ne exercuerit aliquādo chyrurgiam, ex qua mors ſecuta fuerit, capitu. tua de homicid. & ibi Felynus.

Viceſimo ſextò requiritur, ne iudicauerit in cauſa criminali, capi. aliquantos, lj. diſtinct. & ibidem glo. bona, in verbo ad ſacerdotium.

Viceſimo ſeptimò requiritur, ne eligendus publicam pœnitentiam egerit, c. pœnitentes, lv. diſtin. ca. ex pœnitentibus, l. diſtinct. Ioannes Andreas in dict. cap. fin. de poſtulat. prælat.

Viceſimo octauò requiritur, quòd eligendus non deſcenderit pœnitentiæ cauſa in monaſterium, cap. omnis de pœniten. & remiſſ. talis enim fit ineligibilis, vt notatur in capit. poſt tranſlationem, de renun. Ioan. And. dicto capitulo fina.

Viceſimo nonò requiritur, ne ſit eligendus alterius profeſſionis, vel habitus, quàm ſint eligētes, cle. j. de electio. & ibi Cardinalis, Nam malè veniunt inæquales ad aratra iuuenci, Baldus in capitulo, cùm cauſam, de elect. vbi glo. ponit hoc diſtichon:

*Nemo boues aſinis curuo coniungat aratro.*
*Nec geſtet veſtem lino lana quoq; textam.*

Triceſimò requiritur, vt ſit liber, non ſeruus, toto titulo de ſeruis non ordinandis.

Triceſimo primò requiritur, ne ſit Neophitus, id eſt, recenter ad Baptiſma adductus, capitu. quoniam multa, capi. ſicut Neophitus, xxxxviij. diſtinct.

Triceſimo ſecundò requiritur, ne ſit eligendus ad ratiocinia obligatus, cap. vnico, de obligatis ad ratioci.

tiocinia, & ibidem Ioan. Andreas.

Triceſimo tertio requiritur, vt eligendus non fuerit aliàs per abuſum ſecularis poteſtatis electus: nam ea ratione redderetur ineligibilis ad quamcunque dignitatem, cap. quiſquis, de electionib. cap. ſi quis deinceps, xvj. quæſt. vij.

Triceſimo quarto requiritur, ne ſit electus in diſcordia, cap. conſiderauimus de elect. & ibi Panormit. Felyn. in cap. Nihil cum ſcandulo de præſcrip.

Triceſimo quinto requiritur, quòd eligendus nõ adminiſtrauerit ante electionis confirmationem, ca. auaritiæ de electionib. in vj. & ibi Archi. ca. ſuper eo, & Panor. in ca. Qualiter de electionibus.

Triceſimo ſexto requiritur, quòd eligendus non celebrauerit ſcienter in caſibus non permiſſis à iure, aut ex priuilegio in eccleſia Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, cap. is qui, §. is verò, de ſententia excommunicationis, & ibi Dominic. in vj.

Triceſimo ſeptimo requiritur, vt eligendus non detinuerit aliquam eccleſiam ſua negligentia, vltra ſex menſes viduatam, cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi.

## Requiſita in eligentibus 28.

PRimo requiritur, vt eligant ſecundum priuilegia eccleſiæ conceſſa, alàs electiò eſſet in cauſa caſſationis, non tamen eſſet nulla, cap. conſiderauimus de electionibus.

Secundo requiritur, vt electio fiat de gremio ipſo, ſi priuilegium vel ſtatutum habeat, vt fiat de certo gremio, alias electio erit nulla, & inualida text. in prag. tit. de elect. verſi. non derogando.

Tertio ſi eligentes velint ad ſecundam electionẽ progredi, neceſſum eſt, vt prima caſſetur. Nam ſecunda non tenet, ſi non fuerit caſſata prima, cap. conſiderauimus de electionibus, Ioannes Andreas in

cap.cum noſtris, de conceſſio.præbenda.

Quarto requiritur, vt eligentes ſint in libertate, nullo modo per alium impediti, aut compulſi, aliàs non eſſet electio, ſi electoribus adimeretur libertas eligendi, cap. vbi periculum §. cæterùm de elec. in vj.

Quinto requiritur, ne ſint eligentes ſuſpenſi cap. cùm inter R.ſeniorem, & cap. cum Vintonienſis de electionibus.

Sexto requiritur, ne eligentes vel poſtulantes admittant poſtulatum ad adminiſtrationem ante admiſſionem à ſuperiore factam, quod ſi fecerint, priuantur poteſtate eligendi vel poſtulandi, capi. bonæ de electionibus.

Septimo requiritur, vt eligentes non ſint excommunicati, puta maiori excommunicatione. Nam hi eligere nequeunt. Si autem minori excommunicatione pulſati ſint, eligunt, cap. illa quotidiana de electionibus, & cap. ſi celebret, de clerico excommunicato miniſtrante, & ibi per Panormitanum gl. in cap. perpetuo, de elect. in vj.

Octauo requiritur, quòd eligentes nõ eligant per abuſum ſecularis poteſtatis, quo caſu electio eſt nulla, & eligentes ſunt priuati poteſtate eligendi. Itemque à beneficio ſuſpenſi cap. quiſquis de elect.

Nono requiritur, quòd eligentes non eligant ſcienter indignum, quo caſu priuarentur poteſtate eligendi, cap. cùm in cunctis §. clerici de electionibus & ibidem Panormitanus & Ioannes Andreas. Idem dicitur ſi ſcienter indignum poſtulent, cap. gratum de poſtulat. pælat. & ibidem Panor.

Decimo requiritur, vt eligentes non admittant laicos ad coeligendum, aliàs electio eſſet nulla, capit. Meſſana de electio. nec valeret pactum cum prælati conſenſu, vt laici admittantur, capi. ſacroſancta de electi.

Vndecimo requiritur, quòd ſi mandetur per Papam, vt eligentes procedant ad electi. forinſecorum,

rum,alioqui conſiliarij prouideant, tunc eligētes in tractatu electionis eorum conſilium requirere debent, & expectare reſponſum, aliàs electio non valeret,cap.cùm in veteri, de elec.

Duodecimo requiritur, ne eligentes ſint Symoniaci, quòd ſi factum fuerit, electio eſt nulla, capitu. de alicuius de elect. & vnius quidem eligentis Symonia totus electionis actus inficitur, capit. Nobis de Symonia. Dę diſpenſatione cum Symoniaco vide Felynum & Panormita. in cap. de Symoniacæ de Symonia.

Decimo tertio requiritur,ne eligentes ſint furioſi,neque mente capti,qui eligere non poſſunt, Mandagotus j.parte cap.vij.

Decimo quarto requiritur,vt eligentes ſint in ætate legitima,capit. de eod. de elect. libro vj. Requiritur enim in electione conſilij maturitas, vt melior & vtilor eligatur,cap.conſtitutis, ij.de appellationibus,de ætate verò plurima Anthonius de Butrio in capitul. præterea de ætate & qualitate ordinandorum.

Decimo quinto requiritur, vt eligentes ſint in ſacris conſtituti, aliàs non haberent vocem in electione, ſiue eccleſia ſit cathedralis, ſiue collegiata, regularis vel ſecularis, etiamſi ab alijs coelectoribus voluntariè permitterentur text.in cler. vt hi, qui de ætate & qualitate.

Decimo ſexto requiritur, vt ſi electio ſit facienda in eccleſia regulari, quòd tunc eligentes ſint ipſam regulam profeſſi.capit. ex eo,de elect. in vj. & eodem titu.in cap.indemnitatibus.

Decimo ſeptimo requiritur, ne ſint eligentes interdicti,qui eligere non poſſunt,cap.cùm inter R. ſeniorem de electionibus, electio autem facta in loço interdicto valet, Ioan. Andreas,& Panor. in ca,j.de poſtula.prælatorum mox in fine.

Decimo

Decimo octauo requiritur, quòd eligentes non celebrauerint ſcienter in caſibus non permiſſis à iure vel ex priuilegio in loco interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſito, nam ij, ſi in tali loco in caſibus non permiſſis celebraſſent, eligere non poſſent, text. in ca. is qui in eccleſia §. is qui ſcienter, de ſententia excommunicat. in. vj.

Decimo nono requiritur, ne eligentes ſint hæretici, nam ſunt excommunicati, cap. excommunicauimus, & hæreticis, & per conſequens ineligibiles actiuè & paſſiuè,

Viceſimo requiritur, ꝙ eligentes non ſint priuati per ſententiã, vt quia fortè non elegerunt ſecundũ formam in cap. quia propter, de electione. Nam tali caſu non teneret electio.

Viceſimo primo requiritur, quòd eligentes procedant ad electionem infra tres menſes, dum tamen nõ ſint legitimè impediti: quo caſu tempus non currit, cap. ne pro defectu de elect. Currit autem tempus à die notitiæ, non à die vacationis, cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendarum, & ibidem Panormitanus.

Viceſimo ſecundo requiritur, vt eligentes Epiſcopum vel Abbatem ſint contriti, confeſſi, & ſacroſancta Euchariſtia cibati, idque ex diſpoſitione concilij Baſilei, de quo in pragma. titul. de electionibus. §. & cum humanæ.

Vigeſimo tertio requiritur, vt quicunque eligentes, antequam ad electionis actum procedant, vinculo iuriſiurandi ſe aſtringant, iuxta formam propoſitam in d. §. & cum humanæ.

Viceſimo quarto, vt eligentes nõ ſint ingreſſi religionem probandæ regulę cauſſa, qui eo tempore licet retineant beneficia, cap. beneficium de regularibus & tranſeuntibus, lib. vj. tamen ne detur eis vagandi materia, & ab eorum propoſito diſtrahendi eos, ad electionem vocari non debent, quæ tamen

quæſtio

quæſtio controuerſa eſt tradita per glo. in d.cap.Beneficium,de regularibus.

Viceſimo quinto requiritur,vt canonici eligentes non ſint ſupernumerarij, niſi fortè tales per conſuetudinem admittantur.ad electionem,glo. in ca.cùm Martinus de conſtitutionibus & ibidem Bald.

Viceſimo ſexto requiritur, vt canonici eligentes ſint in poſſeſſione iurium canonicaliũ, Anchoranus in cap.hi,qui de præbendis,in vj.

Viceſimo ſeptimo requiritur, vt eligentes non ſint vagabundi,quales ad electionem non vocantur, Specul.tit.de elect.§.ad elect.

Viceſimo octauo requiritur, vt ille,qui eſt de collegio,quod eligere debet, non fuerit alias religioſus de ordine mendicantium.Nam tales non habent vocem in cap. text. in cle.vt profeſſores de regularibus & tranſeuntibus, &c.

## Verſus ex Hoſtienſis ſumma titut.de electionibus,§.Et qualiter col.ij.quibus impugnari poſsit electio.

*Mixti,natales,vitium,laicalis abuſus,*
*Temporis elapſus,interdictumqúe,ligatæ*
*Alæ,viuentis locus,appellatio,Papæ*
*Iuſſus,forma viri,reprobatio,neophitusq́;*
*Defectus verbi,populi voces,anathema,*
*Simon,diſcordans ſit ſit,ſuſpenſio,ſciſma,*
*Ius electorum nullum dat quodlibet horum.*

## Explicatio.

Mixta, electio per laicos & clericus nulla eſt, cap. Meſſana. 1

Natales,quando defectus eſt in natalibus,puta illegitimus eſt.ca.innotuit. 2

Vitium, puta defectus corporis, vel vitium & 3 pecca-

peccatum mortale, vt homicida vel ſimile.

4 Laicus abuſus, veluti per impreſſionem vel per laicalem poteſtatem, cap. quiſquis.

5 Temporis elapſus, puta trimeſtre vel ſemeſtre, ca. Ne pro defectu, hoc ti. c. ij. de conceſſione præbendę.

6 Interdictum, ſi ab interdicto vel de interdicto ſit facta electio, cap. cum inter R. ſeniorem.

7 Ligatæ alæ, vt puta quia Epiſcopus eſt, qui eligi non poteſt, quia iam coniugatus eſt, cap. fin. de poſt. præla.

8 Viuentis locus, quia eccleſia non vacat cap. j. & c. cum noſtris de conceſſi. præbendæ.

9 Appellatio iuſta. cap. conſultauimus cap. auditis.

10 Papæ iuſſus cap. cum in veteri.

11 Forma viri, quia data erat forma per Pontificem capit. cum dilecti, vel per conſuetudinem, vel priuilegium.

12 Reprobatio, quia aliàs fuit reprobatus propter delictum, cap. gratum de poſtulat. prælatorum ca. ſup. de electio.

13 Neophitus, cap. ad noſtram, capit. cum in magiſtratu.

14 Defectio verbi, quia verbalis eſſe debet, c. eccleſia.

15 Populi voces, ad vocem populi memo eligendus cap. ij.

16 Anathema, ſi excommunicatus ſit eligens vel electus.

17 Simon, ſi Simoniaca ſit, cap. ſi alicuius.

18 Diſcordans, ſi ſit diſcordia cap. j. & ij. de poſtula. prælat.

19 Suſpenſio, quia ſuſpenſus ſit electus vel eligens.

20 Schiſma, cap. quia diligentia. Hæc Biaxius, & Hoſtienſis in ſumma ſua.

MISCEL-

# MISCELLANEA

## QVÆDAM CAPITA IN MATERIA ELECTIONIS PER MATthæum Boyſs, Iuris Licentiatum collecta.

1 *Quid ſit electio.*
2 *Forma eligendi triplex.*
3 *Subſtantialia in ſcrutinio decem & octo.*
4 *Forma & ſolennitas cap. quia propter.*
5 *Tempora electionum.*
6 *Quando currat tempus, & num ante ſepulturã prælati fiat electio.*
7 *Diuerſa tempora circa electionem.*
8 *Iuramentum eligentium.*
9 *Quale ius habeat electus.*
10 *Electus an renunciare poſsit.*
11 *Electus an reprobari poſsit.*
12 *Vitioſæ aliquot electiones.*
13 *Quæſtio de concurſu boni & emendatij in electionibus.*

### Electio quid.

ELectio eſt alicuius perſonæ ad prælaturam vel ſocietatem fraternam canonicè facta vocatio. Gloſſa in cap. vnico, in verbo vera de poſtulat. prælator. libro vj. Debet autem eligens loqui in præſenti tempore, non in infinitiuo modo, Puta. Ego. N. eligo talẽ, non aũt ſic. Ego volo eligere talẽ. Boerius deci. j. in j. Sic Pet. Rebuffus in ſua praxi beneficio. electio eſt ad prælaturas vel beneficia vacantia ab his, ad quos

ad quas ea res pertinet, ritè facta optio. Aliter defi-nitur in hunc modum. Electio eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem vel fraternam ſocietatē ſeruata forma canonicè facta vocatio. Colligitur hæc definitio ex cap. cùm in cunctis ca. cum eccleſia Vulterana, cap. quia propter, de elect. Clauaſius in ſumma angelica in verbo electio.

## Forma eligendi triplex.

TRes ſunt formæ procedendi in electionibus, Per viam ſpiritus ſancti, per inſpirationem nimirum, & per quaſi inſpirationem. Mandagotus cap. lxij. ſup. libro. j. Quando videlicet eligitur quis auctore Deo, vt fuit electus Diuus Nicolaus, Ambroſius. & Seuerus, ca. Statuimus, §. in his omnibus, lxj. diſt. talis electio dicitur facta per inſpirationem diuinam. De hac parum tractatur: quia peccatis noſtris exigentibus rarò occurrit hodie, vt inquit, Petrus Biaxius in ſuo directorio parte iij. capit. xvj. Electio quaſi per inſpirationē eſt, quando omnes de collegio vno ore conſentiunt in aliquem, & nō conſtat, quòd auctore Deo fuerit facta, ſed præſumitur, quòd per inſpirationem fuerit facta propter cōcordiam. De hac vide Hoſtien. titu. de elect. §. Qualiter verſic. tertia forma.

Altera eſt forma per viam compromiſſi, de qua Mandagotus ca. xxxix vſque ad lij. Rarò etiam proceditur per hanc formam. Ea ratione, quòd pauci velint ſua voce priuari, & alijs committere, niſi aliquándo: puta quando eligentes verentur, ne in horum vel illorum indignationem incurrant eligendo vel non eligendo talem: vel quando eligentes timent impreſſionem in electione, & tunc committunt electionem Romano Pontifici. De hac forma agitur in cap. cauſam quæ, cap. in cauſis, cap. cum dilecti. cap. quia propter.

Poteſt autem hanc formam etiam vnus ex eligentibus

tibus impedire text. in dic. cap. in cauſis, Panormita. ibidem.

Tertia forma eſt per viam ſcrutinij. Mandagotus in capit. xxij. ad cap. xxxv.. Et hæc forma eſt difficilis propter iuris & praxios imperitiam, glo. in cap. cùm expediat de elect. in vj. Et propter eius difficultatem eſt inuenta forma compromiſſi. Panormitanus in ca. quia propter. Et hæc forma eſt vſitatior, tum quòd rarius contingat illa diuina inſpiratio: tum quòd via compromiſſi non ita ſit prompta, propter promptum hominum animum ad diſſentiendum. Nam velle ſuum cuique pulchrum eſt, nec voto viuitur vno, teſte Perſio.

Cauendum eſt itaque, ne peccetur in forma vel in materia huius electionis per ſcrutinium.

## Subſtantialia formæ per ſcrutinium decem & octo.

PRimum eſt, vt procedatur per eligentes in vnũ congregatos. Sic ſpiritus ſanctus deſcendit in Apoſtolos congregatos. Actuum ij.

Nec ſufficerent conſenſus eligentium ſingulariter in cameris præſtiti, conſentire enim eos oportet collegialiter, textus in ca. in Geneſi. in gloſ. in verbo communiter. Gloſſa in verbo formam, in capi. ſicut cùm de elect. libro vj. Ioannes Andreas in cap. quia propter, & Panor. ibidem.

Huc pertinet illa quæſtio, quòd nimirum ciuitas vel vniuerſitas non poſſit dici peccaſſe, niſi communicato cõſilio & habita deliberatione, de qua quęſti. vide Bartolum in lege autem facta de pœnis, Panor. & Felyn. in cap. dilectus de Symonia. Oldendorp. de æquitate in fine. Boerium j. deciſi. de ſeditioſis glo. vij. Schurpffium conſi. xxj. cen. iij. num. vj. Alciatum in l. ciuitas, ſi certum petatur.

*Ciuitas quãdo dicatur delinquere.*

Secundum ſubſtantiale eſt, vt per collegium aſſumantur ſcrutatores d. c. quia, in verbo aſſumantur. Neque enim ingerere ſeſe debent, alias ſunt ſuſpecti quia omnia §. j. de procuratoribus. Ioan. Andreas in d. cap. quia propter.

Licet autem dicat Innocentius in cap. In Geneſi valere & ſubſiſtere electionem, ſi tacitè progrediantur ſcrutatores nõ electi per capitulum vel collegiũ: tutius tamen eſt, vt aſſumantur, Panorm. teſte. in d. cap. quia propter.

Tertium ſubſtantiale eſt, formæ per ſcrutinium, vt aſſumantur ſcrutatores in ternario numero, & non plures nec pauciores, & hæc communis eſt opinio, licet alij exiſtiment non eſſe de ſubſtantia. Ioannes Andreas, & Panormita. in dic. cap. quia propter. Vide Hoſtienſis duplicem rationem in hoc tit. d. §. qualiter.

Quartum ſubſtantiale eſt, vt hi ſcrutatores ſint de collegio eligentium, Panor. Innoc. & Ioan. Andr. in d. cap. quia propter.

Quintum eſt, vt ſingulorum vota in ſecreto exquirantur, ad hoc, vt quiſque liberius ſuum votum dicere poſſit. Boerius deciſi. j. numer. lxij. textus in d. cap. quia propter. Exemplo Danielis (in cap. xiij. Danielis) qui ſenes ſceleratos ſigillatim & ſecreto interrogauit, textus eſt pulcherrimus in cap. in cauſis de elect in verbo ſeceſſiſſent in partem. Sic quoque teſtes audiuntur ſeparatim & ſecreto, aliàs non valet eorum depoſitio, capitul. venerabili de teſtibus.

Septimum eſt, vt omnium vota exquirantur, textus in ca. quia propter. Adeò vt etiam ipſa ſcrutatorum vota ſecreto & ſeparatim fieri debeant. Innocentius in cap. quia propter. Sic Hoſtienſis in dic. §. qualiter. Et ſi vnius omitteretur votum, electio eſſet nulla.

Octauum eſt, vt exquiſita vota redigantur in

ſcriptis

ſcriptis, text. in d. c. quia. Num verò debeat fieri ſcriptura publica an priuata, magna eſt contentio inter Panor. Innocentium & Ioãnem Andream, qui diſſentiunt inter ſe, quos vide.

Nonũ eſt ſubſtantiale, vt vota electorum per ſcrutatores vel notarios publicentur in capitulo. Panor. & Ioannes Andreas. Forma autem talis eſt, vt legãt ſcrutatores nomina, & quærant num quiſquam cõtradicere poſſit, num aliter ſcriptum ſit, quàm volatum per ſingulos.

Decimum eſt ſubſtantiale, vt hæc publicatio mox fiat & in continenti nullo intermedio actu. Hoſtienſis d. §. qualiter. Simile eſt in l. j §. qui pręſens de verbo obl. & in l. hac conſultiſ. C. de teſtam. quibus locis continuo actu quid fieri debet.

Vndecimum eſt, vt poſt hanc publicationem votorum, fiat collatio numeri, meriti, & zeli, gloſſa in verbo collatione, in capit. quia propter, & in cap. in Geneſi.

Duodecimum eſt ſubſtantiale, vt dicta collatio numeri, zeli, & meriti, fiat mox poſt publicationem, nullo etiam extraneo actu intercadente. Panor. in d. cap. quia. Medium tamen interuallum veluti mora naturalis non noceret.

Decimum tertium eſt, vt poſt huiuſmodi collationem factam, ſequatur communis electio cap. in Geneſi, ca. eccleſia, hoc tit. debet etiam fieri hæc communis electio per vnum, nomine ac vice totius collegij per verba ſingularis numeri, in hac forma. Ego N. meo & capituli nomine eligo talem, gloſſa & Dominicus in capitul. ſicut, in vj. de electio. Aliam formam ad longum tradit Biaxius in capitulo xxxiij, parte iij.

Decimum quartum ſubſtantiale eſt, vt electio fiat etiam ſtatim poſt habitam collationem numeri, zeli, meriti, nullo actu extraneo intermedio, ca. cùm poſt petitam de electionibus. Panormi. ibidem, qui tenet

contra Innocentium contrariantem. Hoſtien.tenet idem cum Panor.in d.§.qualiter.

Decimum quintũ ſubſtãtiale eſt, vt is eligatur, in quẽ maior & ſanior pars capituli conſenſerit, tex. in c.quia, & ibi Andreas & Panor.textus in cap.eccleſia in ij. eodem titu. & quòd hæc duo coniunctim & ſimul requirantur, tenet Hoſtienſis in d.tit. de elect.§. qualiter, vbi multa allegat iura. vide Abba.in di.cap. eccleſia.

Decimum ſextum eſt, vt talis electio fiat verbaliter, & viua voce, textus in cap.eccleſia in primo & ibi Panor tex. in cap. ſicut in vj. requiritur itaque verbalis pronunciatio.

Sic in baptiſmo requiruntur verba, ca.detrahe j. q.j.cap.j.de Bapti.ſic verba requiruntur in Euchariſtia, cap. panis de conſecr.diſti.ij.ſic in Apoſtolorum petitione, cap.ab eo,, de appellat.in vj. Panor. in di. cap.eccleſia j. de elect.

Differentiam inter matrimonium carnale, quod nõ requirit verba, & matrimonium ſpirituale, quod verba requirit, vide Ioan. Andr.in ca, tuæ de ſponſal. in multis etiam caſibus ſolum factum conſideratur non verba, nota gloſſam ſingul. in cap.dilecti. ij. de appellat.

Decimum ſeptimum ſubſtantiale eſt, vt facta electio publicetur ſtatim ſolẽniter, non debet enim eſſe Petr.clãdeſtina, textus in d.cap.quia, §.electiones de electionibus Innocen. & Panor. Clandeſtina enim eſt ipſo iure nulla.

Decimum octauum eſt, vt præmiſſorũ omnium ſeruetur ordo, nec præpoſteratio aliqua fiat, Panor. & Ioan. Andr. in cap. quia propter.

De his omnibus vide Panormita. & Innocen. in d.cap.quia propter, & Petrum Biaxium qui hæc omnia longiſſimè præter cæteros perſequitur in ſuo directorio electionum, quæ omnia ſunt de forma

&

& ſubſtantia electionis, ita vt ſi vnum abſit, totus actus electionis ſit inualidus, argumento. l. ſi vnus. C. de teſtamentis. Petrus Anchoranus in cap. ſi confirmationem de electio. lib. vj. His adde, quod ait gloſ. in cap. Nullus, lxiij diſtinc. electio debet eſſe communis, conſonans & canonica, quorum trium ſi vnum abſit, non valet electio, ſed eſt vitioſa. Et conſenſus quidem non ſeparatim, ſed coniunctim in congregatione præſtandus eſt.

His octodecim ſubſtantialibus, hodiè per pragmaticam ſanctionem addita ſunt tria nouo iure videlicet, auditio miſſæ ſancti ſpiritus: ſacroſancta corporis Chriſti ſuſceptio, & iuriſiurandi præſtatio, vt habetur in titulo, de pragmatica §. & cum humanæ. Et per conſequens ſunt hodiè viginti & vnum ſubſtantiale electionis per ſcrutinium.

De electione fratris mendicantis ad prælaturam extra ſuum ordinem agitur in cap. quorunda m oculos libro vj. & ibi Philip. Franc.

De electione Abbatiſſarum & Prioriſſarum agitur in cap. indemnitatibus libro vj. vbi Philip. Franc. & Ioannes Andreas recēſent vndecim ſpecialia circa horum electionem, & ponuntur eadem ibi in gloſſa finali. *Nota vndecim ſpecialia circa moniales.*

## Forma & ſolennitas cap. quia propter.

NOta diligenter, ſuperior illa ſolennitas formæ per ſcrutinium, quæ potiſſimum traditur in hoc capitu. quia propter, non ſeruatur in electione omnium dignitatum eccleſiaſticarum, ſed tantum præciſè in dignitatibus cathedralibus, quales ſunt Epiſcopales, Archiepiſcopales & ſuperiores vſque ad ſummum Pontificem excluſiuè. Item in dignitatibus collegiatarum eccleſiarum, quarum prælati habent generalem iuriſdictionem tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, veluti in dignitati-

bus Abbatialibus, pro hoc eſt gloſſa in cap. quia pro.
pter, in verbo viduatis. Et ita videtur ſentire Ioann.
Andreas & Panormita. in hoc capitu. quia, quos ſu.
per hoc videre licet, item vide Mandagotum parte j.
cap. xxj.

Ex his ſequitur, quòd ſolennis illa forma non eſt neceſſaria in electionibus aliorum beneficiorum ſeu prælatorum à ſupradictis, & ſic in dignitatibus poſt pontificalem, & in præbendis, quæ ſolent con. ferri per electionem, non ſeruatur prædicta ſolen. nitas, ſatis enim eſt, vt in talibus quis eligatur à ma. iori & ſaniori parte, pro quo eſt gloſſa in cap. ſicut de elect. in ſexto in verbo formam. Et ibi Francus, Do. minicus, & Ioannes Andreas. Conſuetudo tamen, ſi qua ſit, in ea re ſequenda eſt & obſeruanda. Manda. gotus dic. cap. xxj. Biaxius in directorio cap. xxxix. parte .iij.

## Tempora electionum & collationum expe- diendarum.

ELectio in eccleſijs cathedralibus vel regulari. bus fieri debet intra tres menſes, quod ſi facta non ſit, deuoluitur eligendi poteſtas ad ſuperi. orem, cap. xxxxj. Ne pro defectu, de electio. & hoc ſal. uo modo intellige, puta verum eſſe reſpectu prin. cipalis prælati, puta Epiſcopi vel Abbatis. Nam non habet locũ in canonicalibus vel dignitatibus mino. ribus, & in beneficijs alijs, ſitis in eccleſijs cathedra. libus, in quibus datur ſemeſtre tempus ad eligendũ vel prouidendum, cap. ij. de conceſſione præbenda. gloſſa expreſſa in cap. xij. dilectus, eodem titul. quæ dicit, quod dictũ cap. Ne pro defectu, locum habeat in Epiſcopatibus Archiepiſcopatibus & Abbatijs, capitulum verò ij. Nulla, locum habet in minoribus dignitatibus & beneficijs.

Atque ita Panormitanus intelligit capitulũ, ne

pro

pro defectu, in quibuſcunque prælatis regularibus principalibus eccleſiarum regularium, quocunque nomine nuncupentur, ſiue abbates, ſiue priores, ſiue Præpoſiti, aut archipresbyteri. De his latius agit Biaxius in directorio, c.lxij. parte iij.

In eadem ſententia eſt Rebuffus ſub titulo de deuolutionibus, vbi inquit: Maiores dignitates, vt epiſcopales & aliæ tribus debent infra tres menſes, capitul. ne pro defectu, capitu. poſtquam, l. diſtinctio. Aliȩ verò dignitates inferiores, & quȩlibet beneficia regulariter debent cõcedi intra ſex menſes, ſiue per electionem, capitul. cùm noſtris, capitulo dilectus, capitul. poſtulaſtis, & Panormitanus ibidem de conceſſione præbendarum, ſiue per collationem capitu. ij. illo, eod. titu.

Præſentatio verò beneficiorum duplici quoq; fit tempore. Nã eccleſiaſticus patronus habet ſemeſtre tempus ad præſentandum, Ro. deci. x. de iure patro. in antiq. & deci. vj. in nouis, de iure patro. c. vnico de iure patro. in vj. Rebuffus de Inſtit. vel præſentatione, in praxi beneficiali, fol. (mihi) xxix.

Laicus verò patronus tantùm habet 4. menſes ad præſentandum, d. c. vnico. Laicus aũt patronus dicitur, qui ius patronat⁹ habet ratione ſui patrimonij, ſicut eccleſiaſticus ratione ſuæ eccleſiæ, glo. & Doct. in cle. vlti. de iure patro. Rochus Curtius de iure patronatus.

Et ſi hȩc tempora in conferendo, vel in eligendo fuerint obſeruata, non tunc cadunt patroni, vel electores pro prima vice ab electione, & deuoluitur ius ad ſuperiorem, dicto capitulo, ne pro defectu. Ratio deuolutionis eſt multiplex, tum ne beneficia, vel eccleſiæ diu eſſent in ſuſpenſo cum damno animarum, ſi fortè interim lupus accedat, & dominicum gregem inuadat, dicto capitulo, ne pro defectu, tum etiam propter publicam vtilitatem, ne iura & eccleſiæ ſint in incerto, argument. l. j. de vſucap. & vt

actus executioni mandetur, quod aliàs non fieret, quia primus collator nunquã faceret, vt ſemper fructus perciperet. Quod tamen publicè intereſt argu. auth. Hoc amplius de fideicommiſſis, vbi ſi hæres ſit negligens in ſoluendo legatum, deuoluitur hæreditas ad cohæredes vel ſubſtitutos, §. ſi quis autem nõ implens, de hæredib. & falcid. Sic mater in petendo tutorem negligẽs, deuoluitur ad proximiores, l. ij. §. ſi mater, ad Tertull.

## Quando tempus currat; & an ante ſepultum prælatum electio fieri poſsit.

NOta, quòd tempus ad eligendum currat electoribus ſcientibus mortem prælati ſtatim à mortis hora, cap. obeuntibus, lxiij. diſtinctio. & cap. poſtquam, l. diſtinct. Ergo poterunt ſtatim ad electionem progredi etiam non humato prælato defuncto, & inſepulto, Ioannes Andreas in capitul. bonæ, de elect. & hoc tenet gloſa ibidem, ſingula. quam ibi notat Panor. quamque ſequitur Ioan. An. Innocen. & Compoſtel. pro his textus eſſe videtur in cap. ſi electio, in vj. vbi idem tenet Dominicus & Philip. Francus. Et hæc opinio verior eſt de iure.

Nam textus in cap. bonæ, quanquã id prohibeat intelligi, tamen debet, ita, quòd honeſtius ſit differre electionem, quàm ſtatim progredi. Honeſtum eſt enim, vt prius prælatus ſepeliatur, quàm futurus paſtor eligatur. Si tamen fiat electio, illa non caſſabitur, nec erit ob id nulla.

Eſt etiam quandoque conducibile eccleſijs, vt ſtatim mortuo prælato procedatur, ſi timor eſt impreſſionis, aut aliud impedimentum. Sæpè enim principes dant literas commendaticias ad electores, atque ita de gratia agitur & fauore, non de eo, quod vtile eſt eccleſiæ. Hæc Biaxius latius in directorio, & Panor. in d. cap. bonæ.

Nota

## Nota diuerſa tempora circa electionem.

Primò dantur electoribus tres menſes ad eligendum, vel ſex, ſecũdum diſtinctionem paulò ante traditam, capit. ne pro defectu, capitu. ſecundo, de conceſ. prębendarum.

Secundò, datur ad præſentandum tempus, quàm poteſt citius fieri, & adhuc octo dies, c. quã ſit, eo. ti. & c. Cupientes, in princip. §. cæterùm.

Tertiò datur ad conſentiendum vnus menſis, ſi libertatẽ habet conſentiẽdi, aliàs arbitrabitur iudex.

Quartò ad petendam confirmationẽ dantur tres menſes, c. quàm ſit., ſup. hoc titu.

Quinto dantur tres menſes ad conſecrationem, c. quoniam, c. diſtinct. & diſtin. lxxij. capitu. ij. hæc tradit glo. in cap. xxvj. ſi electio, in verbo aliam, in vj.

## Eligentes adiurari debent in modum ſequentem.

SIc dicent ſcrutatores. Nos N. ſcrutatores ex poteſtate nobis per capitulum conceſſa adiuramus te per patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, vt ſemotis quibuſcunque fauoribus, odijs, & rancoribus ſecundum Deum, & conſcientiam tuam in illum votũ tuum dirigas, & illum in prælatum eccleſiæ nunc vacantis nomines, quem in ſpiritualibus & temporalibus reputaueris vtiliorem. Hæc forma habetur in c, ij. conſtitutis de appellationibus, & Speculator eam tradidit de electionibus.

## Alia forma iuramenti.

FRater dilectiſſime. Quemadmodum boni operis fructum ſibi comparat is, qui rectum & incorruptum tenet iudicium in eligendo aliquo prælato, vel pontifice, ita quoque graui ſemetipſum afficit damno, qui ad dignitatis ſummæ collegium promouet indignum. capitul. miramur, lxj. diſt. Et ideo Deum præ oculis habe, cuius hîc cauſa agitur, & ne

te abducat odium, fauor, timor, amor, qui humanos ſenſus peruertere ſolent, atque ideo adiuramus te, vt per conſcientiam tuam, & ſub animæ tuæ periculo eum nomines & eligas, quem dignum atque vtilẽ huic eccleſiæ noſtræ futurum eſſe exiſtimes, &c. Talem formulam tradit Nicolaus Boerius in deci.j. nu. xxxij. Petrus Biaxus capi. xxvj. par. iij. per totum. Et Ferdinandus Vatquius in illuſtribus controuerſijs iuris, c. xxxxv. nu. xv. lib. j.

Debent etiam ſcrutatores poſt vota ſingulorum interrogare, quo deſiderio, quo affectu, qua conſcientia moueantur ad petendum talem, & non ſolùm exquirere, ſed etiam ſcribere zelum & meritum nominantium & nominatorum, c. dudum, hoc ti. Boerius nu. xxxiij. d. dec. j.

## Num ius eligendi per ſcriptionem acquiri poſsit.

HVius quæſtionis ſedes eſt in c. de quarta, extra de præſcript. vbi Ioan. And. & Innoc. concludunt, quòd ius eligendi pręſcribatur 40. anni, propter cauſam, quaſi continuam, facit tex. in c. cùm de beneficio, de præb. lib. vj. gl. & Doct. in c. cùm vbi, de electionibus, vbi habetur, quòd conſuetudo tribuat ius eligẽdi, Baldus in l. ij. C. de ſeruitute, vbi inquit, ius eligendi, & omnia iura ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus præſcribuntur ſpacio 40. annorũ, non attenta cauſa continua, vel diſcontinua. De his plenè vide Balbum de præſcrip. in P. par. quintæ principal. viij. quæſt. per totum.

## Quale ius habeat electus.

ELectus omnino venit per ſuperiorem confirmandus, glo. in rub. de poſtulando, in vj. & ante confirmationem non habet ius in re, ſed competit ei ius ad rem reuocabile, vel cõfirmabile per ſuperiorem confirmatorem, glo. in c. noſtri, in c. tranſ-

miſſam,

miſſam,de electio. Rota deciſ.vj.in nouis,de electio. ſed aduerte,glo.in ca.quanto,diſtin.lviij. & Archid. in c.is cui,de elect.in vj.dicunt, quòd electo acquiratur ius in re, puta beneficio poſt canonicam electionem, etiam ante confirmationem. Verũ id ita intelligi debet, quòd ius acquiratur in re, puta ius perſequendi electionem, & non tale ius, quale poſt cõfirmationem acquiritur,ita declarat Rota di.deciſ.

Huc pertinet, quòd ſola electio non faciat Imperatorem, gloſ.in capitu. legimus, diſtinct.xciij.in verbo Imperatorem, vnde qui eſt electus in Imperatorem,ante coronationem non valet eius reſcriptum, de quo Iaſon in l.quamuis,C. de inoffic.teſta. Sicuti qui electus eſt ad epiſcopum,ſed nondum conſecratus,non poteſt exercere epiſcopalia, nec indulgẽtias concedere,Iaſon ibidem, num.iiij.Dicitur enim tantũ habere ius ad rẽ,non in re. Natta conſi.ccxxxxiiij.

Quòd autem electus non habeat ius, niſi per confirmationem, textus eſt in cap. ſuper his, de accuſationibus,mox in fine.De hoc vide glo.in cle.j.vt lite pendente,in verbo collatio, vide c. fin. de conceſſio. præbend.lib.vj.

Per electionem & præſentationem acquiritur ius ad rem, per inſtitutionem & confirmationem ius in re,Caſſadores deciſ.xviij.num.iiij.de præbendis, per glo.in c.dilectus,de offic.delega.per glo.in cap. cùm Bart.de re iudicata,& ibi Abb.col.iij.per tex.in dicto cap.final.de præbendis.

Quòd dicimus electionem ſolam nõ tribuere ius, limitatur multis modis. Primùm in electione facta per principem. Secundò, quando ſuperior habet neceſſe confirmare. Tertiò,in minoribus dignitatib.nõ procedit,ſed in maioribus. Quartò, in electione Pontificis. Quintò in electione abbatiſſæ. Sextò, fallit,ſi conſuetudo ius in re tribuit, quas limitationes latius,vide apud Petrum à Duennas in fallentijs, in verbo electio.

Electus non confirmatus, ſi adminiſtrat, non ſolùm priuatur iure ſibi competenti ad rem, ſed etiam efficitur ineligibilis ad omnia beneficia, Ioan.Andr. in capitu.auaritiæ,lib.vj. de elect. Ratio eſt, quia priuatur propter ſuum delictum & vitium, capit. ſuper eo,extra eod.notauit Milis in repertorio,Ro. deciſio, vj.num.iiij.de renun,vbi tenet,quòd cùm electus exercere non poſſit ſuum ius ſine priuatione, ergo nullum habet.

Quia verò canonicè electo non eſt quæſitum ius in re, ſed ad rem, itaque quidam putant Pontificem poſſe huiuſmodi vacans beneficium alteri conferre præueniendo ſuperiorem confirmatorem, vel collatorem,ſi enim ius in re eſſet quæſitum,tunc Papa nõ præſumeretur velle hoc facere,de qua queſtione plenè vide apud Rotam in deciſ.xvij.per totum,de præbendis in nouis. Vide Geminianum in alleg. c.quanto,lxiij.diſtin.an id facere Dominus Papa poſſit.

## Electus an renunciare poſsit.

ELectus ante cõfirmationem ſuperioris poteſt iuri ſuo renunciare in manus eligentium, etiã ſi electioni de ſe factæ conſenſerit, quemadmodum quoque preſentatus per patronum renunciare poteſt ſuo iuri ante Inſtitutionem, idq; ea ratione,q habeat ius ad rem, cui iuri facilius renunciatur, quã iuri in re, quod latius vide apud Rotam deci. viij de iure patronatus,in nouis.

*Nota, quomodo quis pœnitere poſsit.*

Qui vocatus ad eligendum dixit ſe nolle venire ad electionem, poteſt rurſus pœnitere, & ad eam venire,re integra,puta ante electionem, & ſcrutinium factum,glo.in capitu.lvij. eccleſia, in verbo adijciat ibi.Si verò ante electionem additio eſt marginalis ad l.quòd ſi minor,§.Scęuola de minoribus, vbi pulcher textus eſt,quòd minor,qui repudiauit, vel omiſit hęreditatem,vel bonorum poſſeſſionem, rurſus audiri debeat,ſi velit.

Simile

Simile eſt, quòd qui appellauit ſemel, atq; ita ſententiam impugnauit, rurſus ab appellatione interpoſita deſiſtere poteſt pœnitentia ductus, l. ſi quis libellos, C. de appellatio. capit. ei, qui appellat, ij. q. vj.

Per quæ ego exiſtimo procuratorē poſſe ſuo mandato renunciare, & ſeſe illo exonerare, & rurſus eundem poſſe illud ipſum repetere & reaſſumere, vt in eadem cauſa parti inſeruiat, licet dixerit, quòd nollet procurator eſſe, quod multò magis verum exiſtimo, ſi pars renouet & redintegret mandatum, quanquã nuper id procuratorem facere poſſe quidam negauerit, & malè. Nam certum eſt, quòd procurator etiam à principio mandatum recuſare poſſit ſibi oblatum, & poſteà tamen per pœnitentiam in ſe ſuſcipere poteſt, licet prius recuſauerit, ſi modò pars conſtituens perſeueraret in eadem ſua voluntate, textus eſt in c. licet de procurato. in vj. *Procurator repudiat, & rurſus ſuſcipit mandatũ.*

Sic quoque dominis licet reuocare procuratorem, & rurſus eundem conſtituere, idq́ue vel expreſsè, vel tacitè, gloſa eſt, l. qui mutuam, §. non ideo mandati, Boerius deciſ. cccxxxvij. in fine.

Pulchrè facit, quod in iure dicitur, actus medius interueniens, qui impedit negotium geri, non impedit ratihabitionem retrotrahi, quę ſubſequitur, vnde ſequitur licet quis deſiſtat à mandato, reuerti tamen per voluntatem principalis poteſt, Barthol. in l. qui decem, §. ſi quis ignorans, de ſolutionibus.

Fortaſſis contra hanc deciſionem facere poſſit, quod dicitur, quod quis reprobauit, amplius approbare non poteſt, l. xxvj. diſpenſatorem, de ſolutionibus. Sed id ego locum habere exiſtimo, quoties per talem reprobationem & renunciationem alteri alicuius interim acquiſitum eſt, tunc enim in eius præiudicium, & in eius iniuriam mutare ſuum conſiliũ & voluntatem nemo poteſt. Nam ſi quis repudiet poſſeſſionem bonorum, ſtatim alteri ius ſucceſſiuè acquiritur, quo caſu repudians & reprobãs pœnitere

non

nõ poteſt in præiudiciũ eius, cui ius quæſitum eſt, l. j. de ſucceſſorio edicto, bona glo. in ca. eccleſia de ele. Sed reuertor vnde digreſſus.

## Electus an reprobari poſsit.

ELectus ſemel approbatus nõ poteſt amplius per eligentes reprobari, niſi ex cauſa noua superueniente, vel emergente, & ad notitiã peruenientc, tũc enim reprobari poteſt, c. inſinuãte, de of. del. c. paſtoralis, de except. l. vt gradatim, §. reprobari, de muneribus & honorib. vbi cõſtituit Caliſtratus remoueri & reprobari poſſe eũ, quẽ ordo ſemel elegerit, & cui honores decreuerit, vide gl. egregiã in c. dilectiſſimi, viij. q. ij. & l. quod ordo, de decretis ab ordi. facien.

Electus epiſcopus, ſi eſt ſuſpectus domino temporali, in cuius diſtrictu habet epiſcopatũ, poterit & debet inſtante illo principe remoueri & caſſari electio, Inn. in c. ſuper his, de accuſatio. But. in c. ꝙ ſicut, e. vbi addit, ſi quis nõ ſit gratus Imperatori, vel Regibus, non cõſequitur dignitatẽ in eorũ dominijs, notauit Cotta in memoralijs, in verb. epiſcopus. Sic quoque electus accuſari poteſt à laicis, gl. magna in c. illud, diſt. xxiij.

## Vitioſæ electiones.

*Præmatura electio.*

ELectio præmatura, puta altero aliquo adhuc viuente, fieri nequit, & ſi fiat, nulla eſt. Electio enim facienda eſt, cũ vacat, & non antè, vide ſup. in prologo Mandagoti, idẽ eſt in collatione, & in præſentatione, de quibus vide elegantem tractatũ D. Rebuffi, de reprobata viuentis beneficij imperatione, vbi titulũ explicat de conceſ. præ. & eccle. nõ vacãtis.

*Ante ſepulturam.*

Electio fieri non debet ante ſepulturam defuncti prædeceſſoris, tex. in capitu. ij. bonæ memoriæ, de electionibus, vbi tamen tenet glo. quòd ob id non ſit nulla electio, ſi fiat contrà, ſed valeret nihilominus electio, de qua dixi ſuprà.

*Per impreſſionem.*

Electio per impreſſionem facta, nulla eſt. Sicut enim in matrimonio carnali libertas plena & non coacta

acta eſſe debet, ita quoq; eadem libertas requiritur in matrimonio ſpirituali, vel cõiungendo, vel diſſoluendo, puta tam in electione, quàm in reſignatione, Ro.dec. v. in nouis, nu.j.de renunc. Tollitur itaq; libertas, ſi eligentes compelluntur vnũ eligere, & ipſo iure nulla eſt electio. Poteſt tamen reſtrictio fieri, vt de genere certo perſonarum fiat electio, quo caſu valebit, Abb.in c.licet de vitanda, de electio. Abb.in ca. cùm terra, e. Latius tractat Hieronymus de Ferrarijs in compendio Panormitani, in verbo electio.

Electio facta per ſymoniacã prauitatẽ, ipſo iure nulla eſt, ſicuti etiam collatio, vel reſignatio, vel renunciatio, vt latè traditur per Aufreriũ in dec.ccccxxxix. Capellæ Toloſanæ. Conſiſtit autem ſymonia nõ modò in pecuniæ datione, ſed etiam, ſi quis per amicorum patrocinia & ſuffragia: item, ſi per preces eligatur, de quibus vide glo.in c.quod autem, viij.quæſt.ij. & in capitul.ſequen. Item glo.in c.tuam, de ætate & qualita.ordinandorum, &c. Si tamen per preces perſona digna promoueatur & eligatur, ſymonia non eſt, cap. veniam.xxxv.q. ix.in verbo deprecamini.

*Symoniaca per pecuniam vel preces.*

Electio indigni nulla eſt, & puniuntur electores ſaltẽ pro ea vice, ne eligere poſſint, & deuoluitur ius eligendi ad ſuperiorem. Natta conſil. ccxxxxiiij. latè in fine, quod verum eſt, ſi ſcienter indignum eligant, tunc etiã priuãtur ſuo iure, non ſi per negligentiam, vel ignorantiã homicidam, vel illegitimum eligant, quo caſu non deuoluitur ad ſuperiorem: negligentia etiam talis non punitur, ſed culpa, Rota deciſi. v.de iure patronatus, num.ij.c.xxv.cùm Vintonienſis per c.innotuit, eo.tit. Guido Papa deci.cclxxiiij.nu. vij. Ioan.Andreas de conceſſione præbendarum, in capitulo cum noſtris, vt notat Milis in repertorio ſuo.

*Indignus ſcienter electus.*

An verò ipſo iure priuentur, tradit Dynus in reg. non præſtat impedi.

Indignũ eligẽtes nõ ſunt ad electionẽ indigni, neq; ea ita priuati, quin valeat eorũ electio, ſi tantũ ad eã admit-

*Indignum eligens.*

admittantur per alios, vt notat gloſa in d. capi. cùm Vintonienſis, in verbo admiſerunt, eo. ti.

Ille, qui doctior eſt & ſanctior, eligendus eſt, viij. quęſtio. j. Conueniens tamen literatura toleratur gl. in d. capitu. conſtitutis, de appell. per c. cùm nobis o- lim, de electionibus. Defectus autem ſcientiæ reddit electionem nullam, probato defectu, veluti ſi peritus & literatus creditus ſit, qui pòſt illiteratus & imperi- tus ſit, gl. in c. veniam, xxxv. quæſt. ix. cap. fin. de æta. & qualitate, c. ſi fortè, de elect. in vj.

*Defectus ſcientiæ.*

An autem vitium illiteraturæ ſit diſpenſabile per Papam, vide Felynum in c. ſi quando, de reſcriptis.

Electio conditiònalis non valet, glo. in capi. cùm terra, xiiij. hoc titu. notatur in capi. ij. de elect. lib. vj. Dyn. in reg. cano, actus legitimi.

Electionis locus eſt eccleſia, vel capitulum, vel ali- bi, dummodo locus ſit honeſtus, Abb. in dicto capit. cùm terra, Ro. deciſ. iij. de elect. nu. ij. & non ſit clan- deſtinus. Nam electiones, quæ fiunt in cameris in oc- cultis conuenticulis, reprobantur lxxix. diſtin. ca. ij. atque ita epiſcoporum electiones fiunt palam in ec- cleſijs, ca. quod ſicut, eo. titu.

Electio per ſortes fieri non poteſt. Sors enim po- teſt cadere in indignum, Abb. in capitulo eccleſ. de ſortilegijs.

Electio in dubio præſumitur legitimè facta, quan- do conſtat de confirmatione ſecuta, deciſ. iij. de con- ceſ. præb. in nouis Rota.

Electio nulliter & perperam facta, iterum repeti poteſt, vt canonicè fiat, cap. bonæ, in fin. c. congrega tio. c. auditis, de electionibus, Felynus in c. in literis, de offi. delegati, Vantius de nullitatibus, ca. quoties, & intra quot tempora num. xxxiiij. vbi multa tradit ſimilia in iure, quæ cùm nulla ſint, de nouo reiteran- tur, vt in teſtibus dicitur glo. in capitu. cùm cauſam, de teſtibus. Adde Abb. in c. cùm terra, hoc titu.

Adde Dynum in regu. iuris. Non præſtat impedi- mentum,

mentum, vbi tradit, quòd eligendi facultas non conſumatur per inutilem electionem, vbi Boerius quoq; nonnulla de electionibus addit ex Mandagoto.

His adde quàm plurima notatu digniſſima apud Tiraquellum in l. bonæ, §. hoc ſermone, vbi de iterandis artibus agit.

Electio inualida an poſſit per ratihabitionem cōualidari, traditur in glo. capit. quod ſicut, de appellatio. & tradidit ſuprà c. lij. & c. xxxiiij. Mandagotus.

Electio à principio nulla, an poſt cōualeſcere poſſit, veluti ſi ſit facta de bannito, qui poſt ſit rebannitus. Decius in reg. iu. quod initio.

In electione præcedere debet tractatus aliquis, qui ſi non præcedat, electio eſt nulla. Sicut etiam in carnali matrimonio, vt in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur aliquis tractatus, glo in cap. In nomine Domini, in verbo tractātes, xxiij. diſtinct. text. in c lij. cùm in ver. de electionibus, in verbo tractatu electionis, intellige tractatum generalem, non ſpecialem, Mandago. cap. lij. j. parte. Itaque tractatus nō diffinitorius, vel deliberatorius, ſed conſultoriꝰ permiſſus eſt, c. ſi tranſitus, lxxvij. diſt. vbi habetur, quòd viuente Papa tractatus haberi poſſit de Ro. Pontific. ſubſtituendo, tex. in c. In nomine Domini, xxiij. diſt. Biaxius c. iij. parte iij.

In electione multa conſiderari oportet, auctoritas, zelus & numerus. Auctoritas conſiſtit & conſideratur in dignitatibus & meritis vitæ. Zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali amore eligant, & ſecundum meritum vitę perſonæ ſunt eligendæ, viij. quęſt. j. ſi ergo. De numero clarum eſt, & ſecundum iſta fieri debet collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, habito reſpectu ad dignitatem capi. in Geneſi hoc titul. De hac collatione vide gloſam in capitulo lvij. eccleſia, in verbo non conſenſerit hoc titul. Et eandem gloſam repetitam in capi. obeuntibus, lxiij. diſt.

Eligi autem debet is, qui magis eſt vtilis & idoneus eccleſiæ, item, qui doctior eſt & ſanctior, cap. xxxxvj. conſtitutis, de appel. & ibidem glo.

Eligi etiam debet is, qui magis exercitatus eſt, & aliquamdiu militauit in eccleſia: vel etiam is, qui in maiore ordine eſt conſtitutus, glo. in capi. miramur, lxj. diſtinct.

Eligi nõ debet is, qui nõ eſt de gremio eccleſiæ, vbi electio fit, textus & gloſa in capitu. nullus, lxj. diſtinc. Si tamen maior pars aliquem eligat extra gremium, valere poteſt electio, de quo vide gloſam in verbo alium, in capi. xxj. cùm inter hoc tit. Et alia eſt contraria glo. in capitu. Florentinum, diſtinct. lxxxv. in verbo ſingulorum.

Quatuor ſpectanda.

Quatuor autem potiſſimùm ſpectari debent in electo ad eccleſiaſtica miniſteria. Literarum ſcientia, ætatis maturitas, grauitas morum, & quod ſit ex legitimo matrimonio natus. De ſcientia non dubitatur, quin repellatur, qui indoctus & imperitus reperitur, capitu. final. de ætate & qualitate ordi. vbi legitur de eo, qui nunquam audiuit Grammaticam. Grauitas etiam morum requiritur, ob id, quòd incõpoſitio corporis inæqualitatẽ iudicet mentis, de his textus eſt & glo. in cap. vij. cùm in cunctis, de electio.

Quatenus auem legitimentur non legitimè nati, eleganter Rebuffus in ſua praxi, titu. de diſpenſatione, ſuper defectu natalium. Eadem hæc requiri in electo epiſcopo tradit gl. in d. c. final. de æta. & qualita.

In electione ſi contingat concurrere, & æqualia eſſe, zelum, numerum, auctoritatem & meritum perſonæ, in duobus electis, tunc Metropolitanus gratificari poteſt cui velit, vel præfertur is, qui prius ordinatus eſt, vel præfertur ſenior, vel prior nominatus, vel qui diutius militauit, vel iudex ad concordiam compellit, vel vtriuſque caſſatur electio, & de nouo eligitur, vel ſorte res dirimitur, de quibus vide glo. in c. obeuntibus, de æta. & quali. ordinandorum.

Quid

Quid ſi duo eligantur, quorum alter ſemper fuerit bonus, alter verò aliquando malus vixerit, nunc verò ſit emendatus, quis horum præferri debeat: alij exiſtimant præferendum eſſe eum, qui ſemper fuerit bonus archidiaconus, in cap. nos conſuetudinem xij. diſtinctio. Alij putant præferendum eſſe, qui nũc ex malo ſit effectus bonus & emendatus, glo. in capitulo. fidelior, l. diſtinctio. per illum textum. Eſt adhuc alia gloſa, quæ idem tenet, nimirum in dicto capitu. obeuntibus, mox in fine lxiij. diſtinct. Idem probare videtur Iaſon in rubric. de iuſtitia & iure numer. vij. vbi contendit emẽdatum præferri debere ſemper bono, vide tamen de hac quæſtione latius Romanum ſingu. dccxxxij. & Felynum in c. eam te, §. infidelitas, de reſcriptis, vbi plures allegat. *Concurſus boni & emendati hominis.*

Pluribus electionibus concurrentibus, quæ prior ſit & potior, traditur in glo. capitu. audit. hoc. titu.

## FORMA ET MODVS ELIGENDI NOVVM PRAELATVM EX proceſſu D. Henningi Goeden.

1 *In negotio electionis noui Prælati, quando electores iurare debeant.*

2 *Proceſſus in electione, quæ fit per viam ſcrutinij.*

3 *Electionis publicatio quomodo & quãdo per Scrutatores fieri debeat.*

4 *Forma iuramenti ante electionem præſtandi.*

5 *De modis eligendi per viam ſcrutinij, compromiſſi, ſeu per inſpirationem remißiuè.*

6 *Electo, quando electio intimari debeat.*

7 *Electus intra menſem cõſentiat, aliàs priuatus eſt iure quæſito.*

*Electus poſt conſenſum, intra tres menſes confirmationem petat, aliàs electio viribus vacuetur,*

DEfuncto Prælato ſcilicet Epiſcopo, vel Abbate, cuius dignitas eſt electiua, pro nouo Prælato eligendo ita procedendum eſt. Corpore enim defuncti Prælati ſepulturæ tradito, pro nouo in illius locum eligendo Prælato, primò congregetur Capitulum in loco capitulari ſolito, & deputetur capitulariter coram Notario & teſtibus Curſor iuratus ad citandum & vocandum, citandos & vocãdos in huiuſmodi negotio nouæ electionis. Quo deputato, & poſtquam Curſor iurauerit, quòd velit fideliter citare, & citationes executas referre, citet Curſor primùm de mandato Præſidẽtis & Capituli, omnes & ſingulos, quorum intereſt, intererit, vel quandolibet, intereſſe poterit, per affixionem Cedulæ in valuis Eccleſiæ, in qua Prælatus eligendus eſt, ad cõparendum certa die & hora in Capitulo, ad deputandum & ſtatuendum, deputarique & ſtatui videndum & audiendum, diem, horam, & locum pro electione noui Prælati. Quibus, ſcilicet die, hora, & loco in Capitulo ſtatutis & deputatis.

Citentur ſecundò per affixionem ad valuas eiuſdẽ Eccleſiæ, omnes & ſinguli abſentes, qui de iure ſtatuto, vel conſuetudine electioni debent intereſſe. Præſentes autem, & qui haberi poſſunt, in propria perſona citandi ſunt. Tertiò, aduenient̃ibus die & hora deputatis, & primò Miſſa de Sancto Spiritu decantata, & poſteà omnibus in Capitulo congregatis, vnà cũ Notario & teſtibus, Curſor faciat relationem, dicendo in effectu ſic:

Domini mei, de mandato Præſidentis, & veſtro mihi facto, refero me citaſſe præſentes, & quorũ copiam habere potui in proprijs perſonis. Abſentes verò per affixionem huiuſmodi cedulę in valuis huius Eccleſiæ, & deinde Curſor cedulam exhibeat. Quo

facto

facto Præſidens in Capitulo, & de communi cõſenſu aliorum, moneat & requirat excommunicatos, ſuſpenſos, & inhabiles, vt exeant Capitulum, cum proteſtatione, quòd cum illis & talibus inhabilibus in electionis negotio procedere, ſeu voces eorum computare non velint, neq; intendant. Quo facto, hi qui 1.
electioni intereſſe debent, iurent in manus Præſidentis, & ſimiliter Præſidens in manus aliorum, præſertim tribus eorum poſt ſe, & ſi qui ſunt infirmi, pro illis iurent procuratores eorum, ſecundum formam iuramenti, quæ infrà ſequetur.

Poſteà debent Electores & Capitulares concordare, an velint eligere per viam ſcrutinij, vel compromiſſi, & de his omnibus, ac modo eligendi, Electores requirant Notarium & teſtes. Deinde eligantur tres Scrutatores, ſi ſaltem elegerunt per ſcrutinium ele- 2.
ctionem fieri, quibus detur poteſtas, vt in præſentia Notarij, ſeu Notariorum & teſtium, omnium & ſingulorum vota audiant & ſcrutentur, & requirant, quem velint eligere, necnon vota huiuſmodi in ſcriptis redigant, ſeu per Notarium redigi faciant, & demùm in communi publicent. Poſteà ſcrutatoribus ſic electis, maneant ijdem Scrutatores cum Notario, ſeu Notarijs & teſtibus in Capitulo, & primus Scrutator det votum ſuum alijs duobus Scrutatoribus, deinde ſecundus, & demùm tertius alijs duobus ſemper præmiſſo iuramento, de quo ſequitur. Poſt hæc audiant omnium & ſingulorum vota, qui electioni debent intereſſe, ſecundum ordinem eorum, ſcilicet vnum poſt alium, Et tãdem vocibus omnium ſic col- 3.
lectis, dicat primus Scrutator nomine ſuo & aliorũ Scrutatorum, ad Capitulares an placeat electionem publicare, & vt electum pronuncient. Dicent tunc, placet.

Quo facto publicetur Electus in hunc effectum, Ego N. nominibus meo & omnium mihi in his conſentientium, inuocata gratia Spiritus ſancti, & glo-

rioſiſſimæ virginis Mariæ, ſanctorum, & B. C. huius eccleſiæ Patronorum, venerabilem virum & dominum N. N. ætatis legitimæ, in moribus grauem, ſacriſque ordinibus conſtitutum, literis competenter imbutum, de legitimo matrimonio procreatum, in ſpiritualibus & temporalibus prouidum, aliasq; idoneum, ſecundum Canonicas ſanctiones, in quem collatione facta, maior & ſanctior pars totius Capituli noſtri conſenſit, in noſtrum ac dictæ noſtræ Eccleſiæ Epiſcopum, ſeu Abbatem, vel Prępoſitum eligo, electumque pronuncio, & in communi coram vobis publico, in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Poſteà Capitulum & omnes Electores huiuſmodi Electionem publicatam ratam & gratam habeant, Electumque, intimata ſibi prius electione de ſe facta, rogent & requirant Capitulariter, vt huiuſmodi ſuæ electioni conſentiat, ac requieſcat. Quo facto Electus Electoribus referat gratias de inclinatione eorum in ſuam perſonam, & ſuper electione de ſe facta, inducias deliberatorias petat. Tandem deliberatus dicat, quòd non dubitet de idoneitate eligentium, qui eum elegerunt ex inſpiratione & inductione Spiritus ſancti. Nolens ergo reſiſtere Spiritui ſancto, ſed electioni de ſe factæ acquieſcere & conſentire. Quo facto pulſatis campanis ducitur ad altare cantando in laudem Dei & Patronorum, Te Deum laudamus, & cætera.

Et ſuper præmiſſis omnibus Electus requirat Notarium & teſtes, vt ſibi deſuper, & toto proceſſu factæ electionis Inſtrumentum conficiat, & in illo, ſeu illis totam ſeriem rei geſtę in huiuſmodi electione deſcribat, quod quidem Inſtrumentum appellatur Decretum electionis. Poſteà electus ſe præſentet, vel Procuratores ſuos præſentari faciat ſuperiori, qui electionem ſuam confirmet, de quo infrà di.

4. Forma autem iuramenti ante electionem præſtandi hæc

di hæc eſt, Iuro Deo omnipotenti, beatæ Mariȩ virgini, ſanctis N.N. Patronis noſtræ eccleſiæ, quòd illum eligam in eccleſiæ noſtræ Prælatum, ſeu Abbatem, quem credo in temporalibus & ſpiritualibus vtiliorem, nec illi vocem dabo, quem ſciuero veriſimiliter pro ſua electione muneribus pulſare & inſtare, ſeu pulſaſſe & inſtaſſe, ſic me Deus adiuuet. Aliæ autem Eccleſiæ, alia diuerſa capitula iuramenti habent, quæ ſi ſint licita, ſimiliter ſunt obſeruanda, p ex text. & gloſas in capitu. illa, & cap. illud, diſtinct. xij. Supra- 5.
dictas formas eligendi & publicandi electionem per viam ſcrutinij, vide ple. Specula. in titulo de electio. §. j. vbi eſt forma eligendi, publicationis & decreti per tot. De forma autem eligendi per viam compromiſſi, vide Specula. eodem titul. §. ſuperius per tot. Et de forma per inſpirationem vide eundem Specula. eod. titu. §. finali. Aduertendum tamen eſt circa electio- 6.
nes Prȩlatorum, quòd electione facta & publicata debeat prȩſentari & intimari electo, quàm citò commodè hoc fieri poſſit, eſt enim hoc tempus præſentandi poſitum in arbitrio boni viri, iuxta perſonarum qualitatem, & locorum diſtantiam. Et ele- 7.
ctione ſibi præſentata, debet electus infra menſem conſentire, aliàs priuatus eſt iure electionis. Et poſt- 8.
quam conſenſit in electionem de ſe factam, tunc debet infra tres menſes poſt conſenſum, confirmationem petere, alioquin electio ſua erit inana. Hæc omnia, & quomodo computatio horum trium menſium debeat fieri, probatur per textum & gloſam in capitulo quàm ſit, de electio. libr. vj. in capitulo Cupientes, in glo. j. eodem libro & titul. & vide gloſam ſummantem omnia tempora circa electionem noui Prælati requiſita, in gloſa finali, in capitu. ſi electio, de elect. in vj. & Ioan. And. in Nouel. in capitul. quia propter, de elect.

# ELENCHI, SIVE ARGVMENTA SVMMARIA OMNIVM CAPITVLORVM, in tit. de electione, & electi poteſtate, extra quorum ſunt lx. commoditatis & breuitatis cauſa huc adiecta.

CAP. I.

Nullus in collegiata eccleſia, niſi per canonicam electionem in prælatum aſſumitur.

*Cap. 2. Oſius.*

Electus per & ad clamorem populi non debet per ſuperiorem confirmari: vel populi clamor non habetur pro electione.

*Cap. 3. Poſtquam.*

Ceſſante impedimento, electio eſt confirmanda, & ſuperior inquirit de moribus electi ante confirmationem.

*Cap. 4. Significaſti.*

Sine iuramento fidelitatis nemini concedendum eſt pallium: vel, Niſi prius præſtet obedientiæ iuramentum, Pontifex non dat pallium.

*Cap. 5. Quia diligentia.*

Sciſmaticus ſine diſpenſatione non confirmatur, nec conſecratur, licet redierit ad vnionem eccleſię.

*Cap. 6. Licet de vitanda.*

Electio Domini Papæ non valet, niſi à duabus partibus Cardinalium fuerit celebrata.

*Cap. 7. Cùm in cunctis.*

Qui eligitur, iuſtam debet habere ætatem, bonos mores, ſcientiam, & ex legitimo thoro natus erit. Et eligentes ſcienter indignum priuantur eligendi munere & facultate.

Cap.

*Cap.8.Cauſam quæ.*

Qui per alium aliquem eligit electum, ſi idoneus ſit, non poteſt recuſare. Vel qui compromittit in aliquem, vt aliquis eligatur, is tenetur eum recipere, qui per compromiſſarium electus eſt.

*Cap.9. Noſti quomodo.*

Electus ante confirmationem adminiſtrare vel beneficia conferre nequit.

*Cap.10. Conſiderauimus.*

Vbi fiũt duę electiones ex interuallo, quarũ prima eſt nulla propter aliquod impedimentum, tunc ſecunda quoque non valet, ſi prima non fuit præſens caſſata.

*Cap.11. Suffraganeis.*

Ad mandatum Archiepiſcopi, qui nondum recepit pallium, poteſt electus in Epiſcopum conſecrari. Vel ita. Metropolitanus cõfirmatus licet nondum receperit pallium, poteſt ſuum Suffraganeum conſecrari facere.

*Cap.12. Super eo.*

Peccatum in perſona & non in forma promotionem impedit. Vel iterum eligi poteſt, qui vitio electionis reiectus eſt, ſecus ſi vitio perſonæ factũ ſit.

*Cap.13. Cum monaſterium.*

Regularis vnius ordinis poteſt in Abbatem alterius ordinis promoueri vel aſſumi. Vel ita. Qui non eſt profeſſus, poſtulari poteſt in Abbatem ex bona aliqua & releuanti cauſſa.

*Cap.14. Cum terra, quæ.*

Electio debet eſſe liberrima in voluntate eligentium, & non dependere ex aliorum conſenſu. Veluti patroni, ſuper quo ne conſuetudo quidem valeret.

*Cap.15. Tranſmiſſa.*

Per confirmationem electionis non transfertur poteſtas exercendi ea, quæ ſunt ordinis. Illa enim

transferuntur per conſecrationem. Vel ita.Electus confirmatus poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non ea,quæ ſunt ordinis.

*Cap.16.Cùm inter R.ſeniorem.*

Qui renunciat electioni de ſe factę,non poteſt per appellationem alterius impedire electionem. Et electio,quæ à ſuſpenſis facta eſt, non tenet.

*Cap.17.Qualiter poſt obitum.*

Electus ſi non habet ſufficientem ſcientiã,vel tantum ante confirmationem adminiſtrat,eius electio caſſanda eſt.

*Cap.18. Cùm inter vniuerſas.*

Si vocantur ad electionem, qui aliàs vocari non debuerunt, valet electio ijs non expectatis.

*Cap.19. Cùm nobis.*

Penes vocantes,quibus competit ius vocandi, remanet ius eligendi, ſi vocati venire recuſant, & negligunt. Spectat quoque ad confirmatorem examinare mores & ſcientiam, itemque ætatem, quam ſi non habuerit iuſtam & decentem, electio irritari debet.

*Cap.20. Innotuit.*

Electio illegitimi nulla eſt ipſo iure. Et licet eligi non poſſit,poſtulari tamen talis poteſt.

*Cap.21.Cùm inter canonicos.*

Electus à maiori parte licet ſit extra gremium, non poteſt talis refutari, ſi aliàs ſit idoneus.

*Cap.22.Dudum ad audientiam.*

Vbi in electione pro vno facit numerus, pro alio auctoritas, ibi ſtatur numero, ſi nullum ſit impedimentum canonicum, quod ſi fuerit, tunc minori parti ſtatur. Vel ita. Electus à maiori & ſaniori parte capituli, ſi eſt & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur. Sin verò fuerit indignus ætate vel

ſcien-

ſcientia, tunc alter à minori parte electus confirmatur.

*Cap.23.Bonæ memoriæ.*

Qui per impreſſionem laicorum aliquem poſtulant, ipſo iure amittunt poſtulandi vel ordinandi poteſtatem in eccleſia. Vel ita, Recipientes poſtulatū ad adminiſtrationem ante ſuperioris admiſſionem vel confirmationem, priuantur eligendi poteſtate.

*Cap.24. Querelam.*

Licet electus non probet eligentem fuiſſe in proprietate iuris eligendi, ſi tamen fuerit in quaſi poſſeſſione, ſufficit electo ad obtinendum. Sufficit præſentato probare, quod pręſentās fuerit in quaſi præſentandi poſſeſſione.

*Cap.25.Cùm Vintonienſis.*

Eligentes ſcienter indignum priuantur poteſtate eligendi, quo ad ſe alios coeligentes, à quibus ſi admittantur, rurſus eligere poſſunt & ita ſemel admiſſi, repelli nequeunt.

*Cap.26.Per inquiſitionem.*

Qui eligit Epiſcopum ſcienter indignum, ad trienniū ſuſpenſus eſt à beneficijs, nec rurſus admitti poteſt interim. Et qui eligit ſimoniacè, indignus eſt omnibus beneficijs.

*Cap.27.*

Clericus ſecularis prætextu alicuius conſuetudinis nō poteſt præfici eccleſię regulari. Vel ſi eligatur quis ad eccleſiam regularē, & non ſit profeſſus cam regulam, electio caſſatur & irritatur.

*Cap.28.Quod ſicut.*

Nominatio ſimplex non tribuit alicui ius, & appellatio eius, cuius nō intereſt, non impedit electionem. Et ſi vocandus ad electionem contemnitur, eo proſequēte contemptum caſſatur electio, ex poſt facto tamen conſentire poteſt electioni factæ.

Cap.

## *Cap. 29. Auditis & intellectis.*

Cùm duę fuerint electiones, quarum prima nulla eſt propter impedimentum occultum, ambæ caſſantur. Concordat, cap. conſiderauimus ſup. vel etiam ſic: Electio per minorē partem facta non tenet, nec ratificari poteſt per ſubſequentem conſenſum, Panor.

## *Cap. 30. In cauſis.*

Poteſtas data aliquibus compromiſſarijs ad eligendum prælatum, reuocari non poteſt re non integra, & res integra eſſe deſinit, poſtquā compromiſſarij cœperint tractare.

## *Cap. 31. Cum eccleſia Vulterana.*

Canonicorum creatio poteſt de conſuetudine ad ſolos canonicos pertinere. Puta ad ſolū capitulum.

## *Cap. 32. Cùm dilectus filius.*

Electus ab illis, quibus poteſtas eſt data, non poteſt ſine rationabili cauſa reprobari. Electus à compromiſſario, ſi dignus ſit, & obſeruata fuerit compromiſſi forma, repudiari non poteſt.

## *Cap. 33. Cùm in iure.*

Si conferatur eligendi poteſtas in ſeptem canonicos & tres ex ijs elegerint quartum ex ſe, tres verò alij elegerint aliū aliquē de gremio capituli, tunc is quartus ex ſeptem electus recipi debet, quatenus cōſentire velit, vt nihil obſtet canonicum. Vnde rectè dici poteſt. Cùm aliquibus datur eligendi poteſtas tenet, quòd fit à maiore parte.

## *Cap. 34. Venerabilem.*

Electus in imperatorem à maiori parte eorum, ad quos pertinet electio, ſi fuerit idoneus, per Papā cōfirmabitur, vel vt vult Calde. approbabitur. Aliàs ſic & pinguius. Electio Imperatoris ſpectat ad Principes Germanos tres prælatos & quatuor laicos, & electio facta per maiorem cæteris non contemptis non tenet: ad Papam verò ſpectat electum examinare, approbare

probare, & iniungere, conſecrare, coronare, ſi dignus eſt: vel reijcere, ſi indignus.

*Cap.35. Coram dilecto.*

Valet electio, quę fit à maiori parte, illis tamen vocatis, qui ſunt in prouincia. Abſentes ad electionem vocātur ſi ſint in prouincia, & maioris partis electio confirmatur.

*Cap.36. Bonæ memoriæ.*

Si maior pars in eligendo contemnit minorem, debet talis electio irritari: vel ſic & melius, Si maior pars contemnit in eligendo vnum, electio irritabitur, non tamen ius eligendi ad vnum deuoluitur, et ſi vnus non caſſata prima electione eligatur, electio caſſatur.

*Cap.37. Ad noſtram.*

Clericus ſecularis in prælatum non eligitur regularem. Qui non eſt monachus, in regularem prælatum non eligitur.

*Cap.38. Officij tui & infra.*

Nuncius non poteſt eligi in prælatum. vel, In Abbatem eligi non poteſt, qui non eſt inſtructus in regula monachali.

*Cap. 39. Illa quotidiana inſtantia.*

Valet electio, licet aliqui minori excommunicatione excommunicati interſint. Electio aliàs canonica infirmatur, licet quidam ex eligētibus ſint minori excommunicatione notati.

*Cap. 40. Scriptum eſt.*

A duabus partibus facta poſtulatio, eſt electioni tertiæ partis pręferēda: Vel, ſi poſtulatio cum electione concurrit, & numerus poſtulantium eſt duplo maior, itemq; is, qui poſtulatus eſt, idoneus eſt, iam admittitur poſtulatio electiōe reiecta, ſi verò indignus ſit, idque latuerit maiorem poſtulātium partem, iam tam electio, quā poſtulatio reprobatur. Si verò ſciebat &

bat & eſt idoneus, confirmatur electio.

*Cap.41.Ne pro defectu*

Si canonici infra tres menſes impedimēto ceſſante non eligant,ad proximum ſuperiorē, ius deuoluitur eligendi,vide gloſ.huius capituli,quæ in hoc eſt notabilis,quod quis poteſt eligi, qui nō poteſt eligere. Et quanquam quis non poteſt eligi, tamen benè poteſt eligere.Electio infra tres menſes non facta deuoluitur ad ſuperiorē,qui deinde ꝓuidebit eccleſiæ.

*Cap.42.Quia propter diuerſas.*

Statuit concilium formā electionum, ſecundum quas prouideri debet eccleſijs viduatis,caſſet electiones aliter factas & iubet contra facientes tunc eligendi poteſtate priuari. Secundò prohibet in electionis negotio procuratorē conſtitui, niſi certa concurrāt. Tertiò præcipit electionem ſtatim publicari,& reprobat electiones clandeſtinas.Forma eligēdi triplex eſt, nimirū per viam ſcrutinij,cōpromiſſi,& inſpiratiōis.

*Cap.43.Quiſquis electioni.*

Electio de conſenſu laici celebrata eſt irrita,& electus conſentiens,ineligibilis efficitur,& eligētes poſt electionē irritam, triennio à beneficijs & officijs ſuſpendantur,& illa vice,poteſtate eligendi priuentur. Et benè nota hāc decretalem, quia plures hodiernis temporibus in eam committunt.

*Cap.44. Nihil eſt quod.*

Punitur in poteſtate confirmandi & perceptione beneficij,qui confirmat indignum,& tunc commendandus eſt,quando promouet dignum.

*Cap.45.Vt præteritæ & infra.*

Electus Epiſcopus tenetur ad expēſas neceſſarias, quas capitulum pro negotio electionis facit.Expenſę neſſariæ per capitulum factæ in electione redduntur ex bonis prælaturæ.

*Cap.46.Cùm poſt petitam.*

Caſſatus

Caſſatur electio, ſi poſt collationem aliquandiu ſit dilata. Electio poſt collationem ex interuallo celebrata, nō valet. Nota ex gloſſa, quod differtur, non aufertur.

*Cap. 47. Conſtitutis.*

Monachus in Abbatem alterius monaſterij aſſumptus, ad electionem primi monaſterij non vocatur. Monachus electus in Abbatem alterius monaſterij, non habet vocem in primo monaſterio, etiamſi ea vox vel ius ei ſit reſeruatum primi monaſterij. Vnde nota, quòd qui non habet vocem in capitulo, non habet etiam in electione.

*Cap. 48. Eccleſia veſtra.*

Oportet electionem à maiori parte totius capituli celebrari. Electio debet fieri de illo, in quem maior pars conſenſerit.

*Cap. 49. Cùm in magiſtrum.*

Qui non eſt profeſſus, in Abbatem eligi nō debet. Nota textum, qui dicit, quòd in magiſtrum aſſumi non debet, qui formam diſcipuli non aſſumpſit, con cor. ſupra eodem, cap. officij tui, & qui ſub tutela eſſe debet, ſub ſe alium habere non debet.

*Cap. 50. Cumana eccleſia.*

Non valet electio, niſi à maiori parte capituli facta & præmiſſa collatione fuerit celebrata. Vel ſic. Eligenda perſona non debet in eligentium numero computari, imò ea dempta, maior pars debet in eligendo primitus conueniri.

*Cap. 51. Sacroſancta eccleſia.*

Etiam per compoſitionem patronis in collegiata eccleſia non competit ius eligendi. Per compoſitionem factam cum prælato & capitulo, non poteſt laico competere ius eligendi, etiamſi ſit patronus. Nota gloſ. quod laicus de ſpiritualibus nihil diſponere debet, & non poteſt eſſe arbiter in ſpiritualibus.

Cap.

*Cap.52.Cùm in veteri.*

Si fieri debeat electio cum conſilio aliquorum,nõ valet, niſi eorum reſponſum fuerit expectatum.

*Cap.53.Congregatio.*

Ceſſante indignitate electi maioris partis,debet electio confirmari, alioquin minoris partis electio confirmatur.Si maior pars eligit ſcienter indignum, valet electio partis minoris de digno ex eodem ſcrutinio.

*Cap.54. Dudum eccleſia.*

Beneficiorum pluralitas cum cura ineligibilitatem inducit. Nota tex. qui eſt multum ſingularis de pluralitate beneficiorum loquens, habens plura beneficia ſine diſpenſatione, fit ineligibilis.

*Cap.55. In Geneſi legitur.*

Irrita eſt electio à minori parte capituli facta, & ſi forma non fuerit obſeruata, capit. Quia propter, ſupra vt ſi collatio facta fuit, vel non fuit communis.

*Cap.56. Maſſana eccleſia.*

Nulla eſt electio interueniente laico celebrata. Non valet electio Pontificis per laicos & canonicos facta, etiamſi id habeat conſuetudo, nota gloſ.quæ in hoc eſt notabilis, quod conſuetudo contra libertatem eccleſiaſticam dicitur corruptela.

*Cap.57. Eccleſia veſtra.*

In quolibet termino citandus eſt,qui electioni debet intereſſe, & hoc tutius eſt: vel ſic, Non ſufficit ad confirmationem,quòd electio ſit à maiori parte numero celebrata,ſcilicet ſaniori. Nota tex. benè quod non præſumitur, quod Romanus Pontifex vnico verbo velit tollere ſiue euertere, quod multis vigilijs & laboribus eſt inuentum. l. ſi quando, C. de Inoff. teſta.

*Cap.58. Publicatio.*

Publicato ſcrutinio non poſſunt electores variare:cùm

re, cùm ſit facienda collatio & electio celebranda, ad quod per ſuperiorem, ſi neceſſe fuerit, compellantur.

*Cap.59. Si alicuius.*

Epiſcopus non diſpenſat cum ſimoniacè electo, quamuis per intermedias perſonas factum ſit peccatum, etiamſi electus hoc neſciuerit, illa tamen vice duntaxat, ſecus de ſimplici beneficio poſt reſignationem liberam ab eo factam, in quo diſpenſat. Nota ex iſto c. contra iſtam regulam: Res inter alias acta, &c. Item qui vitiū vnius purgatur hic per alium contra illud. Pœna ſuos debet tenere auctores.

*Cap.60. His quibus.*

Tempus ſtatutum à canone ad eligendum currit his, quibus interdicitur, vt ſine licentia ſuperioris non eligant. Ratio eſt in textu, quia in mora fuerunt huiuſmodi licentiam poſtulandi. Ergo tempus currit ei, qui impedimentum tollere poteſt.

# ELENCHI SIVE ARGVMENTA OMNIVM CAPITVLORVM EX titulo de electione in vj. quorum ſunt. 47.

*Cap.1. Statuimus.*

Si aliquid opponatur contra prouiſionem, electionem, ſeu poſtulationem factam ad perſonatum, dignitatem, vel canonicā in perſonam vel formam, & ab hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans & defendens, & quorum intereſt, à die obiectionis infra mēſem arripiat iter eundi ad Papam. Et ſi pars altera expectata per xx. dies poſt aduentum alterius non venit, in negotio procedetur. Et qui non probat, quod in formam opponit, condemnatur alteri

parti in expenſis. Et non probans, quod obijcit in perſonam, eſt à beneficijs triennio ſuſpenſus, & perpetuò priuatus, ſi ſe interim ad iſta immiſcuerit. Et hæ pœnæ locum non habent, niſi legitimè pateat eum calumnioſum fuiſſe.

## *Cap.2.In electionibus.*

Vota conditionalia, alternatiua, & incerta in electionib. reprobantur, & habentur pro non factis. Itemque concidunt in purè eligentes.

## *Cap.3.Vbi periculum.*

Hic ponitur, quomodo fieri debeat Romani Pontificis electio, quando moritur in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat. Item quid iuris, quando moritur extra ciuitatē, in qua erat curia, & dat executores huius iuris cum pœnis. Item obteſtatur Cardinales, vt in electione Roman. Ponti. deponant omnes priuatum affectum, & caſſent omnia pacta & obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo. Item monet omnes fideles, vt ſtatim, audita ſummi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & continuè orent pro vigili, concordi, & vtili prouiſione Romanæ eccleſiæ. Prælati autem in prædicationibus ſuis ipſorum ſubditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationum & obſeruantiam ieiuniorum indicent. H. d. Nota in principio text. quod vbi eſt maius periculum, ibi cautius eſt agendum, ſimile l.j.§.j.ff. de car. edic.

## *Cap.4.Vt circa.*

Appellantes contra electiones, poſtulationes, vel prouiſiones, omnia, quę obijcere intendunt contra perſonam, tenentur exprimere, & iurare, quòd credant illa vera eſſe, & poſſint probare illa. Super non expreſſis illi vel adhærentes non audirentur, niſi de nouo emergat, vel perueniat, vel ſuperueniat probandi facultas, ſuper quo iurare debent, ſtatu-

tum

tum Innocentij, editum contra non probantes, quę obijciunt in perſonam vel formam, in ſuo robore conſeruatur.

*Cap.5. Auaritiæ.*

Electus ante confirmationem adminiſtrare non debet per ſe, vel per alium, in toto, vel in parte, ſub quocunque colore: qui contrà fecerint, ipſo iure priuati ſunt iure ex electione quæſito.

*Cap.6. Quam ſit*

Eligentes, quàm citò commodè poſſunt, electionem præſentent electo. Electus infra menſem conſentiet, aliàs priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet. Poſt conſenſum confirmationem petat infra tres menſes, aliàs electio viribus vacatur.

*Cap.7. Perpetuo ſanctiones.*

Si non ſequitur electio, non eſt quis ex conſenſu ex ſcrutinio ſcienter habito indignum nominando eligendi poteſtate priuatus.

*Cap.8. Nulli licere.*

Eligens vel electioni conſentiens, contra electum, niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei pandita, ſe nequit opponere.

*Cap.9. Si quando.*

Contra electum à duplo maiori parte, vel contra electores ipſius nihil à reliqua parte poteſt opponi, quod votum extenuet, ſed id benè opponitur, quod votum annulet.

*Cap.10. Quamuis.*

Appellatio iudicialis vel extraiudicialis deuoluit cauſam electionis Epiſcoporum & ſuperiorum ad Papam, ſi in ſcriptis & ex certa cauſa, probabili fuerit interiecta, aliàs non, & ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere, priuſquã Papæ fuerit repræſentata. Et an in receſſu interuenerit prauitas, inferiores

 iudices

iudices ante omnia habent inquirere, quàm ſi rep-pererint, de cauſſa non cognoſcent, ſed ſtatuent partibus terminum, in quo cũ actis & munimentis apo. conſpectui ſe repræſent.

*Cap.11. Si fortè.*

Si inter reliqua, quæ obijciuntur promouendo ad dignitatem, obijcitur euidens defectus ſcientiæ vel perſonæ, id ante omnia examinari debet, & ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotij repellitur, & punietur perinde, ac ſi defeciſſet in probatione abiectorum.

*Cap.12. Sciant cuncti.*

Qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, ſeu eccleſias pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipſo facto excommunicatus eſt.

*Cap.13. Generali.*

Punit vſurpantes ſibi de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarum. Item punit clericos & monachos hoc fieri procurantes. Item punit, qualiter debeant ſe habere habentes tales cuſtodias ab antiquo.

*Cap.14. Licet canon.*

Parrochialis eccleſia nemini conferatur, qui nõ ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate. Et ſi conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio. Ille autem, cui talis collata fuerit eccleſia, tenetur perſonaliter reſidere, & infra annum ſacerdos fieri. Si autem promotus nõ fuerit elapſo anno, priuatus eſt ipſo iure, ſuper reſidentia autem prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare.

*Cap.15. Nemo deinceps.*

Parrochialis eccleſia commendetur, niſi conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio, & tali non niſi vna, & illa tunc demum, cùm neceſſitas & vtilitas exigit; talis autem commendatio vltra ſex menſes

non

non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, eſt irritum ipſo iure.

*Cap.16.Cupientes.*

Tria tempora ſtatuerat Gregorius Decimus circa expeditionem eccleſiarum vtilia, vt ſupra eodem, Quam ſit. Primum de electionibus præſentandis electis. Secundum de exhibendo conſenſu. Tertium de confirmatione petenda. Primum conſeruat hic Papa Nicolaus, cum certi temporis adiunctione, ſtatuens, quòd ſi infra octo dies, ex quo commodè potuerint, eligentes electiones electis diſtulerint præſentare, qui culpabiles in hac fuerint à proſecutione electionis, in totum excluſi ſunt à beneficijs, quæ obtinent in ipſa eccleſia, per trienníum ſuſpenſi, atque ſi infra illud tempus ſe temerè miſcuerit, perpetuo ſint priuati. Secundum præciſè confirmat, vt iacet. Tertium mutat circa confirmationes eccleſiarum cathedralium, vel regulariũ, quę ex immediata ſubiectione, vel appellationis reuelatione debent peti à Papa, & ſtatuit quod prædicti electi poſt conſenſum, vel poſt habitam de electione notitiam, ſi ipſam debito tempore non contingeret præſentari, infra menſem iter arripiant eundi ad ſe apoſto. pro confirmatione petenda & cauſa proſequenda cum omnibus actis & munimentis.

*Cap.17.Fundamenta.*

Dicit Nicolaus, & probat authoritate Pſalmiſtæ noſtram militantem eccleſiam fundatam eſſe ſuper Apoſtolos & prædicatores, quorum fundamentum & ſolidatio eſt in Chriſto Ieſu. Horum autem præcipuus fuit Beatus Petrus, cui ſuperna prouiſio Beatum Paulum adiunxit, qui duo ſub vno proſecutore eodem die & loco ciuitatem Romanam ſui glorioſi cruoris martyrio Domino cõſecrarunt. Itẽ ſecundò dicit ipſam eccleſiã diuino miraculo temporalibus adiutam auxilijs, dum ſcilicet Conſtantinus Impe-

rator ipſi eccleſiæ in perſona ſancti Siluestri ſecunda die ſui baptiſmatis donauit ciuitatem Romanam, vbi collocata Petri ſedes gauderet plenaria libertate.

### *Cap.18. Quanquam in caſu.*

Canonicis cathedralis eccleſiæ, ipſo iure vel per ſententiam, præterquam in caſu negligentiæ eligenda poteſtate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi. In inferioribus eccleſijs ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. De hac deuolutione ad longum tractat gloſſ. in verbo deuoluetur hic.

### *Cap.19.*

Conſtitutioni. Vt circa, ſup. non ſatisfecit is, qui appellans diſiunctiuè iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberent ex eis.

### *Cap.20. Qui contra.*

Qui contra certam perſonam, ne eligatur, appellat, conſtitutionem, Vt circa, ſeruare tenetur.

### *Cap.21. Sicut cùm per.*

Si compromiſſum eſt in plures, vt eligant, per vnum eſt facienda electionis pronunciatio, aliter electio facta non tenet. Ortum autem habuit hæc decretalis, per illa, quæ notant Innocentius, Hoſtien. & Compoſtellanus, ſupra eodem, in cap. quia propter, & in Geneſi.

### *Cap.22. Statutum.*

Decretalis ſupra eod. Licet canon, in collegiatis parrochialibus eccleſijs & aſſumptis ad earum regimen locum non habet. Et nota quòd decre. cum in cunctis, ponebat de dignitatibus & beneficijs curatis & parrochialibus eccleſijs, ſed decre. Licet canon ſolum de parrochialibus, non debuit ergo, nec debet ad dignitates extendi, per rationem textus, quam nota. quia pœnalia reſtringi potiùs, quàm ampliari conuenit.

Cap.

### *Cap. 23. Si eum.*

Si compromiſſarius ſecundum traditam ſibi metam ſcrutatis & in ſcriptis redactis voluntatibus ſingulorum, illum eligat, in quem non maior pars capituli, ſed plures aliorum comparatione conſenſerūt, non tenet electio, cùm præter formas concilij ſit celebrata, concor. ſuprà eod. capitulo, eccleſia veſtra.

### *Cap. 24. Quorundam.*

Ex vocatione quocunque modo in diſcordia facta de religioſo mendicante ad prælaturam, ex adminiſtratione ſui ordinis non acquiritur illius, nec conſentire poteſt etiam de prælati licentia. Idem de vocatione facta à minori parte vel numero ad quālibet prælationem de religioſo non mendicante. Et ſecùs factum irritum decernit.

### *Cap. 25. Vt quis duas.*

Non poteſt electus duas electiones proſequi petendo confirmationem ex illis, etiam ſi proteſtetur ſe contentum altera, per quam conſequi poſſet ſuæ intentionis effectum. Nota gloſam de electionib. actionum.

### *Cap. 26. Si electio.*

Si electus non conſentit, vel poſt conſenſum renunciet, vel moriatur, vel propter occultum ſui vitium electio caſſatur, eligentes ad eligendum extunc integrum tempus habebūt, niſi circa id egerint fraudulenter.

### *Cap. 27. Si religioſus.*

Si non obtenta licentia religioſus conſentit electioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, non valet conſenſus, & irrita eſt electio. Secundò dicitur, ꝙ ſolus ſuperior ſine capitulo dare poteſt conſentiendi licentiam & tranſeundi.

### *Cap. 28. Nullus.*

Monachus in abbatem eligi non poteſt, niſi ſit ex-

preſsè profeſſus, ad dignitatem, aut epiſcopalem in ſeculari & regulari eccleſia talis eligi poterit.

*Cap. 29. Cùm expediat.*

Forma electionis ſuperiùs tradita per decret. cùm dilectus, non eſt ſublata per ſequens concilium, quia propter.

*Cap. 30. Cùm non deceat.*

Accedens ad ſedem Apo. pro inſtruendo negotio electionis, per decret. Cupientes, eundo hac de cauſa, ſtando & redeundo integre præter quotidianas diſtributiones, percipit fructus beneficiorũ, quos percipere poſſet in ipſa eccleſia reſidẽdo. Rationem reddit textus: quia officium ſuum nulli debet eſſe damnoſum.

*Cap. 31. Ab eo.*

Qui opponit euidentem effectum ſciẽtiæ vel perſonæ contra promouẽdum ad aliquam dignitatem, pœnitere non poteſt.

*Cap. 32. Ex eo quod.*

Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de contemptu. Non profeſſi cum profeſſis, vel conuerſi laici cum clericis electioni intereſſe non debent.

*Cap. 33. Si poſtquam.*

Si ab electione cathedralis, vel regularis eccleſiæ in ſcriptis ex cauſa probabili appelletur ad Papam, illa pendente, confirmatio per ordinarium facta non valet. Item ſecundò dicit & requirit decret. Cupientes, non ſolùm, quòd electus veniat, ſed quòd vſque ad finem negotium proſequatur: quia paria ſunt, nõ venire, & re infecta recedere, ff. de excu. tu. l. ſcire, ſ. obſeruabunt. Mens enim conſtitutionis alias offenderetur, vt hîc. Et habet etiam locum, quando appellatur à confirmatione, vel prouiſione.

Cap.

*Cap.34.Cùm ex eo.*

Diſpenſare poſſunt epiſcopi & ſuperiores cùm habentibus eccleſias parrochiales, quòd vſq; ad ſeptēnium ſtudendo non teneantur ad ſacerdotium promoueri. Ad ſubdiaconatū tamen debent promoueri infra annum, aliàs ſunt priuati. Et illo durante ſeptennio, debet in illis eccleſijs idoneus poni vicarius, de fructibus eccleſiæ ſuſtentandus, elapſo ſeptennio debet Rector infra annum in presbyterū promoueri.

*Cap.35.Commiſſa.*

Ad pœnam priuationis rectoris parrochialis eccleſiæ non promoti, requiritur, quòd annus integer ſit completus. Secundò, annus ille non currit legitimè impedito. Tertiò, poſt priuationem eccleſia eidē conferri non poteſt. Quartò, non promotus, ſi eo animo receperit eccleſiam, vt fructus anni perciperet, tenetur ad reſtitutionem ipſorum.

*Cap.36.Si abbatem.*

Abbas exemptus eligitur in epiſcopum, ſed trāſire non poteſt ſine licentia Papæ, vel legati de latere. Secundò dicit, quòd legatus de latere confirmare poteſt electiones epiſcoporum exemptorum, reliqui verò non ſine ſpeciali mandato.

*Cap.37. Si compromiſſarius.*

Si compromiſſarius non eligit infra tempus, iuris poteſtas prouidendi ad ſuperiorem deuoluitur. Si eligit, ſed indignum, indiſtinctè redit ad compromittētes, niſi id ſcienter ratum habuerint. Idem eſt, ſi electus idoneus non conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum, tunc ipſe ſolus ab eccleſiaſticis officijs eſt ſuſpenſus triennio, niſi id compromittentes ſcienter ratum habuerint: & pœna ſuſpenſionis prædicta non habet locum in epiſcopo compromiſſario, nec in electionibus inferiorum. Et reſtringitur illa pœna ad beneficia, quæ obtinet in eccleſia offenſa. Et idem in beneficijs illius, qui deficit

in probatione illius, quod obijcit in perſonam.

*Cap. 38. Procurator.*

Procurator in cauſa electionis ſiue appellationis debet cauſas clarè in ſuo conſtitutionis inſtrumento habere, & ſpeciale mandatum ad iurandum in animas opponentium ſiue conſtituentium.

*Cap. 39. Si confirmationem.*

Caſſata confirmatione, vel caſſa nũciata propter defectum iurisdictionis, vel ſolennitatem omiſſam, non propter hoc electio caſſa dicetur.

*Cap. 40. Quia ſæpè.*

Si vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia ſingulares perſonę capituli, vel conuentus occupent, bona à prælato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plenè reſtituant ab officio & quibuſcunque beneficijs ſunt ſuſpenſi, non obſtãtibus priuilegijs, conſuetudinibus, vel ſtatutis quacunque firmitate vallatis.

*Cap. 41. Conſtitutio.*

Declarat decretalẽ, vt circa, & dicit, quòd ſolùm in extraiudicialibus appellationibus locũ habet. In iudicialibus enim antiqua iura tenenda ſunt.

*Cap. 42. Is cui.*

Procurator ſeu adminiſtrator cathedralis eccleſię, cui ab Ap. ſe. huiuſmodi adminiſtratio ſiue ꝓcuratio eſt cõmiſſa, poteſt illa, quæ ſunt iuriſdictionis, ſec9 de illis, quæ ſunt ordinis ſiue conſecrationis, niſi fuerit ep̃s. Interdicitur tamẽ ei rerũ immobiliũ alienatio.

*Cap. 43. Indemnitatibus.*

Diuiditur in ſeptem partes. In prima ponitur cõſtitutionis cauſa, & conſtitutio circa perſonas eligẽtes, & eligendas in monaſterijs monialium.

In ſecunda ponit quid iuris, cùm in ipſis monaſterijs plures ſunt electæ in diſcordia per formam ſcrutinij. Tertiò ponit, quid iuris eſt, cùm electioni per formam

formam compromiſſi aliqua pars ſe opponit.

Quartò declarat, an decre. Cupientes, habeat locũ in cauſis ipſarum electionum.

In quinta excommunicat aduocatos & alios, qui in huiuſmodi electionibus diſcordiã ſeminauerint, vel exortam nutriunt.

In ſexta fit ampliatio conſtitutionis ad canonicos, non profeſſos, & qui habent proprium.

Septimò ponitur quædam proteſtatio, aut antiquorum iurium ſaluatio.

## *Cap. 44. Prouida conſideratione.*

Appellantes in cauſa electionis poſſunt ante præſentationem appellationis ab ea recedere, dummodo aliqua prauitas non interuenerit, quod debẽt iudices inferiores cognoſcere: quod ſi iudices inferiores non fecerint, & ad confirmandum tales electiones proceſſerint, per annum à confirmatione & cõſecratione talium ſunt ſuſpenſi.

## *Cap. 45. Si eo tempore.*

Si Papa ſibi prouiſionem cathedralis eccleſiæ reſeruauit, inhibuit, decreuit, non eſt vitiata electio, quæ præceſſerat, omnia tamen, quæ reſeruationem ſequuntur, carent effectu.

## *Cap. 46. Si qui iuſto.*

Si iuſto impedimento detentus in electionis negotio commiſerit pluribus vices ſuas, quæritur, an valeat commiſſio? Reſpondetur, quod ſic, dummodo in ſolidum creati fuerint, & erit tunc melior conditio occupantis. Si autem nullus occupat, ſed ambo ſimul concurrunt, admittitur ille, de quo capitulum concordat. Si capitulum non concordat, ille admittetur, qui in inſtrumento eſt primò nominatus.

## *Cap. 47. Quoniam electione.*

Si apparet coelectus, vel ſe opponens ei, qui confirmatio-

firmationem petit, ille vocabitur nominatim, aliàs fiat edictum in eccleſia generale, quam ſe volentes electioni opponere, veniant peremptorio aſſignato; aliàs confirmatio facta non tenet. Nota glo. in verb.
*Celeritas.* celeritate, quę ponit multa, in quibus celeritas reprobetur, plura etiam, in quibus requiratur.

# ARGVMENTA CAPITVLORVM TITVL. DE ELECT. IN CLEMEN. Quæ ſunt octo.

## CAPVT I.

Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis, vel habitus, ſi contrà fiat, eſt irritum.

### *Cap. 2. Ne Romani.*

Cœtus Cardinalium ſe vac. iuriſdictionem Papalem non exercet, niſi in quantum admittit conciliũ Lugdunen. Secundò dicit, quòd officium camerarij, vel pœnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, qui ſi deficiãt, poterit cœtus pro tempore vacationis alios ſubrogare.

### *Cap. 3. Cauſam electionis.*

Primò ponit formam, ſecundum quam appellãs appellationẽ intimabit appellato, vt per ipſam cauſa appellationis ad curiam deuoluatur. Secundò prouidet, cùm appellatus, vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi. Tertiò prouidet, cùm per metum appellati, vel ſuorum, intimatio fieri non poteſt.

### *Cap. 4. Conſtitutionem.*

Bonifacius aliqua declarauit, de quibus ſuo tempore dubitatur circa decreta, vt circa, vt ſup. eo. is qui circa, c. procurator, & c. conſtitutio, libr. vj. Poſt eum tamen

tamen noua dubia emerſerunt, quę Clemens hac ſua conſtitutione declarat.

*Cap.5. In pleriſque.*

Sine ſpeciali licentia Papæ nullus prouidere poteſt cathedrali eccleſiæ clero carenti & populo Chriſtiano. Religioſus per prælatum ſuum licentiari non debet, vt tali prouiſioni conſentiat, conſentiens etiamſi fuerit cõſecratus, priori prælato ſubiaceat, nec in epiſcopum recipitur, nec ad honorem aliquem promouetur, & quæ contra fiunt, irrita decreuit.

*Cap.6. Quod circa.*

Breue eſt & vtile. Cõſtitutio Bonifacij (in c. quorundam, 24. in 6.) quæ loquitur de minori numero, non debet intelligi fictione iuris.

*Cap.7. Statutum.*

Emolumentum ex iuriſdictione & ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ, ea vacante, non obſtante conſuetudine, deductis expenſis, reſeruandum eſt ſucceſſori, niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento.

*Cap.8. Cum conceſſo.*

Religioſo conceſſa à ſuo prælato licentia, vt in electione de ſe facienda poſſet conſentire, propter ambitionis vitium, nullius debet eſſe firmitatis.

AD

# AD LECTOREM.

PLura ſi cupias de electionibus, vide Speculatorem circa hanc materiam, plura etiam circa eandem congeſſit optimo ordine, & copioſè ſatis Hoſtienſis in ſua ſumma. Singularem ſcripſit tractatum de electionibus Petrus Biaxius, quem Directorium inſcripſit electionum. Quicquid eſt apud Panormitanum, copioſiſſimè congeſſit Hieronymus Fantonius in aureo ſuo compendio Panormitani. Plurima quoque collegit de Electionibus Nicolaus Milis in repertorio, & Bertachinus in eodem ſuo repertorio. Scripſit quoque tractatum de electionibus Stephanus Maller, et quem ſubinde D. Rebuffus in ſua praxi citat. Vale, ac his fruere.

TRA.

# TRACTATVS DOMINI FREDERICI DE SENIS, SVPER PERMVTATIONE BENEFICIORVM, directus Domino Lapo de Podioboniti, qui ſuas additiones adiecit.

QVia circa materiam permutationis beneficiorum plurima dubia quotidiè occurrunt, ſuper quibus opto declarare. Ideo ipſa dubia per modum quæſtionis formabo. Et licet ſuper illis ſcribam, quid mihi videbitur, tamen non id, quod ſcripſero, ſed quod vobis videbitur, aſſero fore tenendum.

Primò quæritur: An permutatio facta per ordinarium de beneficijs reſeruatis, valeat cum effectu? Et videtur quòd ſic. Nam propter ſpecialem reſeruationem, quæ fit per executores apoſtolicos ad inſtantiã illorum, quibus eſt prouidendum de beneficijs vacaturis, vel qui iã ſunt effecti canonici auctoritate apoſtolica, in quibus caſibus eſt affecta præbenda, vel beneficium proximo vacaturum, vt de præben. ſi poſtquam, & de conceſ. præben. capitu. fina. libro vj. cum ſimilibus, non impeditur permutatio aliàs canonicè facta, vt de rerum permutatio. cap. vnico eli. ergo nec generalis reſeruatio debet impedire, cùm fortior videatur ſpecialis, quàm generalis reſeruatio, argum. de hoc in capitulo dudum, eodem libro, & capitulo quamuis ſecundo.

Sed contrarium videtur eſſe verum per declarationem Benedicti, xij. quæ incipit dudum, & per cõſtitutionem execrabilis. Io. xxij. in fin. Ex quibus probatur, quòd permutatio facta de beneficio reſeruato ſine

to ſine ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ, non valet, quando verò ſola reſeruatio ſiue decretum liget manus ordinarij, not. Ioan. And. in cap. ſi eo tempore, de elec. lib. vj. Non ob. c. vnicum, de rerum permut. quia ſicut, literæ beneficiales ſunt odioſæ & reſtringendæ, vt in cap. quamuis, et. cap. ſi motu, & c. ſe. de præ. ben. lib. vj. ſic & reſeruationes, quæ fiunt per executores gratiarum, reſtringi debent, & ſemper interpretari, vt non impediant æquitatem illius, de rerū permuta. c. vnico, li. vl. ad hoc de offi. deleg. ſi ſuper gratia, eod. lib. ſed reſeruationes, quæ fiunt per Papam generaliter, vel ſpecialiter ꝓprio motu, nō ſunt odioſæ, ſed fauorabiles, & pleniſſimam recipiunt interpretationem, de præben. ſi pluribus, & c. ſi motu proprio, libr. vj. & in clem. ſi Romanus, eo. titu. Hinc eſt, quòd ſi duo ſunt expectantes in ſimili gratia ſub eadem data, quorum vnus expectet proprio motu, & alter non: & quamuis ille, qui non habet motum proprium, præueniat in præſentādo eum, qui habet motum proprium, non tamen ſibi prodeſt illa præuentio, cùm in altero mera gratia, in altero verò ambitio denotetur, vt plenè no. Ioan. And. de reſcript. duob' ſuper verbo eligere, in iij. colum. ver. ſed quæro, ſi cæteris paribus, &c. in Nouella. lib. vj. Cùm ergo illa decre. vnica de rerum permutat. ponat caſum ſuum ſpecialem propter æquitatem ſeruandam, cùm ibi ex parte expectantium ſit ambitio, non extendit ſuum caſum, & remanet firma regula, qua cauetur, quòd inferior non poteſt ſe intromittere de his, quę Princeps ſibi ſeruauit, de app. vt noſtrum, cum ſua glo. Hinc eſt, quòd etiam re non integra manus ordinarij ligantur per reſeruationem, quam facit Papa, de elect. ſi eo tempore, lib. vj. Et ſecundum Archi. paria ſunt beneficia vacantia in curia, & beneficia eſſe reſeruata, & per Papam collata, vt ipſe no. de conſue. c. vltim. lib. vj. nec poteſt negari, quin in permutatione non veniat vacatio, & hinc inde collatio, vt not.

Ioan.

Ioan. And. de reſcrip. ſi propter, in glo. morte, li. vj. & probatur de re. permuta. in dicto capit. vno, in clem. Nam beneficium non vacans, non poteſt conferri, & etiam in clem. dicitur beneficia reſignata. Et iſtud eſt magis verum, quàm dictum Io. Mo. dicētis, quòd non eſt ibi vacatio, ſed quaſi continuatio præceden. tium, & cum miniſterio ſuperiori. Et quoniam dictū Inno. dicentis, quòd ſtatim, prout interuenit aucto. ritas, habent ſtatim permutantes ius in beneficijs permutatis, & conſuetudo ſeruat, quòd permutare volentes renunciant, & poſteà fit ſibi collatio. Etiam dicit Pau. in clemen. vnica. de re. permu.

Si igitur beneficium vacauit, nō poteſt per alium conferri, obſtante reſeruatione. Nec ob. c. dudum, & c. quamuis, ij. ſup. alleg. quia ibi nulla fuit reſeruatio, ſed generalis poteſtas datur alicui circa beneficiorū collationem.

## ADDITIO.

Si ergo beneficium vacauit, non potuit per alium conferri, obſtante reſeruatione, quàm per Papam: ex quibus probatur, quòd permutatio facta de benefi. cijs reſeruatis ſine ſpeciali mandato ſedis Apoſtoli. cæ, non valet. An verò ſola reſeruatio liget manus ordinarij, no. Ioan. And. in glo. antiqua, in Nouella. de elect. ſi eo tempore, li. vj.

Secundò quæritur: Pone, Papa conceſſit legato, ꝙ auctoritate Apoſtolica poſſet recipere reſignationē beneficiorum à volentibus ea reſignare ex cauſa per. mutationis, & illam poſteà eadem auctoritate conferre: quæritur, an legatus poſſit beneficia reſeruata permutare? Et videtur, quòd ſic, quia in extrauagan. ti Benedicti, xij. ſuprà allegat. dicitur ſine ſpeciali mandato Papæ, ſed hìc fuit ſpeciale mandatum, quare, &c. Sed contrarium, credo, quòd generalis conceſſio non extendat ſe ad ea, quæ ſibi ſpecialiter ſe. des Apoſtolica reſeruauit, de offi. le. quòd tranſlatio. nem, ad idem, ff. de mino. l. illud, de reg. iur. in gene.

Dd rali,

rali, libro vj. cum ſuis glo. & quod not. Archid. de beneficio reſeruato, de conſue. c. vlti. lib. vj. facit, quod notat. ij. quæſt. v. quæ de cauſa melius facit, de præbend. capitu. ij. libro ſexto. Et quod ibi not. per Ioan. And. in Nouella.

ADDITIO.

Habet ergo conceſſio locum in beneficijs non reſeruatis: ſecùs, ſi omnia beneficia eſſent reſeruata in illa prouincia. Nam in iſto caſu, vt conceſſio ſit aliquid allatura, poterit etiam reſeruata permutare, ad hoc, de verbo. ſignifi. Abbatem, de priuile. ſi Papa, lib. vj. cum ſimilibus.

Tertiò quæro: In dictis duobus caſibus præcedentibus, licet ibi permutatio cum effectu non valeat, an ſaltem renunciatio facta ex cauſa permutationis valeat, vt licet collatio non poſſit fieri ipſis permutare volentibus, per ordinarium ſaltem remaneat firma renunciatio ex cauſa prædicta. Et videtur, quòd non. Nam ipſi permutare volentes intendebant, quòd per ordinarium totum poſſit expediri, non autem intendebant, quòd receptio renunciationis fieret per ordinarium, & collatio fieret per Papam, ne continentia iſtius actus diuidatur, vt de ſequeſ. capitulo prim. Cùm ergo iſta permutatio perfici non poſſit per ordinarium ſine culpa illorum, vnuſquiſque redeat ad ſuum beneficium iuxta æquitatem illius, c. de præb. ſi beneficia, lib. vj. & no. Ioan. And. de re. permu. cap. vnico ad fin. lib. vj. in Nouella.

Sed cõtrarium videtur. Nam licet reſeruatio impediat prouiſionem per ordinarium faciendam, nõ tamen impedit vacationem. Vnde beneficiatus, cuiꝰ beneficium eſt reſeruatum, poteſt renunciari, priuari, & amoueri, ac ſi reſeruatio non eſſet facta. Simile quod no. de confir. vti. vel inuti. ca. j. in ij. glo. Tenet ergo renunciatio, & fiet hinc inde prouiſio per Papam, ar. ad hoc de renun. quædam.

Solutio, aut iſta reſeruatio erat talis, quæ veriſimiliter

liter ſciri potuit, puta, quòd erat generalis in vna prouincia, & pluribus non: aut ſecreta, aut particularis, quæ diuinari non potuit. In primo caſu dicendum, quòd remaneat firma renunciatio, & veniat permutatio expedienda & perficienda per Papam, quia hic non poteſt ignorantia prætendi, ſed in ſecundo caſu poteſt iuſte allegari ignorantia. Et in iſto caſu relinquitur optioni ipſorum, an velint redire ad ſua beneficia: ad hoc facit, quod legitur, & notat. de poſtu. prælat. c. j. & de conſti. c. ij. & de regul. iur. præſumitur, libro vj. de præbend. ſi beneficia, eo. libr. an velint ſuis ſumptibus & laboribus ad Papam venire pro expeditione permutationis. Sed certè in iſto ſecundo caſu poteſt diſtingui, an de facili, & ſine quærendi præiudicio poſſit per Papam expediri permutatio, aut cum difficultate. In ſecundo caſu detur optio, vt dictum eſt ſuprà, non autem primo, quia ſemper vrget ratio decre. quædam de renunc. ar. ad hoc de temp. or. c. iij. §. epiſcopo, & de offic. ordi. c. j. in fi. & de teſtam. ca. ij. lib. vj. & quod not. de elect. nihil in glo. licet partes Italiæ, & de temp. or. c. j. in glo. nunquid ergo, lib. vj.

Quartò quæritur: An permutatio facta per Papam, vel eius ſpeciali commiſſione, de duobus beneficijs expreſſis & nominatis, licet reſeruatis, non facta mentione de reſeruatione, valeat? Ad cuius dubij ſolutionem videndum eſt, primò: An collatio facta per Papam de beneficio reſeruato valeat, non facta mentione de reſeruatione. Et videtur, quòd ſic. Nam Papa ſine aliqua reſeruatione poteſt præuenire omnes illos, ad quos ſpectat beneficiorum diſpoſitio, vt de præbend. capitulo ſecundo, libro ſexto, multò fortius poteſt conferre, ex quo præceſſit reſeruatio. Nam per reſeruationem hoc ſolùm Papa intendit, quòd ipſe ſolus conferat, & quod ordinarius non conferat, vt dicit Archidia. in capitul. ij. de præbend. alleg. Si ergo Papa contulit, in quo poteſt ſubreptio,

vel circumuentio notari. Et certè in nullo, præcipuè ſi non fecit mentionem de ſpeciali reſeruatione, quã ignorabat, ad hoc de reſcript. capit. gratia, lib. vj. Sed contrà, de re iudi. cùm olim, vt collatio eſt ſurreptitia, quia contra ordinationem Papæ fuit. Item, quando Papa reſeruat collationi ſuæ, credendum eſt, quòd ex certa cauſa mouetur. Nam ſine cauſa non turbaret iuriſdictionem aliorum, nec vſurparet, ad hoc xj. quæſtio. prim. peruenit, & de religio. do. capitulo ſecundo, & ſi de cauſa mouente ad reſeruationem Papa fuiſſet recordatus, fortè non contuliſſet, vel non ſic de facili. Item ad hoc facit ſtylus cancellariæ, ſecundum quem in literis Apoſtolicis fit mentio de reſeruatione generali vel ſpeciali. So. Si reſeruatio erat plenè generalis, & notoria in curia, ita, quod eſt veriſimile Papam eam ſciuiſſe, eſſet ſicut ius ſcriptũ valebat tunc collatio non facta mentione de reſeruatione, ſicut in ſimili notat. de conſti. capitulo primo, in glo. notat. quòd per hoc, libro ſexto, & facit, ꝙ dixi ſuprà §. proximo. Si verò erat particularis, & ſecreta de certis, & nominatis beneficijs, tunc non valet collatio. Nam videtur Papam non fuiſſe recordatus de reſeruatione in cauſa eius. Et ſi dicatur, quòd non eſt veriſimile, quòd Papa ignoraret proprium factum, de reſcript. ab excommunicato, vt in l. quiſquis, c. de rei vend. Reſpondetur, quòd veritas in contrarium tollit illam ſimilitudinem, vt de præſumpt. quia non eſt, de reſcript. cæterùm, & de præſcript. capitul. veniens cum ſimilibus, & facit, quod not. de reſcript. ſi quando. Ergo ſi poteſt conſtare, ꝙ Papa reſeruauit ſibi prouiſionem contemplatione Ticij, & poſteà eidem Ticio contulit, valet collatio, & non facta mentione de reſeruatione. Item, ſi Papa reſeruauit ſibi prouiſionem beneficij, vel beneficiorum ſolùm in odium conferentis, fortè quia conferebat beneficia indignis, valet collatio facta per Papam non facta mentione de reſeruatione, quia in

vtre-

vtroque caſu non violatur cauſa reſeruationis. In dubio præſumitur, quòd ſi ad inſtantiam alicuius, vel ex motu ꝓprio, vel ex cauſa reſeruauit certū beneficiū, quia vt plurimum reſeruare conſueuit cōtēplatiōe alicuius, vel ex cauſa ad hoc, ff. de vſuris, l. quę ſemiſſis, & de pig. accu. l. vel vniuerſorū, & de pig. c. illo vos. Ad propoſitū reſpondeo: In caſu, vbi dixi valere collationem, non obſtante reſeruatione, in eo caſu valeat cum effectu permutatio. Et vbi dixi collationem non valere, non valeat permutatio, licet firma remaneat renunciatio, vt dixi, §. proximo. Et intellige præmiſſa de collatione facta ad inſtantiam alicuius: ſecùs forte, ſi fieret motu proprio. Nā cùm tunc fieri debeat pleniſſima interpretatio, vt de prębend. ſi pluribus, nec tunc locus ſit optioni de ſurreptione, vt in cap. ſi motu, dicam collationem valere, & vide, quod no. Io. An. in c. ſi poſtquam, in fi. in Nouella. extraordi.

Quintò quęro: Quid facient in caſu proximo permutare volentes, ex quo renunciatio tenuit, ſed collatio non? Reſpondeo, dicent Papæ, ſic Pater ſancte, ex quo renunciatio noſtra facta ex cauſa permutationis valuit, & non collatio, quia de reſeruatione non fecit mentionem, placeat ſanctitati veſtræ, ex quo certificata eſt de reſeruatione, quæ tunc occulta erat, dare nobis licentiam redeundi ad beneficia noſtra, vel perficiatis permutationem, hinc inde collationem faciendo: quia ſcitis, Pater ſancte, quòd iſta beneficia ſunt reſeruata, & non alijs perſonis conferri, vt de rerum permutatio. capitul. vnico, in clement. Ex tunc Papa alterum illorum faciet, & quia permutatio non fiebat coram Papa, niſi ex iuſta cauſa, vt de re. permuta. c. quæſitum, Papa benè faciet, ſi permutationem perficiat, vt ſi cauſa, quæ eum induxit ad faciendum reſeruationem, ſuadeat contrariū, puta, quia Papa intēdit de illis beneficijs, vel alter illorū alijs prouidere, & vacāte ſperetur in proximo.

Sextò quæritur ſic. Pone, In caſibus ſupradictis, q̄ vbi renunciatio tenuit, collatio verò non tenuit, vnde permutantes credentes permutationem tenere, adminiſtrant in beneficijs ſic permutatis, deinde moriuntur dicti permutantes, & non aperuit, quod collatio non tenuit, nec valuit. Quæritur, an dicta beneficia vacent per mortem, an per renunciationem? Et videtur, quòd vacent per renunciationem. Quia beneficia vacabant per renunciationem, & collatio, & inſtitutio ſequens non fecit eos rectores, & ſic remanſerunt beneficia in eo ſtatu, in quo erant per renunciationem. Sed contrarium videtur verum, ſcilicet, quòd vacent per mortem, j. eod. Et ſic habebit locum reſeruatio, quia illa renunciatio fuit facta ſub conditione tacita, vel expreſſa, vel ſaltem ob cauſam, quæ non fuit ſecuta, vel impleta, & ſic, quia permutatio non fuit perfecta ante mortem, perinde eſt, ac, ſi vnquam factum fuerit. Hoc verum, quomodo non fuerunt in dolo. Nam ſi fuiſſent in dolo ambo, vel alter eorum, vt quia ſciebant reſeruationem, vel aliud impedimentum, permutatio, tunc ſecùs, quia vacarent beneficia doloſè per renunciationem, & non per mortem. Ratio c. f. Et hæc ibi ſentit Ioannes Andreas in Nouella. in capitulo vnico, de rerum permuta. ſuper glo. quæ incipit, quid ſi ſuper verbo ſui epiſcopi, lib. vj.

Septimò. Sed pone, quòd iſti permutantes fuerũt in culpa: quia ſciebant, vel ſcire debebant beneficia eſſe reſeruata, vel permutationem non poſſe compleri ſaltem per illum, qui eã fecit ex aliqua alia cauſa. Et hoc non obſtante ſe intruſerunt ad illa beneficia, & mortui ſunt: quæritur, quando vacent beneficia? Dicendum eſt, quòd non vacant per mortem, nec per renunciationem, ſed vacent per iuris priuationem, vt patet de præbend. eum qui, libro ſexto, hoc habet locum in beneficijs, in quibus loquitur decre. de multa, de præbend. Aliqui dicunt, quòd per

renun.

renunciationem vacant, quia ex quo ſciebāt permutationem fieri non poſſe, ſunt in culpa renunciando ex cauſa permutationis, quæ ſequitur, non poteſt accipere, ergo illud, quod eis nocet, ſcilicet renunciatio, & credo, quod hoc ſentit Ioan. And. in Nouella. de re. permu. c. vnico, lib. vj.

Octauo quæro: Dictum eſt ſuprà, quòd ſi permutatio non poteſt ſequi, quando culpa non poteſt alicui aſcribi. Et quòd licitū eſt ei, qui non fuit in culpa, redire ad ſuum beneficium. modò quæro: an poſſit redire propria auctoritate, an indigeat noua collatione vel inſtructione? Ioan. And. eod. titu. ca. vnico, lib. vj. in Nouella. dicit, quòd de æquitate illius, ca. ſi beneficio, de præbend. lib. vj. poteſt redire ad ſuū beneficium propria auctoritate, allegat. C. de rerū permu. l. cum precibus, & l. ſequen. Alij dicunt contrà, dicentes, quòd c. ſi beneficia, non loquitur in renunciatione expreſſa, ſed in iuris priuatiōe, quę effectum non habet, ex quo non tenuit adoptio ſecundi beneficij, vel fuit dimiſſio facta ſine expreſſa renunciatione, quæ facta dimiſſio non habuit vim tacitæ renunciationis, ex quo non fuit cum effectu ſecuta adeptio ſecundi, & iſtud facit, quod videtur in dicta l. cum precibus, in glo. ſecunda, vbi dicit, quòd quamuis ex altera parte non fuit ſecuta traditio, ille tamen, qui tradidit, dominum amiſit: & facit, quod not. ibi glo. vltim. vbi dicitur, quòd fiet renunciatio, aliàs reſtitutio per conditionem ob cauſam, ſed conditio non competit domino, vt ff. quemadmodum vſufructu. l. vltim. igitur ſimile in caſu noſtro, ſi per renunciationem amiſit dominum, ergo eſt ſibi reſtituenda.

Sed iſta reſtitutio non poteſt fieri ſine canonica inſtitutione, de re. iur. ca. j. lib. vj. Nam ſeipſum inſtituere non poteſt, vt de Inſti. c. vlt.

Opinio Io. An. eſt ęquior, quia per eam vitatur intricatio circuit⁹, & incōmodum beneficiorū, ad hoc de reſcriptis, auditor in clemen. Et non debet grauari

iſte ſumptibus & laboribus, & quia bona fide, & propter vtilitatem beneficij iſte ad permutationem procedat, vnde per l. nō debet iſte laqueus inijci, vt xxvij. q. j. de viduis, iuris occaſio ad iniquum diſpendium trahi nō debet, vt de vſuca. per emp. l. eum qui, de priuil. capitu. quòd nonnulli.

Nonò quæro: Pone, quòd permutatio eſt completa ex parte vna, ſed ex parte alia compleri non poteſt; verbi gratia. Ticius habens eccleſiam parrochialem, permutauit cum B. habente canonicatum, dimiſſus canonicatus à B. apparet reſeruatus, nunquid Ticius poteſt ad ſuam eccleſiam redire? Reſpōdeo, quòd ſic, dum tamen probabilis error facti eum excuſet, per c. ſi beneficia, de præben. lib. vj.

Decimò quæro: An, ſi vnus ex permutantibus nō habet ius, puta, quia ſymoniac9, vel aliàs nō habet titulum, non tamen iſtud beneficiū pertinet ad aliud, nunquid acquiritur ius in beneficio, quod conſequitur ex cauſa permutationis?

Dicendum eſt, quòd non: duplici ratione. Prima, ſcili. ꝙ ex hoc ſequeretur abſurdum, quòd quis per fas vel nefas acquirat beneficium, & videns ſe non poſſe tenere illud ſalua conſcientia, permutaret cum ius habente. Secunda, quia hìc nō contrahitur permutatio, quia rem alienam dans non contrahit permutationem, de excep. cùm venerabilis.

Item, Epiſcopus, qui confert ſibi beneficiū, intendit ſibi cōferre illud beneficium loco illius, ꝙ dimittit. Sed iſte non dimittit, ex quo non habebat ius, vnde poſito, ꝙ Epiſcopus aliàs potuiſſet ſimpliciter conferre beneficiū, tamē quia nō contulit ſimpliciter, ſed ex cauſa permutationis, ille nihil cōſequitur ex hoc. Et habet locum, quod potuit, noluit, &c. de offic. deleg. cùm ſuper, de conceſ. præbend. ex parte, & quod ibi not. Hoſtien. ad idem de reſcriptis, ſuſceptum, lib. vj. Et idem tenet Ioan. Andr. per primam rationem, de re. permu. c. vnico, lib. vj. in Nouel. Quid ergo erit

in caſu

in caſu iſto? Reſpondeo, ad hoc fuerit patefactum, ille, qui habebat ius, redibit ad ſuum beneficium. Et ille, qui non habebat ius, non poterit habere beneficium, quod conſecutus fuerat, vt ſuprà dictum eſt, nec poterit recuperare antiquum, quia præſupponitur, quòd non habebat ius in antiquo: nam ſi conſecutus fuit beneficium per ſimoniam, in eo habuit ius in gloſa. Ioann. Andr. ex cuius dicto præſumitur, quòd collatio facta ſimoniacè ſit nulla, ex quo ſequitur, quòd remaneat antiqua vacatio, & quòd poſſit impetrari, ſaluo, quod habetur in ca. cum noſtris de conceſ. præben. vel conferri, vt vacans. In contrariũ facit de ele. ca. penult. & de ſimo. nobis pro. extra de renun. niſi cum pridem & de ele. per inquiſitionem, in verbo caſſatam, & in verbo amouen. de materia generalitatis, no. de elect. conſumauimus per Compoſt.

Vndecimò quæro. Nunquid permutatio poſſit fieri cum interuallo temporis, verbi gratia: Ego & tu habemus in diuerſis diocesibus beneficia, volumus ex iuſtis cauſis ea ad inuicem permutare via expedita, eſſet, quòd vnus Epiſcopus committeret alteri, vel ambo vni aleri, & omnia fierent in eodem inſtanti. Sed pone, quòd fuit hoc omiſſum, vadamus ad Epiſcopum meum, & corã eo ſic proponimus: Domine Epiſcope, ego & iſte intendimus permutare beneficia noſtra, ego ſum paratus renunciare beneficium ex cauſa permutationis faciendæ cum iſto, & conferre beneficium meum iſti: & poſtea ibimus ad Epiſcopũ iſtius, & ipſe faciet ſimile mihi de beneficio ſuo. Epiſcopus reſpondens ſe contentum, recipit renunciationem meã ex cauſa permutationis, & beneficiũ ſic renunciatum cõtulit tibi, & te in poſſeſſionem induxit. Et tu dicis, quòd tu es paratus facere ſimile coram Epiſcopo tuo. Modò quæritur: An tale vel ſimile interuallum temporis poſſit interuenire? Ioann. Mo. & Ioã. An. ſuadent, quòd omnia fiãt in inſtanti,

vel ambo Epiſcopi ſint præſentes, qui ambo tunc pro vno reputabuntur, vt de ſen. excõ. cùm pro illorum ad fin. ff. de condi. & demonſt. l. cùm fundus in fi. aliàs poſſunt multæ difficultates & altricationes inſurgere. Et ante omnia examinemus exemplum ſuprà poſitum. Ego & tu habemus beneficia curata: ego renunciaui modò, & fuit tibi collatum, & poſſeſſionem habens, vt ſuprà dixi, tu dicis, quòd es ſimile paratus facere de tuo. Quæritur: nunquid poſſis facere? Hoc videtur, quod non. Nam eo ipſo, quòd habuiſti poſſeſſionem beneficij per me renunciati, vacauit tuum beneficium per c. de multa. de pręben. & c. licet ij. libr. vj. cum ſimilibus. Et ſic non poteris renunciare beneficium, quod iam perdidiſti, & ſic non poterit ſequi permutatio. Sæpè enim extra id, quod agitur, aliud naſcitur, vt ff. como. l. is, qui in fi. de deſpon. impu. c. j. lib. vj. In contrarium videtur, ꝙ licet tu receperis poſſeſſionē beneficij per me renunciati, non tamē recepiſti, ſimpliciter, ſed ob cauſam, vt ſimile faceres de tuo. Ex quo ergo ſtatim paratus es de tuo, non debemus introducere aliam ſpeciem vacationis, de qua non fuit veriſimile cogitatum. Et præterea poſſeſſio ſecundi beneficij non inducit vacationem primi, niſi Epiſcopus primi beneficij tacitè, vel expreſsè conſentiat, iuxta not. per Ioann. vij. quæſt. j. ſi quis verò xxj. quæſt. ij. ſi quis iam tranſlatus. Alia exempla, ex quibus inſurgit intricatio, vide per Ioan. Andr. in nouella c. vno libr. vj. de rerum permuta. propter quod bonum & vtile eſt omnia in inſtanti fieri.

Duodecimò quæro. An habens duo beneficia curata, poſſit permutare cum habente vnum. Vel habens duo poſſit permutare cum habenti duo? Ioan. Andr. de excep. cum venerabilis, ſuper verbo eccleſijs, dicit, quòd ſic. In primo, quia ſicut iure proprietatis duæ eccleſiæ cum vna poſſunt permutare: ſic alia ratione, & in titulum alleg. & in ar. qud no. de

mutu.

mútu.peti.cap.ij.& dicit, quòd vidit hoc fieri de facto. Sed certè plenius eſt hoc examinandum. Pone, quòd quis habet duo beneficia curata ex diſpenſatione, ſi vult permutare cum vno curato vel ſimplici, certè non poterit fieri: quia diſpenſatio iſtius eſt perſonalis, & non tranſit ad illum, cum quo vult permutare, de priuilg. ſanè cum ſimilibus. Nec Epiſcopus in hoc poteſt diſpenſare: ſed dico, quòd ſi ille, qui habet duo beneficia curata, ex diſpenſatione vult vnum ex illis permutare cum habente vnum curatum, poteſt, hoc non procedit per cap. ordinarij de offic. ordina. libro vj. §. in conferendo. Oportet enim, quòd habeat duo beneficia curata & cum diſpenſatione, quòd aliud recipere poſſit, quod ambobus & prius renunciet. Lapus. Sed caueat ſibi: quia recipiendo vnum curatum vacabit aliud curatum, quod ſibi remanebat per cap. non poteſt, ij. reſponſ. de præbend. libro vj. & eod. titul. capit. j. in clemen. Sed ſi permutatur vnum de beneficijs curatis cum ſimplici, certè poterit. Et poteſt retinere iſtud ſecundum cum alio curato, ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi, qui circa talia poteſt diſpenſare, vt nota. de electi. dudum ij. in fin. & de conceſſio. præbend. literas.

Dicẽdum eſt ergo in vtroq; quæſito, ꝙ ſiue ex vna parte ſiue ex vtraq; beneficia teneantur ex diſpenſatione Papali, ibi nõ poteſt interuenire ꝑmutatio, niſi per Papam fiat, & etiam renouando diſpenſationem de perſona ad perſonam. Si verò talia beneficia potuerunt tenere ex diſpenſatione Epiſcopi, fiat per Epiſcopum, ſi diſpenſare voluerit. Si verò hinc inde poſſunt tenere beneficia, iure communi res expedita eſt.

Decimo tertiò quæro. An habens ad ius beneficium poſſit permutare cum habente beneficium. Et nunquid duo habentes ius ad rem, poſſint dicta iura ſua permutare ad inuicem? Ioannes Andreas in nouella

uella eod tit. c. vnico lib. vj. quòd non. Idem Guil. de Monte Lau. in extrauag. Io. ſedes Apoſtolica dicere videtur. Exiſtens canonicus auctoritate Apoſtolica, licet vltra numerum, & expectantes prębendas vacaturas, tamen permutare poſſunt canonicatus inter ſe vel cum alijs ad alia beneficia, & hoc poterunt auctoritate diœceſani: nec etiam erunt poſtea canonici auctoritate Apoſtolica, nec habebunt ius ad vacaturas prębendas, nec habebit in eis locum reuocatoria, de præben. quoddam, & de conceſ. præbend. ca. fin. lib. vj. Secus, ſi non eſſent canonici, ſed expectarent canonicatus & præbendas, vel aliàs exiſterent expectantes: tales enim permutare non poſſunt, quod nō habent, vt hic dicit Lapus. Quia beneficiorum ad inuicem fit permutatio, quod non eſt hic alleg. ff. de re. permut. libr. j. in fin. & de condi. cau. dat. l. vltim. Dicit etiam, quòd iſtis caſibus ratio decre. cap. quæſitum, de re. permut. quæ permutationes beneficiorum in in certo caſu permitti ceſſat. Declaro per literas Apoſtolicas, Ego expecto beneficium, tu verò habes beneficium, quomodo literæ meæ Apoſtolicæ potuerunt ad te tranſire, cùm ſint perſonales, niſi Papa mediante, de offic. dele. cap. penult. & glo. cùm ſi. Item executor Apoſtolicus datus mihi, quomodo prouidebit tibi, quia non habuit ea in mandatis, & ſic excederet formam mandati contra id, de reſcrip. c. cum dilecta. de præben. cùm clericus. ij. reſpon. li. vj. Sed contrà facit, quod no. per Hoſtien. de reſcrip. ad audientia. ij. vbi dicit, quòd ille habens literas ad beneficium ex pacto, poteſt ille renũciare, vt habeat illud, beneficiorum rationem reddens: quia ſpiritualium ad inuicem poteſt fieri permutatio, quaſi in illo caſu fiat permutatio. Reſpondeo: Licet Hoſtiē. hanc rationem reddendo ſic loquatur, non tamen dicit, ꝙ fiat ꝑmutatio ibi, ſed ideò hoc dicit, vt excuſet illud pactum, ne ſit ſimoniacum. Nam ibi non fit permutatio, quia illud ius, quod competebat illi ex beneficio

litera.

literarum, in nullũ refertur, ſed extinguitur per renunciationem, & renuntiãdo per hoc aliud ſpeciale conſequitur, licet pactione non præcedente.

Decimo quartò quæro. An beneficium cum hoſpitali vel præſtimonio poſſit permutari? Ioan. And. in lib. vj. de rerum permut. & in clem. de rer. permu. dicit, quòd ſic, dum tamen hoſpitale & præſtimoniũ concedantur in beneficium clerico, aliàs ſecus, ſi cõcedantur laico. Sed pone, quòd hoſpitale ſit conceſſum clerico non in beneficium, ſed vt bono viro cõmiſſum, quam commiſſionem non prohibet concilium Vienen. nunquid talis clericus habens iſtud hoſpitale, poteſt permutare cum beneficiato? Certè nõ video, quid prohibeatur. Satis apparet, quòd prohibeatur, cùm non permutatur: nec temporalium & & ſpiritualium, & beneficiorum eccleſiaſticorum permutatio intereſſe tantum, de rer. permu. ca. quæſitum, & cap. ad quæſtiones, & cap. vnico, libr. vj. & cle. j. eod. titul. vt ſic fiat permutatio de ſpirituali ad ſpirituale, & de eccleſiaſtico beneficio ad eccleſiaſticum beneficium, & de temporali ad temporale tantum, & non de temporali ad ſpirituale, nec de beneficio ad non beneficium: dico autem, quòd beneficio curato ad non curatum, & econuerſo poteſt fieri permutatio.

Lapus. Quia licet hoſpitale non ſit beneficium, non tamen eſt titulus totaliter profanus, ſed eccleſiaſticus eſt, nec poſſit vendi ſine vitio ſimoniæ, per id, quod legitur, & no. de ſimo. cõſuluit, & accedunt ſibi per ſpiritualia, vt de præbend. per literas in clement. Ex hoc tantum videtur, quòd duo tales clerici vel laici, vt hoſpitalarij poſſunt ad inuicem huiuſmodi hoſpitalia permutare.

Decimo quintò quæro. An ille, cui cõmendatum eſt beneficium ſecundum formã dec. nemo de ele. li. vj. poſſit pmutare cũ beneficiato? Fortè poteſt dici, quòd ſic, cùm ſit titulus commendę, ſicut canonica-

tus

tus, nec iterum vacet eccleſia, vt nota. communiter in dicto cap. nemo. & fortè eodem modo duo commendatarij poterunt ad inuicem permutare duas parrochiales eccleſias ſibi commendatas. Et idem fortius poteſt intelligi de commendis, quæ fiunt hodiè ad vitam, potiùs in fauorem perſonarum, quàm eccleſiarum: quia tales commendatarij faciunt fructus ſuos, & quaſi idem ſunt, quòd adminiſtratores dati à ſede Apoſtolica, vt de elect. is, cui, lib. vj. Et his temporibus fuit dubitatum, an expirata commenda vacet de nouo beneficium, an duret antiqua vacatio? Et deliberatè reſpondi, quòd durabit antiqua vacatio, quia iſte non fuit prælatus, quare eccleſia vacans durare intelligitur, donec ſit eccleſiæ de prælato prouiſum, vt not. in lib. penul. cap. j. in clement. Vnde ſi tempore commendationis beneficium vacabat in curia ſublata commenda, remanet eccleſia vacans in curia. Si verò tempore commendæ factæ per Papam collatio ad ordinarium, Compo. innuit, quòd non, in cap. cum nobis olim, & Archi. in cap. is cui, vide tamen, quod no. Ioan. Andr. poſt Inno. & Hoſt. de exceſ. præla. ca. inter. Si autem habens commendam decedat in curia, vacabit beneficium in curia, vt mihi reſpondit Ioan. Andr. allegat, no. in ca. nemo de elect. libro vj. & clemen. quia regularis, de ſup. neg. prælat. vbi per mortem humilis miniſtri beneficium vacare cenſetur.

Decimo ſextò quæro. An habentes manualia beneficia, poſſint ad inuicem permutare, cùm ipſi poſſunt pro libito voluntatis ab illis beneficijs reuocari vel remoueri? Et dicendum eſt, quòd ſic: quia licet ſint reuocabiles, tamen per eorum reuocationem vacant beneficia, vt no. in clemē. vnica, de ſup. negl. prel. in glo. magna ad hoc ſupra §. proxi. Vnde hodiè ex ſtylo cancellariæ, iſti prælati mendicātes, qui ſunt reuocabiles à ſede Apoſtolica, delegantur. Et ſi velles tenere, quòd ſolùm perpetui beneficiati poſſunt

permu-

permutare:adhuc iſti poterunt permutare,quia poſſunt perpetuò non reuocari. Et hoc ſufficit, vt ff. de condi. in de. l. ſufficit. Et facit, quod no. de reſcrip. ca. vltimo, libr. vj.

Decimo ſeptimò quæritur. Si iſti habentes manualia beneficia, & permutent auctoritate Apoſtolica, an poſſint ab illis beneficijs amoueri, ſicut primò poterant? Et videtur, quòd non: quia quando Papa confert vel confirmat alicui aliquem prioratum, vel eccleſiam manualem ex certa ſcientia, iſte efficitur obedientianus Papę, & ad voluntatem eius detinet, & non ad voluntatem prælati ſui, ſicut ſententia cõfirmata per Papam per inferiorẽ reuocari nõ poteſt, vt de confirm. vti. vel inutil. ca. ij. Et ad præmiſſa facit, quod no. Inno. & Hoſtien. & Ioan. And. poſt eos, de elect. cùm inter, & de præben. niſi, & de confirm. vtil. porrecta.

In contrarium videtur, quòd Papa permutando videtur, & intẽdit alterũ in loco alterius ſubſtituere. Et ideò ſolet in literis Apoſtolicis clauſula poni, ꝙ non plus iuris ipſis permutantibus acquiratur, quàm prius competeret. Ad hoc facit de regulis iuris is, qui in ius, libro vj. Et res ſubrogata in loco alterius, eiuſdem iuris cenſetur cum illa, vt lite pend. eccleſia ij. nec Papa intendit conſuetudines religionum & eccleſiarum tollere, & iuri prælatorum derogare, niſi hoc exprimatur, ad hoc de conſuetud. ca. j. de præbend. cum eccleſia, & de conſue. cap. vltim. libr. vj. de offic. ordin. licet, & de relig. do. cap. ij. cum ſi. ad hoc etiam optimè facit conſtitutio Benedicti. xij. quæ eſt in ordine. xxxj, de monachis nigris, & iiij. all. xiiij. de canonicis regularibus facit, quod no. in præalleg. clemẽ. quia regularis in prædicta glo. Lapus. Et iſtud placet mihi. Et contraria non obſtant, quia intelliguntur, quando Papa intendit illud facere ex certa ſua ſcientia obedientiarium ſuum, & auferre poteſtatem remouendo eum proprio prælato.

Decimo

Decimo octauò quæritur. An in permutationibus debeat fieri mentio de alijs beneficijs, quæ obtinent permutantes? Ad hoc eſt dicendum, quòd ſi permutatio fiat auctoritate ordinaria, nõ eſt neceſſe, quòd fiat mentio: nam non debet fieri mentio de beneficijs habitis, quando quis impetrat ab ordinario, vt de offic. ordin. cap. ij. in clemen. Sed quando procedit in legato. & in Papa. Et videtur, quòd non ſit neceſſaria mentio, quia in permutatione non additur beneficium beneficio, ſed vnus in loco alterius ſubſtituitur, & ſic ceſſat ambitio.

Item permutatio fit ob neceſſitatem vel vtilitatẽ eccleſiarum, vt de rer. permu. cap. vnico, lib. vj. ergo fauorabilis eſt, & non odioſa, & non fit in ea ſtricta interpretatio, vt patet de rer. permu. cap. vnico. li. vj. in ij. iij. iiij. & vj. glo. in nouella. Sed contra videtur, certum eſt, quòd maior idoneitas perſonæ requiritur in beneficio curato, quàm in ſimplici, vt de præbend. cum illis, libr. vj. Et maior aſſiduitas perſonæ requiritur.

Pone ergo, quòd quis habet duo beneficia ſimpliciã, & permutat vnum d his cum beneficio curato, & certum eſt, quòd facilius permittitur, quòd quis habeat duo beneficia ſimplicia, quàm curatum & ſimplex. Item iſte fortè erat idoneus ad ſimplex, & non ad curatum. Sed certè iſta contraria non obſtãt, quia licet iſte loco ſimplicis recipiat curatũ, nõ tamẽ cum illo intelligitur diſpẽſatum, quòd teneat vtrumque, vt de præben. non poteſt. lib. vj.

Item ad id, quod dicit, quòd fortè iſte non eſt idoneus. Reſpõdeo, quòd ſuperior non conſentiat præſentationi. Super hoc aliqui diſtinguunt, inter permutationẽ, quę fit fauore perſonarum, & illa, quæ fit ob neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiarum, vt in prima fieri debeat mentio, in ſecunda non, vt etiam diſtinguitur per quæſt. ij. Alij dixerunt, quòd recipiens pingue loco tenuis, debet facere mentionem quaſi de

ambi-

ambitione notoria. Indiſtinctè credo permutationẽ valere non facta mentione de alijs beneficijs, cùm non fiat impetratio, vt in collatione facta, ſaluo ſtylo curiæ.

Decimo nonò quæro. Si duo prælati eccleſiarum collegiatarum volunt permutare, an poſſint hoc facere inuitis collegis? Et eſt dicendum, quòd ſic, ſi fiat permutatio per Papã. Nam ex quo Papa poteſt prælaturam vel eccleſiam conferre eis inuitis & transferre, ergo permutare. Et hoc non eſt dubium. Idem de Epiſcopo, qui habet de conſuetudine vel priuilegio liberam ordinationem eccleſiarum: quia in illo caſu non intereſt collegiorum ad permutationem vocari, ex quo ad collationem non vocantur. Remanet ergo dubium, quo modo ad capitulũ pertinet electio, & ad ſuperiorem confirmatio. Et tunc omnes Doct, de hoc tractantes, dicunt, quòd illi, quorum eſt electio, præſentatio vel collatio, habent conſentire: & eſt ratio, quia nec Epiſcopus, nec legatus etiam de latere, vt de offi. l. ca. ij. li. vj. poſſunt auferre electionẽ collegio, & de hoc vltimo vide, quod dixi in fine harum quæſtionum. Lapus. Sed ſi permutatio fieret eis inuitis, iam directè haberet prælatum ſine ſua electione, & priuarentur poteſtate eligendi. Nec Epiſcopus poteſt auferre ſubditis ſuis ius conferendi vel præſentandi, de exceſ. præla. c. ij. & xvj. quæſt. vj. decernimus. Hoc enim eſt priuilegium Principis & Papæ, vt not. de relig. domi. cap. conſtitutus, vt poſſint quoniam ſuo iure priuare, eccleſiaſticus tamen ordo confunditur, ſi ſua iura vnicuique non ſeruantur, xj. quæſt. j. peruenit.

Viceſimò quęro. An ſufficiat maior pars illorum, quorum eſt conſentire? Et eſt dicendum, ꝙ ſic, quãdo propter vtilitatẽ vel neceſſitatẽ eccleſiarum fit permutatio: ſecus, ſi permutatio ſit voluntaria per illud, ꝙ no. de conſti. cùm oẽs. In hoc concor. Ioan. An in nouella c. vnico, eo. ti. li. vj. & per Pau. e. tit. c. vnico, in clem.

Viceſimo primò quærò. An diſtinctio proxima vẽdicet ſibi locum, ſi pertineat pręſentatio ad patronos laicos, vt ad ſingulos. Ad ſingulos ideò dixi, quia ſi vniuerſitas laicorum eſſet patrona, ſeruaretur in ea diſtinctio ſupra proxima. Et videtur, quòd illa, diſtinctio non habeat locum: quia in re communi, vt ſingulis, potior eſt conditio prohibentis, vt not. in cap. cùm omnes de conſtitu. & de re in c. in re communi. li. vj. & ſic videtur requiri cõſenſus omnium. Sed contra. Nam in patronis laicis, quo ad præſentationem nedum maior pars omniũ, ſed etiam maior pars reſpectu aliarum partium ſufficit, vt de iur. patr. cap. iij. credo per iſtud cap. ex fauore eccleſiæ, & per canones exceptos, al. notatos in re cõmuni, ꝙ eadẽ diſtinctio ſit ſeruanda in caſu iſto, & in ſuꝑiori.

Viceſimo ſecundò quęro. Si Epiſcopus nõ habeat confirmationem vel collationem in eccleſia, ſed capitulum, vel alius prælatus: an Epiſcopus poſſit expedire permutationem ſine illo? Dic, quòd non, vt no. ſupra quæſt. xix. ſed an ille inferior poſſit hoc facere ſine Epiſcopo. Hoſt. Ioan. And. Archi. in ca. vnico, li. vj. dicunt, quòd non: quia cùm permutatio ſit ſingulariter prohibita, vt de præben. maioribus. Et in caſibus, in quibus inuenitur Epiſcopus conceſſa, inferiores autem Epiſcopo ſua temeritate attemptare non debent.

Viceſimo tertiò quæro. An inferior ab Epiſcopo poſſit hoc ius præſcribere: puta capitulũ, Arc. vel Abbas in eccleſijs ſibi ſubditis? Et eſt dicẽdum, quòd ſic: quia ille non eſt actus, qui pertineat ad ordinem Epiſcopalem, ſed potius ad dignitatem, vel iuriſdictionem. Et talia benè præſcribuntur per inferiores ab Epiſcopo, vt de præſcrip. auditis, & c. cùm olim. Et de exceſ. præla. accedentibus. Eodem modo præſcribitur ius vniendi, vt no. Ioan. Andr. de ſta. mo. c. j. §. ad hoc in clem. Idem dicendum eſt de illis, qui habent Epiſcopalem, vel quaſi iuriſdictionẽ in loco, & maximè

mè de quibuſdam Abbatibus, qui non dicuntur eſſe in aliquo epiſcopatu, vt de Farſenſi & Sublacenſi, vt dicit Benedictus, xij. in c. illo de monachis nigris. Ad hoc de priuil. c. Abbates, libro vj. & de re. eccle. non de alie. ca. j. in glo. innuit, in clemen.

Viceſimo quartò quęritur. Si ſummè vtilis permutatio eſt eccleſijs, & illi, quorum intereſt, nolũt conſentire: an Epiſcopus cũ capitulo ſuo poſſint permutationem facere illis inuitis? Et videtur, ꝙ nõ, per id, quod no. ſup. in q. xix. facit ad hoc clem. ne in agro §. ad hoc de ſta.. regu. qui tamen §. non in permutatione perſonali, ſed in vnione loquitur. Lapus.

Sed cõtra: nam Epiſcopus cum capitulo ſuo poſſunt maiora facere. ſ. vnire & diuidere eccleſias, & perpetuam ſubiectionem vni eccleſiæ facere, & alteri dare, de exceſ. præla. ſicut vnire, de re. ecc. non alie. c. ij. in clem. & eo. tit. c. j. lib. vj. de relig. do. conſtitutus de eccle. edi. c. iij. Credo primum. Et iſta iura vendicant ſibi locum in ſuis caſibus. Item non eſt propriè alienatio, ſi res vnius eccleſiæ ad aliam transferantur de his, quę fi. à prę l. cum Apoſtolica, quod nõ eſt in caſu noſtro. Item poteſt aliter conſuli vtilitati eccleſiarum, quàm cum iniuria eligentiũ: puta quòd inutiles remoueantur, & ſufficit, quòd eligãtur boni, licet inueniãtur meliores, de elect. cũ nobis olim. Sed nunquid poteſt fieri ꝑmutatio eccleſiarũ inuitis eorum dominis rectorib. Dicit Hoſt. ꝙ ſic, & Ioan. An. poſt eum, in c. vlt. de poſtu. præla. allegãt, de rer. permu. c. quæſitũ, non fient ergo inuitis, quorũ intereſt, vt ſupra prox. dicitur. Sed benè fiet inuitis permutãtibus in ſecundo caſu: de hoc quęre in. §. proxi. Lap.

Viceſimo quintò quæro. An aliqui poſſint inuiti cogi ad permutãdum? Et videtur, quòd nõ: quia nemo cogitur recipere beneficium vel dignitatẽ eccleſiaſticam, licet aliud ſit in honoribus ſecularibus, vt no. Inno. de his, quæ fi. à ma. parte capi. c. j. Et poteſt probare iure, vt de elec. quam ſit, & de præben. ſi tibi

 abſen.

abſenti libr.vj. Sed in permutatione recipitur beneficium de nouo,& antiquū dimittitur: ergo nō cogitur inuitus recipere,ad idem lxxxiiij.di.geſta cum ſi. Sed contra: nam inuitus compellitur quis recipere ordines, de æta. & qua. quæris, ad idem vij.quæſt.j. ſcias,& melius de rer.permu. quæſitum, vbi dicitur dari poteſtas Epiſcopo transferendi perſonas de loco ad locum,ſi expedire viderit, vbi dicit Hoſtien. ꝙ illa permutatio eſt laudabilis vel commendabilis,cū ad eam inuiti compelluntur, & facit.xl. di. ante omnia,& xxiij.q.iiij.¦diſplicet viij. quæſt.j. in ſcripturis, & quod ibi no. hoc etiam videntur Inno. & Hoſtiē. tenere,de renun.niſi §.propter malitiam,in glo.magna.vbi ſi perſecutio eſt exterior, vbi dicunt,quòd ſi periculum deſtructionis eccleſiæ imminet, vel magnum ſcandalum,ſi prælatus non cedat,cogitur inuitus cedere, dum tantum bonum cambium alterius prælaturæ vel dignitatis ſibi aſſignetur,alie.de regu. iur.licet vij.q.j. mutationes,& ca.ſcias. Et ſic dicunt poſſe intelligi,de rer.permu.quæſitum.Super hoc dicit Ioann.Andr.vij.q.j.Epiſcopus de loco,quòd non poteſt quis cogi per Epiſcopum tranſire ad maiorem locum:quia nemo cogitur tranſire inuitus, alle.cap. geſta ſupra alle.Bartholomeus ibi contra, quòd poteſt:quia Epiſcopus maiora poteſt,alle.de exceſ.prælat.ſicut de æta.& qua.quæris. Pau.placet opi. Ioan. ipſe no.de rer.permu.cap.vnico in clemen.dicens,ꝙ ad æquale beneficium tranſire cogi poteſt inuitus. Et in hoc placet ſibi opi.Io.non tamen ad maius.Dominus Guido Concordien. Epiſcopus, nepos olim Domini Guidonis, Archidiaconi Bononien. in ſua diſputatione quęſiuit: an optio habeat locum in beneficijs permutatis. Et dicit,ꝙ credit, ꝙ Epiſcopus non poteſt cogere clericum ad renunciandū ſuo beneficio,vt recipiat vilius. Arch.in c.Epiſcopus de loco approbat op.Hoſt.vbi neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ expoſcit, per c.quęris,non diſtinguēs in qualitate beneſi-

beneficij. Idem ipſe Arc. de reſcrip. ſi propter in verbo vagabunt li. vj. in fi. glo. Innuit, q quædā eſt permutatio volūtaria, quædā neceſſaria, quę fit ſuperioris officio: quaſi dicat, fit iſta ſecūda inuitis beneficiatis, ſecundū Io. An. in ca. quęſitū, ſup verbo perſonas hoc dicit nolētes quaſi inuitus. in c. vbi §. ꝓpter malitiā, ibi recitat verba Inn. & Ho. nil addēs, vel nil minuens, Idem ipſe Ioan. An. in ca. ſi propter, in glo. notate, poſt verba Archi. dicit quòd quædā eſt neceſſaria permutatio, quæ intelligitur facta partibus inuitis ſuperiorum officio ſatis poteſt ſuſtineri: quòd ſi nec per dationem coadiutoris, nec alio modo poteſt cōſuli neceſſitatē eccleſiæ, quòd inuitus poſſit transferre, ita, quòd fiat bona recompenſatio ſibi in alio beneficio, vt ſic publica vtilitas pręferatur. Simile de mai. & obe. cùm inferior in fi. nec mirum, cùm ipſe beneficiatus nō ſit dominus, ſed quidam procurator vel diſpenſator, de do. c. ij. Epiſcopus verò eſt præordinator in cunctis, xxv. diſt. c. j. Et cura totius dioceſis ad eum pertinet, x. q. j. per totum. Et ſic non ob. ff. de regul. iur. id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alios transferre non poteſt. Hinc eſt, quòd vnio & diminutio eo inuito, de re. ecc. non alie. ſi in vna, in clemen. Et ſiue ſit permutatio, ſiue tranſlatio, fiat cum conſilio capituli ſui, quemadmodum hoc ſeruari debet in collationibus & inſtitutionibus, de his, quæ fi. à præla. nouit, & c. quāto, quēadmodum, niſi hoc, vt ſolus faciat, præſcripſerit, eod. tit. ea noſcitur, & de conſue. cap. ij. j. vj. cum ſi. Et quod dixi, inuito poteſt transferri, intelligo non præcisè, ſed de nolente, fiat volens per ſubtractionem, & finalem priuationem, vt in capit. quæris. Fredericus. Ad prædicta benè faciunt, quæ not. Ioan. Andr. poſt Hoſtiē. de poſtu. præla. ca. fi. ſuper verbo relatum, & in quæſtione poſita in regula, quod ob gratiam de reg. iur. libro vj. per quæ poſſet dici, quòd prædicta non habēt locum in Epiſcopis, qui velint, aut nolint transferri

ferri poſſunt. Et fortè idem in curatis propter rem publicā maximè, licet ſecus in non curatis. Ratio: q̄a curati ſunt aſtricti iuri publico propter curā: non curati, non. Hinc eſt, ꝙ curati non poſſunt habere aliud beneficium curatum, & primum dimittere ſine ſuperioris licentia. Non curati verò ſic, ſecundum ea, quæ no. Ioan. And. de pręben. de multa, ſuper verbo priuatus, quo ad primos, & ar. vij. q. j. quàm periculoſum, quo ad ſecundos. Lapus.

Viceſimo ſextò quęritur. An vicarius vel officialis Epiſcopi, qui aliàs poteſt inſtituere vel cōfirmare, vt no. com. de offi. vica. c. vlt. li. vj. licet nō cōferre, vt ibi poſſit permutare duos pręlatos, quorū electiones ſi de nouo eſſent electi, poſſet cōfirmare? Sol. Dicendum enim eſt, ꝙ nō: duplici ratione. In prima, ſecundū opi. Inno. quę placet Pau. & Io. An. nō improbat, de renū. c. j. in cle. & de renū. quod in dubijs: dicētis, ꝙ ille poteſt renunciationē recipere, qui poteſt quē inuitū deſtituere, ſed vicarius nō poteſt deſtituere, de offi. vica. c. ij. li. vj. ſed ibi loq̄tur de officialibus: nam vicarius nō poteſt deſtituere, ſecundū Gēſe, in cle. de offi. vica. c. j. quod non placet: quia talis actus req̄rit ſpeciale mandatū. Nā poſito, ꝙ habet generale mandatum deſtituēdi, adhuc ob. ratio ſequens. ſ. ꝙ conferre non poteſt, & hoc habet locū in beneficijs ſpectātibus ad collationē Epiſcopi, niſi ꝓhibitio ſit generalis, de offi. vica. cū in generali. li. vj. ꝓpter quod videtur dicendū, quòd etiā talia beneficia permutare nō poſſunt: quia in permutatione habet interuenire renūciatio & collatio, de rer. permu. c. vnico in cle. vt dixi ſup. xxj. q. Et quia capitulū ſede vacāte poteſt vtroque vti, niſi quando collatio ad ſolum Epiſcopū pertinet, poterit auctorizari permutationibus, vt no. e. tit. ca. vnico, in clemen. per Ioann. Andr. & Paul. de hære. c. vno, in verbo capituli in clem. Quæ dicta habent locum in collatione voluntaria. Sed in caſu noſtro collatio eſt neceſſaria, & ſuccedit in

locum

locum inſtitutionis, quam poteſt facere vicarius. Vnde videtur, ꝙ conſentientibus his, quorum intereſt, ſ. patronis, vel electoribus, vicarius poſſit facere hinc inde permutationem. Sed cōtrà: permutatio nō fit ſine diſpenſatione, vt no. per Doct. in decre. vnica, lib. vj & in clemen. de rerum permuta. ſed diſpenſatio non videtur tranſire in generali mandato, de hoc ij. quæſtio. v. qua de cauſa, licet tranſeat in Epiſcopū, vt no. de elect. cū ex eo. lib. vj. in Nouel. Nunquā vidi, quòd in permutatione introſeratur verbum diſpenſationis. Et quòd ſit vicarius, & quòd ſit officialis de ipſo ordinario, lib. vj.

Viceſimo ſeptimò quęro: Dictum eſt ſuprà, in permutatione debet interuenire renūciatio & collatio, quæ ſic ſufficiat: an ſi Epiſcopus præſentibus permutare volentibus, & petentibus renunciationē admitti, & collationem hinc inde fieri dicat, placeat nobis, ipſi dicant, & permutamus nos? Et videtur, quòd ſic, vt hoc breuiloquio verborum videantur iſti renunciaſſe, & Epiſcopus acceptaſſe & contuliſſe, ff. de vul. & pu. ſubſti. l. iam hoc iuris, ad idem, quod no. Inno. de præbend. inter. vbi dicit, quòd permutationes habent ius in beneficijs permutatis, ſtatim quòd ſuperior auctoritatem interpoſuit. optimè facit, quod notat Hoſtien. & Ioan. And. poſt eum de his, quæ fiunt à ma. parte ca. c. ex ore. vbi dicunt, quòd ſi Epiſcopus confert beneficium de voluntate beneficiati, valet collatio, quia ille videtur renūciaſſe, & Epiſcopus acceptaſſe. Solutio. De ſubtilitate iuris poſſit ſuſtinere hæc opinio, tamen tutius & ſecurius eſt, vt etiam cōſuluit Hoſtienſis in capitulo ex ore, quòd fiat expreſſa renunciatio & collatio, & ſic ſeruat conſuetudo, & practicatur in capitulo vnico, de rer. permu. in cle.

Viceſimo octauò quæritur: An in beneficijs, ſeu præbend. permutatis habeat locum optio, de qua loquitur, c. vlti. de conſue. libro vj. & videtur, quòd ſic, quia in permutatione interuenit tacita, vel expreſſa

renunciatio, vt ſæpè dictum eſt, ergo habet locum optio, ſecundum quam præbendæ vacantes poſſunt optari. Item Papa per collationem, quā facit, vel fieri mandat, non vult illam, vel aliam conſuetudinē tollere, vt probatur in dicto c. vlti. & de præben. cùm in eccleſia, libro vj. de conſue. cùm olim, & de conceſſ. præben. c. ex parte. Imo, nec per conſtitutionem ſuā vult tollere, vel præiudicare rationabilib9 ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, de conſti. capit. primo, libro ſexto. Ergo nec per collationē, quæ interuenit in ipſa permutatione, debet præiudicare dictæ conſuetudini. Item permutantes ſciuerunt, vel ſcire debuerunt conſuetudinem eccleſiæ, & ſic non poſſunt ignorantiam allegare, nec deberet impugnare, quod defendere debent, de na. ex li. ven. cap. vnico, & de re. ſti. ſpo. capit. conquerente. In contrarium videtur, ꝙ non habeat locum optio, per cap. vnicum, de re. permuta. lib. vj. & c. j. in clemen. vbi dicitur collationem alij factam non valere. Dominus Guido, nepos domini Archid. & nunc Epiſcopus Concordien. hanc quæſtionem diſputans, tenuit, quòd de rigore iuris habeat locum optio, fundans ſe ſpecialiter ſuper eo, quod dictum eſt, quòd interuenit in permutatione vacatio, & decre. iſta alleg. non obſtat ſecundū eum, quia ibi permutantes ex toto priuabuntur iure ſuo, ſi locus fuiſſet expectantibus. In caſu verò noſtro ſaltē præbenda, quæ remanebit non optata, debetur permutanti. Paulus verò contrarium tenet, per illa iura nouiſſima, reſpondens ad c. vlt. de conſue. lib. vj. ꝙ ibi mādabatur prouideri de beneficio nulli alij de iure debito, & ſic ibi non fit iniuria expectanti. Sed in permutatione mandabantur certa beneficia conferri, & cū decreto. Item in expectatione notatur ambitio, non ſic in permutantibus. Et dominus Azo. doctor Bononien. idem tenuit cum Domino Concordien. Do. Io. An. in c. vlt. de conſue. lib. vj. in Nouell. nō eligit, ſed dicit, ſi quis vult tenere, locū eſſe optio-

nipo-

ai,poteſt reſpõdere,ad c.vnicum in cle.hoc modo,videlicet, quòd ibi prohibetur collatio, ſed in optione nõ interuenit collatio, ſed antiquior canonicus ſuæ antiquæ inſtitutioni & conſuetudini eccleſiæ inhærens,præbẽdam vacantem ſine collatione optat, ſed ſalua reuerentia debita tanti patris. Intentio concilij Vienen.eſt,quòd beneficia ex cauſa permutationis vacantia nedum non conferantur alijs, ſed ſolũ conferantur illis,qui ex dicta cauſa reſignauerunt. Omnis ergo via & modus,per quẽ permutantes ſuo iure fruſtrantur,in perpetuum, vel ad tempus, in totum, vel in parte,prohibetur, aliàs illuderetur eis contra intẽtionem & verba dicti concilij. Et facit, quod ipſe Io. An.ibi no.in gl. pe.in fi.& in hac opiniõe ſemper fui, & in ipſa perſeuero. Et ad illud, quod dicebatur, ꝙ præbenda nõ optata poterat cõferri permutãti. Reſpondeo, quòd nõ renunciauit ob hanc cauſam permutare volens, ſed vt haberet illam, quam ille, cum quo permutare volebat, obtineat:aliàs fieret ſibi illuſio.Sed videntur hæc verba non vigere, quia voluntariè permutabat, & id debuit prouidere, & cogitare id euenire poſſe,ad hoc de homicid.is qui, li.vj.ff.loca.l.ſi quis domũ,§.j.& ex qui.ca.ma.l.ſed & ſi,§.fin. ſiue habuit iſte remedium abſtinendi,vel faciẽdi permutationem in curia. Item cõſenſum canonicorum de non optando. Item proteſtari, ſi admitteretur, quòd non procederet permutatio, ſi fieret optio, ſed reintegraretur in ſtatum vtrunque, & hoc præcipuè procederet, vbi capitulum haberet conferre, & ſic permutationem conſentire, vt notat. Innocen.in capitu.vnico,eod.ti.lib.vj.Item,quid dicetur,ſi pręben-da, quam permutans probabiliter putabat pinguem, reperiatur tenuis?Itẽ, quid dicetur in caſu, de quo ſcripſi in prædicta decre.in fi.ſuper glo. non vacãtes, ſi permutatio nõ fieret in fine Maij,& Calẽd.Aprilis autem poſſeſſionem apprehenſam, vel pòſt finiretur illud decretũ, quo præbẽ. in commune conſueuerũt

reduci, ſi fateamur illam conſuetudinem non impedire, quare impedietis iſtam? Pro hoc videtur tenendum, quòd diſputantes, vel ſaltem non patiantur tenere tenendum contrarium. Et ſcio, quòd in Romana curia, aliàs eccleſia, vbi talis conſuetudo & pluribus alijs permutationibus omiſſis propter beneficiũ oppoſitionis. Reſpondeo ad primum: dicit permutans præbendę & canonicatui renunciaui, non eccleſiæ, nec hoc intendebat per hoc, quod dixit. Item inducit regulam pro ſe factem legitimè. Item aliud eſt conferri, aliud teneri, ritè collatum videtur ſcienter hoc extendere.

Item pone, quòd præbenda, quæ remanet non optata, habeat onus ſacerdotij, vel ad onus, cuius permutans non ſit capax, vt de præbend. ei cui, libro vj. Quomodo ergo remanebit ſine præbenda, ſi dicatur, quòd expectet ſequentem? Reſpondeatur, quòd non renunciauit ſuæ, vt expectaret vacantem, ſed vt haberet illam, quam ſignauit ille, cum quo reſignauit, & permutare tractauit.

ADDITIO.

Circa iſtam materiam potes ſic dicere. Aut cõſtat talem conſuetudinem extendi ad vacationem & permutationem, aut conſtat non extendi, aut dubitatur. Primo caſu ſubdiſtingue: quia aut illi, quorum intereſt, conſenſerunt, permutationi, aut non: & ſi conſenſerunt, aut ſimpliciter, aut non ſimpliciter, ſed reſeruando ſibi ius optandi. Et ſi ſeruando, aut tali ſeruatione conſenſerunt permutare volentes, aut non: ſi ſimpliciter conſenſerunt, non eſt locus optioni. Si non ſimpliciter, reſeruando ſibi ius permutare nolentibus & conſentientibus erit locus, ſed nõ cõſentientibus: ſecùs, quaſi primo caſu ſit reſeruatio veſtita cohærentia conſenſus. Sed vltimo caſu nuda facit, quod not. Ioan. And. de elect. cùm magna, de regul. iuris in generali, libro ſexto. Si verò non conſenſerunt permutationi habentes ius optandi, tunc iterũ diſtin.

diſtingue, quia aut ſuperior, qui poſſit, puta legatus, qui tali conſuetudini derogat per clauſulam non obſtante, aut non derogat.

Primo caſu non eſt locus optioni. Secundo caſu ſubdiſtingue, quia aut permutantes ſciebant, vel ſcire debebant talem conſuetudinem, aut non. Primo caſu eſt locus optioni, velint nolint, nec poſſunt ad beneficia priora redire.

Secundo caſu eſt locus optioni, vel ſi volunt, poſſunt ad ſua beneficia redire, ſi conſtat non extendi, non eſt locus optioni aliquo caſu. Si verò eſt dubium, quo caſu proceditur, tunc videtur dicendum, q non ſit locus optioni, vt potius ſciamus iure permittente permutationem fieri & volenti, quòd permutata beneficia conſequantur permutantes, vt in iuribus all. Supra quam conſuetudinem, quæ in dubio nō reuocat ius, poteſt tamen iſto caſu ſic diſtingui, quòd aut permutatio fit per ſuperiorem ad inſtantiam permutare volentium, aut iuris publici, ſ. eccleſiarum. Primo caſu locus eſt optioni. Ratio: quia hæc eſt permutatio odioſa, & cōſuetudo fauorabilis, & ideo debet interpretatio pro conſuetudine fieri & extēdi ad inſtar legis, ad hoc, de offi. or. delecto, & quod ibi no. Si verò in fauorem iuris publici, tunc non ſit loc⁹ optioni, & idem, quando fit proprio motu, ad hoc de præbend. ſi pluribus, libro ſexto, de reſcript. cum aliquibus, & c. ſi propter, eod. li. & de præben. ſi beneficia, & c. ſi à ſede, eod. li. & clemen. ſi duobus, §. neutro, vt li. pen. & quod no. Ioan. And. de re. permu. cap. vnico, libro ſexto, in Nouella. hoc non obmitto, quia in omnem caſum præbendam dimiſſam per optantem obtinere poterit is, qui obtinere poterat optatam, ideò, quia illa dimiſſa haberetur pro illa optata, de reg. iuris is, qui in ius, libro vj. vt li. pen. cap. eccleſia, cum ſimilibus, La.

Viceſimo nonò quæro: Infra quod tempus ſuperior, in cuius manib. ſunt reſignata beneficia, ex cauſa permu-

permutationis teneatur illa conferre? Supra hoc dicit Pau. de rerum permuta. in cle. ꝙ non eſt tempus præfixum à iure, ſed compellitur ꝑ ſuperiorem conferre, ſi negligens eſſet, ad hoc de iure patronatus, c. nullus, ſimile not. ipſe Pau. de reli. do. cap. ij. vbi dicit, quòd non eſt tempus præfixum antè, infra quod hoſpitalia committantur, vel conferantur, & idem no. de dato à Papa executore debet intelligi, quia in alia ſecùs, de elect. ſi cõpromiſſarius, j. reſpon. lib. vj. c. pen. de præbend. eo. lib. & idem in electione Imperatoris no. de iureiuran. capit. ij. libro vj. & idem in receptionibus canonicorum, vbi non eſt certus numerus, vt no. Ioan. And. poſt Hoſtien. de elect. cũ eccleſia, & de conceſ. præbend. ex parte, ſed in iſto caſu non eſt iuris, quia ibi non dicitur vacare canonicatus, vel præbenda, de præben. cap. dilecto. ſed contrà, de conceſſ. præben. c. ij. Solutio, ibi vacant beneficia ſimpliciter, hîc, ſ. in caſu permutationis, vacant ſecundum quid, vel ex cauſa. Item ibi collator habeat libertatẽ in cui dando, hic verò neceſſariò aſtringi ad cõferendũ hĳs, qui reſignarunt ex cauſa prædicta. Iſta ratio poteſt impugnari per idem, quod no. Io. An. in no. de elect. publicato, in fi. poſt Vincentium, & Compoſt. Petrũ, & Abbatem, ibi dicens, quòd ſi publico ex ſcrutinio canonici nõ eligant, quem nominarunt, deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem, qui debet eligere illum nominatum in ſcrutinio. Et ibi Comp. clarius, q̃ Ioan. exprimit de ſpacio trium menſiũ, ſed ibi eſt tẽpus expreſſum in iure, infra quod tenentur canonici eligere, ſed in hoc caſu non eſt tempus expreſſum in iure: cõpellantur ergo per ſuperiorem, & ſi monitus non expediat infra terminum competentem ſibi aſſignatum, hoc faciat ſuperior, ad hoc de offic. ordi. irrefragabili, §. exceſſus, & ca. quanto cũ ſi. ad hoc facit, quod no. de ſup. neg. præla. c. j. lib. vj. & quod no. Io. And. in Nouel. poſt Hoſt. & Cõp. in c. cùm eccleſia Vulte. de elect. Fredericus.

Poſſet

Poſſet probabiliter dici, ꝙ ſi ſuperior, qui renunciationem recepit ex cauſa permutationis fiendę, tertiò requiſitus, ac renunciantibus nō contulit, vel in prædicta requiſitiōe dixit ſe facere nolle, eſt in optione renunciatum, an velint ſuperiorem alium adire, vt eis conferat beneficia reſignata, vel à permutatione fienda deſiſtere, & ad ſua beneficia reuerti, quòd liberè licet eis, ad hoc facit de præbend. ſi beneficia, libro vj. facit etiam de ſupplen. neg. prælat. ca. vnico, in cle. & de offi. ordi. irrefragabili, & quod vtrobique no. per Io. An. de locato, potuit, de ap. ab eo. lib. vj. & in clemen. quamuis, eo. titu. & idem fortè erit elapſis ſex menſibus à tempore renunciationis & ipſius renunciationis. Lapus.

Triceſimò quæritur: An permutatio facta per Epiſcopum, cōtemptis his, quorum intereſt, puta collatoribus, electoribus, vel patronis, ſit nulla ipſo iure, vel annullanda per ſententiam? Pau. eo. ti. ca. vnico, dicit, quòd cōſenſus iſtorum poteſt interuenire antè & pòſt. Et per hoc dat intelligi, quòd non ſit nulla, ſed annullanda. Nam ſi fuiſſet nulla, nō poteſt ratificari per ſubſequentem conſenſum, de elec. auditis, cū ſpeciale eſt in elec. vbi certa forma requiritur & ſententia, in alijs ſecùs. Sed ſi Io. An. vt ipſe no. de re. ecc. c. j. li. vj. in gl. fi. per Lap. Et ꝙ ſit annullanda per ſententiā, videtur per factum, c. ꝙ ſic, de elect. & de præben. cùm in eccleſijs, lib. vj. Optimè facit de his, quæ fiunt à præla. c. ea noſcitur, vbi cōtemptus conſenſus totius capituli, vel maioris partis reddit actū annullandum. Sed opinio Inno. & Hoſti. & Io. And. in verbo conuenit, dicit ratione contemptus, alle. de elect. quòd ſicut, §. ſin autem: ergo innuit annullandū eſſe. Ad idem & videtur caſus de iure pat. c. illud, in fin. & quod not. per Io. And. Hoſti. Vincen. de elec. dudū, ij. ſuper ver. cōmendatam, & de iure pa. per literas, de elect. nemo, lib. vj. & quod ibi no. Lapus. Sed contrà, de his, quæ fiunt à præla. irrita, c. j. ibi et. xij. q. ij. ſine

exceptio-

exceptione, xvj.q.vij.decernimus, quod enim in aliquorum præſentia neceſſe eſt fieri. Si primo nō fiat, non valet, quod agitur, vt legitur, & no. de offi.dele. cauſa matrimonij. Item non debet concedi vna via, quòd alia denegatur, de procu.c.tue. Sed ſi Epiſcopus conferret præben. vbi ad capitulum pertinet electio, collatio nulla eſt, etiam ſi legatus de latere cōferret, de offi.le.c. iiij. lib. vj. Et ſufficere debet iſtud vulgare: Pro non dato habetur, quòd ab illo datur, qui de iure dare non poteſt, vt de iure pa. quod autem cùm ſi, ergo collatio, quam faciet per viam permutationis, nō valeret. Vnde placet mihi, quòd ſit annullanda, non nulla per prima iura. Et ratio eſt, quam dixi ſuprà, q. xxij. Et iſte actus permutandi, ſeu auctorizandi, principaliter dependet ab Epiſcopo: debet tamen ea facere cum conſenſu capituli, non tamen ſine illo eſt nulla: debet etiam interuenire conſenſus, quorum intereſt, vt qui habent eligere, præſentare, vel conferre, & tunc eſt nulla, ſi contradicant, vel non conſentiant, ad hoc clement. de ſtatu mo. capitu. ne in agro, §. ad hoc Lapus. Et quamuis collatio ad eum non pertineat, non eſt tamen defectus ex parte facientis, licet malè faciat contemnere, quorum intereſt, nec obſtāt iura, quæ innuunt collationem nullam, quia loquūtur in illo caſu in quo Epiſcopus nō debet requiri, in quo Epiſcopus non habet collationem. Sed in permutatione ſecùs, vt ſæpius dictum eſt, & ſic loquitur, c. decernimus, non obſtat, cap. ſine exceptione. Quia ad hoc poteſt dici, quòd ſit caſus ſpecialis, vt bona eccleſiæ melius conſeruentur, ſecundum Hoſtien. qui hoc ño. de his, quæ fiunt à præla. c. j. non nulla, ſed annullanda. Nec ob. c. cauſam, quia ibi actus iudicādi pertinebat ad plures æqualiter & ſimpliciter. Et ſic vnus ſine altero nihil poteſt facere. Sed in caſu noſtro principaliter pertinet ad vnum, vnde illi, quorum intereſt: puta, qui habent eligere, conferre, vel præſentare, non faciunt permutationem, quam non poteſt facere Epi-

re Epi-

re Epiſcopus, ne impediat electionẽ, vel præſentationem fieri per eũ, ad quem ſpectat, iuxta id. de re. iu. nõ poteſt, li. vj. La. Sed permutare volentes, ſuperiores aſſentire, quæ ſunt diuerſa, ff. de ver. ſig. aliud eſt vendere, aliud eſt venditioni conſentire. ſimile, quod no. de præb. cùm in illis, in fi. ij. colum. pen. ver. idem mutatis terminis. per Ioan. An. in Nouella. Et ſecundum hoc poterunt illi, qui dicunt permutationi cõſentire, priuſquã caſſetur collatio, ex permutatiõe facta cõferre, eligere, vel præſentare. Et ſi fiat, nõ valeret, de cõceſ. præb. c. j. & ij. Secùs videtur, quando ex cauſa permutationis id fieret: tunc enim videtur, ꝙ propterea non impedietur. qui electionem, collationem, ſeu præſentationem facere poſſunt illi, ad quos ſpectat, imò liberè per eos fieri poterit electio, prouiſio, & præſentatio, abſque alia caſſatione prouiſionis per ſuperiorem facta, ſecundum ea, quæ not. per Ioan. And. poſt Inno. & Hoſtien. de exceſ. præl. inter. Poſſet etiam dici fortè, quòd ſi legatus etiam de latere conferat ex cauſa permutationis eccleſiam collegiatam, non conſentientibus, quorum intereſt, nõ valet collatio legati, nec impediet collationem, vel electionem illorum, ad quos ſpectat. facit ad hoc, ca. deliberatione, primo reſponſo, de offic. leg. libro vj. Ratio: quia legatus non poteſt abſque conſenſu illorum, imo eſt prohibitus: vt ibi. Et fortè non eſſet cõtrarius, dicere, quòd talis legatus etiam de conſenſu capitulorum eccleſiam collegiatam permutare, ſeu ex cauſa permutationis conferre non poteſt, & hoc per dictum cap. deliberatione. Epiſcopus verò cum illorum conſenſu permutationem facere poterit, aliàs non: & ſi eam faciat eis contradicentibus, non valebit, nec impediet præſentationem, collationem, vel electionem fieri. Ratio: quia Epiſcopus non poteſt eam facere ſine illorum conſenſu, & ſi aliter faciat, non faciet ſecundum ius. Sed contrà, habebat locum regula iuris. Non præſtat impedimentum,

& de

& de reg.iu.libro ſexto. Pendet tamen nullitas ab eis, vt ſi conſentiat, valeat: & ſi cōtradicunt, non valeat; & vide, quod habetur, & ſcripſi. ſup. xxj. Lapus.

Triceſimo primò quęritur. Infra quod tempus hi, qui contempti ſunt in permutatiōe, poſſint agere de contemptu, & idem poteſt quæri de eo, qui fuit contemptus in collatione. Videtur dubium, quòd ſi pòſt tacitè, vel expreſsè conſenſerunt, non audiantur, de his, quæ fiunt à ma. parte ca. ex ore, & de app. cōcertationi, libro ſexto, aliàs audiantur infra ſex menſes à tempore ſcientię computando, ſecundum Hoſtien. alleg. de conceſ. præbendarum, quia diuerſitatem, c. vt lite non conteſta. capit. quoniam, §. ſi verò, de his, quæ fiunt à præl. c. li. ſecùs in electione, vt ibi no. Io. And. ex quo non comparuit, inf. tempus edicti, ſaluo eo, quod habetur, qui ma. accu. non poſ. capitu. vlti. Et de illis, quæ veriſimiliter permutationem ignorare potuerunt. Fredericus.

Triceſimo ſecundò quæritur. Dictum eſt ſupr. ꝙ requiritur auctoritas Epiſcopi, licet ad inferiorē pertineat collatio, vel inſtitutio. Modò quæritur: An renunciatio & collatio debeant fieri in manibus Epiſcopi, & per ipſum conſentientibus, quorum intereſt: An verò renunciatio in manibus eorum, ad quos aliàs pertinebat inſtitutio auctorizante Epiſcopo? Et videtur, quòd in manibus illorum, ad quos aliàs pertinebat, à ſimili eius, quod habetur xij. q. ij. placuit et. c. abbati. & xvij. q. iiij. in venditionibus. Ex quibus probatur, quòd quando alienatio facienda eſt per aliquem prælatum, ille prælatus alienat conſentiente & auctorizante Epiſcopo. Item à contrario ſequitur hoc abſurdum, quòd ſi à manibus Epiſcopi fieret renunciatio, & per eum collatio, in proxima vacatione, Epiſcopus poſſet dicere ſe eſſe, quaſi in poſſeſſione iuris conferendi, quod nefas eſt conſentire, ſed Ioan. An. & Pau. eo. tit. c. vnico, in clemen. dicunt, ꝙ Epiſcopus hîc aliàs totum factum expediat, conſentientibus

tib⁹ tamē his, quorū intereſt, hoc etiam videtur probari per c. quæſitū, e.ti. in fi. & etiam ex hoc ſequitur hoc nouum & mirabile, quòd eccleſia conſueta refirmare per viam electionis & confirmationis, vel per viam præſentationis & inſtitutionis reformetur nūc per viam collationis, per epiſcopū videlicet, qui aliàs non habebat cōfirmare, vel inſtituere, ſed certè hinc nullum inconueniens, ex quo conſentit ille, cuius intereſt. Et eſt ſimile, quod no. Hoſt. in ſumma, de iure pa. in fi. vbi dicit, quòd patronus poteſt recipere eccleſiā vacantem ab Epiſcopo, licet ad Epiſcopum nō pertineat collatio, ſed inſtitutio, idē no. Io. And. poſt eū, de iu. pa. per noſtras. Nō ob. q̄a aliàs fieret pręiudiciū inſtituenti. Nā illud haberet locū, vbi Ep̄s ſimiliter conferret, vt de cauſa poſ. & proprie. c. vltimo, cùm ſi quod non eſt in caſu noſtro, Fredericus.

Triceſimo tertiò quæritur: Pone, quòd duæ eccleſiæ ſunt vnitæ canonicæ menſæ cuiuſdam monaſterij, volūt rectores ipſarum permutare, nunquid poſſunt, maximè non cōſentiente monaſterio? Et eſt dicendum, quod non: quia cùm eccleſiæ iſtæ ſint factæ de menſa monaſterij, & ammodo vacare nō poſſint, vt de exceſ. præla. c. vnico, ver. quidam, in cle. nō poteſt interuenire permutatio, cùm in ea fiat beneficiorum vacantium collatio, vt ſępius dictū eſt. Sed nunquid erit locus permutationi canonicatuū & pręben darum, vbi non eſt certus numerus canonicorū, nec diſtinctio præbendarum? Secundū hoc videtur, ꝙ ſic, per id, quod habetur in c. dilecto, de præben. contrariū mihi reſpondit Io. An. Et poſſet eſſe ratio: quia licet non vacet per mortem, vel ſimplicem renunciationem illorum, &c, ſed contra dict. Ioan. eſt talis ratio, licet enim in tali eccleſia non vacent præbendæ, vel canonicat⁹ per mortē, vel ſimplicē renunciationē illorum, qui canonici & præbendati ſunt, vt in d. cap. dilecto, ſatis tamen eſt, quantū ad permutationem, ꝙ renunciatur eis ex cauſa permutationis. Sed hoc

Iuri conſonum nõ videtur: cùm, vt tunc eſt dictum, vacare non poſſunt. Et in permutatione debet vtrũque vacare, propter quod prius dictũ Ioan. And. veriꝰ videtur. Lapus. Ad hoc facit, viij. declaratio, ſuper cõſtitutione execrabilis Io. xxij. vbi dicit, quòd ſi eccleſia erat canonicè vnita, & poſtmodũ vigore dictæ cõſuetudinis dimitti contingat, non cadit ſub illa reſeruatione, quia non vacat. Et econtrario ſequitur abſurdum, quia ſi iſti poſſent permutare, ergo & alij, & ſic deinceps vnio non haberet deſideratum effectum, et non ſubmitteretur menſæ monaſterij, cuius tenuitas fuit cauſa vnionis, & id de beneficio extincto, vt de hoc no. Io. An. in Nouel. c. vnico, li. vj. Ad præmiſſa facit declaratio facta ſuper conſtitutionem execrabilis Io. xxij. vbi dicitur quòd ſi eccleſia erat canonicè vnita, & poſtea eam vigore dictæ conſtitutionis dimitti contingat, non cadet in illa reſeruatione, quia non vacat, Frederi.

Triceſimo quartò quæritur. Pone, ꝙ numerus vigenarius canonicorũ eſt reſtrictus ad numerũ duodecimũ, & hæc reſtrictio facta eſt legitimè & iurata, & ſic ordinatum eſt in ea, ꝙ decedentibus canonicis nullus ſubſtituatur, donec ſit deuentum ad numerum duodecimum, modo duo de numero exceſſiuo volunt permutare auctoritate legati, nunquid poſſunt? Dic quòd non, per id, quod no. gra. §. proxi. & quæſt. xxj. quia legatus non poteſt tollere ſtatuta de eccleſia, vt no. Archid. de præben. ſi à ſede, lib. vj. Fredericus. Si ſtatutum non ſit auctorizatum per Papam, ſi ſit per ſtatuentes iuratum, licet obſtet impetranti de iurato ſtatuto, mentione non facta de reſcrip. conſtitutus, etiam ſtatuentibus, vt in cap. dilecto, de præbend. & de iureiu. debitores, non tamen videtur obſtare legato de latere, quin ſaltem ad mandatum ipſius, facta mentione de numero, poſſet & debeat venire cõtrà, ſine metu periurij. Eſt tamen in iuramẽto auctoritas ſuperioris excepta, & de iureiu. venientes, in fi.

prout

prout ibi etiam no. Vnde ſi quis iurauit non exire domum infra xv. dies, & interim citetur à iudice, tenetur exire, nec eſt tranſgreſſor iuramenti, vt no. Archi. decima quint. quæſtione ſexta, auctoritatem, & Guil. in ſpe. de accuſa. §. primo, ver. quid ſi quis de hoc per Ioan. An. de elect. ſi eum, libro ſexto, & de appel. cùm cauſam. Lapus.

Triceſimo quintò queritur: Pone, retento eod. themate, ꝙ permutatio fiat per illos, qui fecerũt ſtatutũ: an valeat permutatio, quaſi per cõtrarium actum videantur refutare numerum, vt de conſti. cùm acceſſiſſent, in fi. Solutio huius quæſtionis dependet ab illa quæſtione, qua quæritur: an teneat receptio canonici contra ſtatutũ iuratum. Arch. dicit, ꝙ nõ, vt not. de præb. ſi à ſede, li. vj. Io. An. dicit, ꝙ receptio tenet, ſed recipientes ſunt periuri. de præb. dilecto, ſed Pau. dicit, de re iudi. c. j. in clem. quòd non ſunt periuri, & receptio tenet, quia recipiendo capitulariter tacitè reuocant ſtatutum, & ſtatuto ſublato iuramentum non ligat. Sed cùm iſtud ſtatutum non potuit habere vires, niſi Epiſcopo auctorizante, vt de conſue. capit. antepenult. quomodo ſoli canonici poſſunt per contrarium actum tacitè reuocare ſtatutum, cùm non poſſunt hoc expreſsè? Vnde æquior videtur opi. Archid. vt quicquid fit contra licitum iuramentum, ſit nullum. Ad hoc de præſcrip. ſi diligenti, & ſecundum hoc non videtur permutationem valere, de hoc not. Ioan. And. de re. permu. c. vnico, libro vj. in Nouella. Si volumus receptionem canonici tenere, & valere contra iuramentum, vt dicatur ordinatio talis tacitè fuiſſe ſublata, ex eo, quia permutationi conſenſerũt, & contra ordinationem fecerunt, tunc dicemus permutationem valere, quaſi tacitè numerus vigenarius ſit per contrarium actum reſtrictus, per capitu. cùm acceſſiſſent, Fredericus. Vel dic, quòd aut tollunt ſtatutum ipſum directè, ſcilicet, ipſum reuocando expreſsè. Non eſt dubium, quòd valet reuocatio, & per-

mutatio impunè. Aut reuocant tacitè conueniendo, Et tunc ſi fiat ex cauſa legitima & neceſſaria, hoc caſu non ſunt periuri, & permutatio tenet. Aut ſine tali cauſa, & tunc non valet, permutatio, & ſublatum videtur ſtatutum ipſi tantùm, qui cõtrà faciunt, ſunt periuri, ſecundum ea, quæ no. Ioan. And. in cap. dilecto, de præbend. & de offic. vica. cap. fina. in Nouella. libro vj. Lapus.

Triceſimo ſextò quæritur: An capitulum ſede vacãte poſſit recipere reſignationem beneficiorum ad collationem ſolius epiſcopi, vel expectantis pertinentium ex cauſa permutationis faciendæ. Et videtur, ꝙ non, quia capitulum non poteſt talia beneficia conferre, & ſic permutationem perficere non poſſunt, vt no. Io. And. eo. ti. c. vno. & glo. penul. in clemen. Sed contrà videtur. Nam capitulum tanquam gerens vices epiſcopi poteſt beneficiatos priuare, & per conſequens beneficiorum renunciationẽ recipere, vt not. de re. permu. c. vnico in clemen. poſt Inn. & dixi ſup. queſt. xxvj. Epiſcopus ergo ſucceſſor perficiat permutationem, quam ex licita cauſa vices gerens inchoauit. Ad quod facit, quod nota. per Innocen. & Com. de reſcript. eccleſiæ. Et ſi Epiſcopus noluerit, tũc iſti, aut redeunt ad ſua beneficia, aut recurrunt ad ſuperiorem Epiſcopi, vt fuit dictum ſuprà, quæſtio. xxvj. Sed poſſet quis inſtare, & dicere, quòd licet capitulũ poſſit corrigere, & punire, & etiam priuare, quia hoc pertinet ad meram iuriſdictionem & iuſtitiam. Et ſuper correctione poſſit ſtatuta facere, vt Peruſij diſputaui, de qua quæſtione facit mentionem Io. And. de maio. & obe. capitu. vnico, libro ſexto, in Nouella. nõ tamen talem renunciationem recipere, cùm hoc potius ſit gratia, quàm iuſticia, & potius pertineat ad voluntariam, quàm ad contentioſam iuriſdictionẽ. Sed certè iſta ratio non vrget, quia plura poteſt capitulum ſede vacãte de pertinẽtibus ad Epiſcopum, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt no. in glo. ad

quam

quam remittit Ioan. And. in Nouella. de maio. & obe. ca. vnico, libro ſexto. Nam & capitulum poteſt commendare beneficia expectantia ad collationem ſolius Epiſcopi, vt no. Archid. de Inſti. ca. j. libro ſexto. Et Epiſcopus poteſt commendare beneficia expectātia ad collationem Papæ, vt no. de elect. nemo, in fin. magnæ, glo. libro vj. Et facit, quod not. ſup. §. iij. vbi dicitur, quòd Epiſcopus poteſt recipere renunciationem beneficiorum, quæ conferre non poteſt, puta reſeruatorum, nec interuallum temporis nocet, vt dixi ſuprà, quæſtio. xj. Caueant tamen ſibi, ne ante collationem ſibi factam adminiſtrēt, ne pœnam incurrāt, argum. de elect. noſti, & ca. qualiter, & eod. titu. auaritiæ, li. vj. & eo. li. de præben. eum qui, & facit, quod dixi ſuprà, §. vij. Fred.

Quia ſuprà dicitur, quod Epiſcopus poteſt recipere reſignationem beneficiorum reſeruatorum, quæ conferre non poteſt, dico, quòd licet Epiſcopus beneficia reſeruata cōferre non poſſit præſeruatione obſtante, tamen dicitur poſſe reſeruationem recipere beneficiorum expectantium ad collationem ipſius, cùm non ſit prohibitus reſignationem recipere, ſed conferre, ſecùs in capitulo, quod eſt prohibitum ab vtroque. Dicendum videtur, quòd ſi gratioſè fiat reſignationis receptio, non poterit eam facere capitulum ſede vacante, ad quod facit de renuncia. cap. admonet. Si verò fiat in reſignantis pœnam, tunc poſſet facere, e. tit. quædam in extrauag. Io. xxij. execrabilis, §. qui verò, & §. cæterùm Lapus.

Triceſimo ſeptimò quæro: An duo permutare volentes poſſint vnum ſolum procuratorem cōſtituere ad ſua beneficia permutanda. dubium mouet, ff. de procurat. l. licet, §. ſi. ſi plures, & id, quod legitur & no. ff. de aucto. tu. l. faciente, & de adop. l. ſi conſul, & de proba. c. ex literis. Credo, quòd poſſint, & ſic practicatur in curia Romana: dicet ergo procurator Epiſcopo, Ego talis vt procurator, P. renuncio in manib.

veſtris talem ſuam eccleſiam ex cauſa permutationis faciendæ, cum Ioanne de tali ſua eccleſia. Et ego, vt procurator, Ioannis reſigno talem ſuam eccleſiam ex cauſa permutationis faciendæ cum P. de tali ſua ecceleſia, quibus reſignationibus ſic factis, & receptis, Epiſcopus conferet eidem procuratori vnam eccleſiã pro tali, & aliam pro tali recipiente, & ſine procuratore recipiente, videlicet collatio, vt de præben. ſi tibi abſente, libro ſexto.

Triceſimo octauò quæro: Pone, quòd quidam tractantes de permutatione beneficiorum ſuorum, quã dictis beneficijs & ſibi vtilem credebant fore, conuenerunt & promiſerunt ſibi inuicem, fide data, procurare dictorum beneficiorum permutationem per illos, quorum intereſt, quia facere & auctorizare poſſent. Nunc verò alter illorum huiuſmodi promiſſionis pœnitet, & non vult reſignare ex cauſa prædicta, quæro, an altero inſtante, poſſit ad permutandũ cõpelli? Videtur, ꝙ non, quia in talibus debet ceſſare omnis pactio, omniſq; cõuentio, de pactis, c. vlt. & j. q. ij. quàm pio, de re. permu. quæſitum, cum ſimilibus.

Sed contrà. Iſti non ſimpliciter conuenerunt, ſed promiſerunt dare operam, vt permutatio fieret per illos, qui facere poterant, quod non videtur prohibitum, vt de reſti. ſpo. olim el. primo, & quod no. de rap. ad audientiam, ij. in glo. ſed nunquid, & de præbend. ſignificatum.

Item, fidei datio, & iuramentum æquipollent, ꝙ me. cauſa, ad aures, & quod no. de fideiuſ. c. ij. & ſunt ſeruanda, quomodo poſſunt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari, de iureiur. ſi verò.

Videtur dicendum, quòd ille, qui inſtat permutationem perfici, non poſſit petere iure actionis, alterũ pœnitentem compelli ad permutandũ. Nam ſi ambo inſtarent pro permutatione facienda, non cogitur ſuperior eam facere, ſed totum pendet ex arbitrio ſuo, eod. titu. quæſitum, & capitul. antepenul. & vltimo, licet

licet malè faceret ſuperior permutationi non cõſentire, ſi neceſſaria vel expediens eſſet eccleſijs, ad hoc, de iu. pat. nullus, & eſt ſimile, quod nota. j. quæſt. vij. exigit. Superior ergo poteſt illum compellere, vt de nolente fiat volens: nam ipſe contradicere nõ poteſt, ex quo promiſit fide data procurare permutationem ad hoc, quod no. de renuncia. quòd in dubijs, & quod metus cauſa, capit. pen. & ſi illud nollet, fortè poterit transferri inuitus, qui hoc noluit, & facit ratio ac mens decre. quidam, de renunci. & facit de ſpon. requiſiuit, & adde, quod no. ſuprà, quæſt. xxv. Non obſtant iura, quæ prohibent pactionem, quæ loquũtur de pactione illicita, & pro tanto, Hoſtien. in ca. quæſitum, eo. ti. ſuper verbo, quæ dicit, ſi pactio expreſſa & præcedens facta ad aliquid temporale dandum, vel faciendum, vel remittendum, alia iura prohibẽt permutationem prouenientem ex pactione partium ſine auctoritate ſuperioris, ſed non prohibeat, quin ſuperior poſſit compellere illum ad permutandum, vt ſuperius dictum eſt.

Triceſimo nonò quæritur. Pone, quòd vnus ex permutantibus eſt aggrauatus debitis, nomine eccleſiæ ſuæ, & eſt tale debitum, ad quod ſoluendum eſt eccleſia efficaciter obligata, rector iſtius eccleſiæ ſic obligatę vult, quod ille, cum quo vult permutare, promittat ſibi, ꝙ ſi contingat permutationẽ inter ipſos perfici, ſoluat debita prædicta, fortè, quia creditores ſunt conſanguinei ſui, & non vult, quòd patiantur contradictionem ſuper debitis illorum: Quæritur, an talis promiſſio poſſit de iure fieri: & videtur, ꝙ ſic, quia ſine promiſſione ad hoc teneretur, ſcilicet ad debita eccleſiæ ſoluenda, & illud, quod ſubintelligitur, videtur in pactum poſſe deduci. Ad hoc facit, quod nota. de præbend. ſignificatum, & de electioni. ſignificaſti cùm ſi. Item, hic nulla cupiditas ex parte recipientis promiſſum. Item, quia nihil applicatur ſibi. Itẽ nihil deperit permutanti, quia eccleſia obliga-

tiuè & ſufficiens ad ſoluendum, & ſic de ſuo nil ſoluerct. Sed contrà, iſte aliàs non renunciaret, niſi hæc pars illa ſibi promitteret. Sed renunciatio debet eſſe pura, nulla præcedente pactione, de pact. capitu. vltimo. Sed poſſet reſponderi, quod loquitur de pactione illicita, ſcilicet, vt temporale detur pro ſpirituali, ſed in caſu noſtro nil datur, & facit, quod dixi ſuprà, §. proximo poſt Hoſti. fateor, ſed niſi referatur, vt aliquid recipiat, vt ab obligatione liberetur. Item etiam in actu permutationis fortè poſſet dicere rector: Renuncio eccleſiæ meæ ex cauſa permutationis faciendæ cum P. cum eccleſia, quam ipſe P. habet, quam eccleſiam paratus ſum recipere, cum omnibus iuribus, actionibus, & omnibus, quæcunque ſint, conſulendū eſt abſtinere debere, ne fraus cōmittatur, quia abſtinendum eſt etiam à re licita, ſi habet ſpeciem mali, ad hoc de ſymo. audiuimus et. i. quæſtio. j. emendari, Fredericus.

Quadrageſimò quæritur: An ſola æqualitas beneficiorum, ſiue ratione redituum, ſiue onerum incumbentium vni beneficio, & non alteri reddat permutationem nullam, quaſi fraus ſic probata? Credo ꝙ non, & ſemper fui in hac opinione, nō negotio, quo minus ſit aliqua lis, præſumptio fraudis, quia nō eſt veriſimile, quòd aliquis velit defendere, vel res ſuas iactare de renun. ſuper hoc, ſed non eſt ſufficiens probatio. Et in hoc ſummè placet, quod not. Io. Mo. Io. And. in Nouella. eodem titu. capitul. vnico, libro vj. ynum etiam no. quod non eſt permutatio, ſcilicet, renunciatio. Si renuncio beneficio, modo vt habeas illud, & tunc detur nepoti modo, Fredericus.

Sequitur Tabula.

# TABVLA, SIVE REPERTORIVM
## AD PRAEDICTAS QVAESTIOnes facilius inueniendas.

*AN permutatio facta per ordinarium de reſeruatis valeat.* 1

*An permutatio facta per legatum de beneficiis reſeruatis valeat, cùm Papa conceſſerat, quòd auctoritate Apoſtolica poſſet recipere reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis, & ea conferre.* 2

*An in caſibus præcedentibus, in quibus non valet permutatio, cum effectu ſaltem valeat renunciatio.* 3

*An permutatio facta per Papam de beneficijs reſeruatis, non facta mentione de reſeruatione, valeat.* 4

*Quid habeant facere permutantes, ſi in caſibus ſupra dictis non tenuit collatio ex cauſa permutationis, ſed tenuit renunciatio.* 5

*Quid ſi permutantes credentes permutationem tenere, cùm non teneret, adminiſtrarunt in beneficijs ſic permutatis.* 6

*Quid ſi tales permutantes adminiſtrantes fuerunt in culpa, & moriantur, an vacent beneficia per mortem, vel alio modo.* 7

*Quid ſi permutans non tenuit, an poßint propria auctoritate ad ſua beneficia redire, ſi permutantes non fuerunt in culpa.* 8

*Quid ſi permutatio completa eſt ex parte vna, & ex*

*alia parte non poteſt compleri.* 9
*Quid ſi vnus ex permutantibus habet ius, alter non: an iſte, qui non habet ius, acquirat ſibi ius in beneficio, quod aſſequitur.* 10
*An permutatio poßit fieri cum interuallo temporis.* 11
*An habens duo beneficia poßit permutare cum habēte vnum, & dante duo pro vno, vel duo permutare cum duobus.* 12
*An habens ius ad rem poßit permutare cum habente beneficium, vel ius in re.* 13
*An beneficium cum hoſpitali, vel præſtimonia poßit permutari.* 14
*An beneficiatus poßit cum commendatario permutare.* 15
*An habentes beneficia manualia poßint permutare.* 16
*An ſi habentes beneficia manualia permutauerunt auctoritate Apoſtolica, poßint prohibiti reuocari, vt prius.* 17
*An in permutatione debeat fieri mentio de alijs, quæ habent permutantes.* 18
*An prælati poßint permutare inuitis capitulis et conuentibus, ad quos pertinet electio.* 19
*An ſufficiat maior pars capituli ad conſentiendum.* 20
*Quid ſi beneficia permutata habent patronos laicos.* 21
*An Epiſcopus poßit permutare inuito collatore.* 22
*An inferior ab Epiſcopo poſſet præſcribere ius permutandi.* 23
Si

Si permutatio eſt vtilis eccleſiæ, et illi, quorum intereſt, nolunt conſentire: An Epiſcopus eis inuitis poteſt permutare. 24
An beneficiati poſſint inuiti cogi ad permutandũ. 25
An vicarius ſeu officialis Epiſcopi poſſit permutationem auctorizare. 26
An in permutatione ſufficiat, quòd Epiſcopus auctorizans permutare volentibus renunciantibus, & collationem petentibus, dicat: placet, ſine alia collatione. 27
An in præbendis permutatis habeat locum optio. 28
Infra quantum tempus ſuperior, in cuius manibus ſunt reſignata beneficia ex cauſa permutationis, teneatur illa conferre. 29
An permutatio facta contemptis, quorum intereſt, ſit nulla vel annullanda. 30
Infra quantum tempus contempti in permutatione poſſint agere de contemptu. 31
An in permutatione, ſi collatio ſpectat ad aliũ, quàm ad Epiſcopum, renunciatio debet fieri in manibus Epiſcopi, & per ipſum collatio, an ſpectet ad eum ſola auctorizatio. 32
An rectores beneficiorum inuitorum poſſint inuicem permutare. 33
Si numerus in eccleſia eſt reſtrictus, puta de numero viginti ad duodecim: an de numero exceſſiuo poſſit fieri permutatio, & per illos, qui reſtrictionem fecerunt. 34
An ſi in caſu proximo fiat permutatio, valeat. 35
An capitulum ſede vacante poſſit recipere reſigna-

*ſignationẽ beneficiorum ex cauſa permutationis ad ſolius Epiſcopi collationem pertinentium.* 36

*An duo per vnum ſolum procuratorem poßint permutare.* 37

*An ſi duo fide data promiſerunt procurare, quòd ſuperior eorum beneficia permutabit, an alter inuitus ex hac promißione ad inſtantiam alterius compellatur permutare.* 38

*An alter ex permutãtibus poßit alteri promittere licitè ſoluere debita, ad quæ eſt eccleſia efficaciter obligata.* 39

*An ſola inæqualitas beneficiorum reddat permutationem nullam.* 40

Explicit tabula.

QVIA de permutationibus beneficiorum habitus eſt ſermo, quęrendum occurrit, nunquid permutatio beneficiorum per Epiſcopum, vel alium inferiorem à Papa, vt per Apoſtolicæ ſedis legatum de latere facta, non vocatis his, qui habent eligere, vel pręſentare, vel ordinare rectores, in beneficijs permutatis, valeat. Et ſi non valeat, an ſit nulla ipſo iure, vel annullanda. Et nunquid impediat, antequam declaretur nulla, vel annulletur electionem vel præſentationem fiendam per eos, ad quos electio vel præſentatio ſpectat. Dicendum videtur, quòd ſi ſint beneficia collegiata, tunc ſi fiat per legatum, etiam cum conſenſu illorum, ad quos ſpectat electio, vel præſentatio, ſeu collatio non valeat. Et hoc per cap. penul. de offic, le. libr. vj. Si enim prohibitio dicti cap. non comprehenderet permutationem, tunc benè valeret, etiam ſine ipſorum conſenſu

ſenſu

ſenſu, per cap. dilectus de offi. lega. & per cap. ſi Abbatem de elect. libro vj. & per cap. j de offic. lega. eod. lib. In alijs beneficijs benè valet etiam ſine conſenſu illorum, qui habent eligere, vel conferre, vel pręſentare, ſi perſonæ ſint eccleſiaſticæ. Si verò ſint patroni laici, tunc non valet, ſi contradicant, nec impedit præſentationem fiendam per eas. Si verò non contradicant, valet. Si autem fiat per Epiſcopum, debet fieri cum conſenſu illorum, quorum intereſt, & cum conſenſu capituli ſui, alioquin eſt nulla contradicentibus illis, ita, quòd abſque alia caſſatione poterit collatio vel præſentatio fieri. Ad hoc xvj. quęſtione vij. decernimus, & de re iudi. cum Bertold. Si tamen capitulum ſuum contradicat, non eſt nulla, ſed annullanda, de his, quæ fiunt à prælat. ea noſcitur. Sed ſi ſpectaret electio, collatio, vel præſentatio ad ſuū capitulum, tunc eis contradicentibus eſt nulla, ſicut ſi ad alios pertineret. Hæc vera in permutatione beneficiorum, vt beneficiorum ad beneficia temporaliter, non autem in permutatione, in proprietatem, & perpetua in illa, & etiam in vnione requiritur. Si per Epiſcopum fiat conſenſus illorum, quorum intereſt, & ſui capituli, etiam expreſſus, nec ſufficit tacitus conſenſus. In temporali verò valet ſecuta ratihabitione tacita vel expreſſa ex tunc in perpetua, non valet, ex tunc, quòd factum. Item in temporali non auditur idem, qui fecit prætextu ſolennitatis obmiſſæ contraueniens, nolens reuocare quod fecit. In perpetua verò auditur ratio: quia ſolennitatis obmiſſio in temporali eſt de iure priuato, cui renunciari poteſt. Secus in publico. de fo. compe. ſi diligenti, & qđ ibi not. hoc coll gi poteſt xij. quæſt. ij. in ſumma, & cap. ſine exceptione, & cap. Abbatibus, & xvj. quæſt. j. poſſeſſiones & cap. cùm temporis qualitas. Et de his, quæ fiunt à prælat. cap. j. ij. iij. & cap. ea noſcitur, & capit. tu. & capitu. paſtoral. de dona. paſtoralis, & capitu. inter dilectos, & de his, quæ vi me. cauſa fi.

cum dilectus, de reſtitu. ſpo. olim. de exceſ. prælat. ſicut vnicè, de elect. noſti. de fi. presbyte. veniens, de cleri. coniu. diuerſis fallacijs, de præbend. cum in eccleſijs libro vj. de rebus eccleſi. non alie. dudum eod. libro & clemen. ſi vna, eodem titu. de ſtat. mo. ne in agro. §. ad hoc. Et ex his plura vtrobique not. Lapus de Florenti.

*Explicit tractatus Domini Frederici de Senis ſuper permutatione beneficiorum, directus domino Lapo de Podioboniti, qui fecit additiones, quæ ſunt in prædictis quæſtionibus inſertæ.*

# INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.

## A.

ABbas eſt per monachos eligendus. 23
Abbas exemptus an ſit poſtulandus. 97
Abſens procuratorem ad eligendum conſtituens, locum exprimat & impedimentum. 124
Abſentis contemptum nullus propter eum proſequi poteſt. 64
Abſentes qualiter citabuntur. 16
Abſentes compareant hora capituli. 120
Abſentes ſi venerint ad terminum, ſed poſtea receſſerunt, an ſint iterum citandi. 37
Abſentes quandoque de iure, quandoque de conſuetudine ſunt vocandi. 129
Abſentiũ nomina in inſtrumento ſcribens, falſarius eſt. 119
Abſentium ratificatio numerum non auget. 65
Annus quot dies habet. 13
Apoſtoli petantur per appellãtem. 159
Appellatio quandoque vim citationis habet. 164
Appellatio vbi intimabitur, ſi intimandi non reperiantur. 168
Appellatio in electiõis negotio poteſt interponi abſente appellato. 156
Appellationis ſolennitas an ſit ſeruãda, cùm appellatur ab electione facienda. 162
Appellationi adhærere non cuilibet permittitur. 155
Appellationem denuncians appellato quid facere debet. 164
Appellare debẽs in ſcriptis an poſſit apellare in ſcriptura priuata. 153
Appellare debens ab electione qualiter debet exprimere omnia & ſingula. ibidem
Appellare citò non eſt ſapientis. 149

Appel

Appellans in electionis negotio iurare tenetur. 158
Appellans in electionis negotio adeat tabellionem vel perſonam autenticam. 161
Aqua dulcior ex fonte hauritur, quàm ex riuulo. 52
Arbiter non ſubſtituit, ſed procurator ſic. 24

B.

Beneficia non ſunt ſanguini conferenda. 51
Bigami & periuri ſunt ineligibiles. 63
Bona omnia à Deo procedunt. 5

C.

Canonicus abſens an poſſet extraneum conſtituere, quando nullus de collegio vult vices ſuas ſuſcipere. 32
Canonicus à canonicis impeditus poteſt agere de contemptu. 32
Canonicus abſens ſi non inueniatur, qualiter citabitur. 122
Canonici ſubſcriptiones facere debent. 149
Canonici, qui mittuntur ad curiam pro inſtruenda electione, an debeant procuratores conſtitui. 148
Canonici ad curiam miſſi, debent à capitulo mandatum habere. 112
Canonici contempti poſſunt, ſi volunt, cōtemptum proſequi. 18
Canonicis in capitulo congregatis, ſi aliqui exeant, an ſint reuocandi. 51
Capitulum ne pro defectu & capitulum Cupientes, habent locum in eccleſijs, quæ per mortem prælatorum dicuntur viduatę, & non in alijs. 105
Capitulo nocet neglıgētia compromiſſariorum. 90
Caſus multi ſunt Papæ reſeruati. 99
Cauſa ceſſante ceſſat effectus. 114
Citatio qualiter fit per edictum publicum. 19
Citatio per quem debeat probari. 16
Citatio legitima per quid fit. 89

Citatio

Citatio abſentium an debeat comminationem continere. 120
Citatio per quid probabitur. 121
Citans fidem de mandato facere tenetur. ibid.
Collatio an poſſit differri, poſtquam vota ſunt publicata. 59
Collatio zeli reſpicit tã eligentes, q̃ electos. 60
Collatio meriti reſpicit electos. ibid.
Collatio an ſit facienda per ſcrutatores, vel per capitulum. 62
Collatio poteſt fieri per plures, ſed non electio. ibid.
Collatio numeri, &c. an poſſit ſine mandato fieri 131
Collatio an debeat fieri vno ſolo electo. ibid.
Collatio expreſſa de omnibus debet fieri, cùm ſint plures in ſcrutinio nominati. ibid
Collationem fieri de zelo tantùm, vel merito tantũ &cęt. non ſufficit. 61
Compromiſſum eſt voluntatis & ſcrutiniũ neceſſitatis. 48
Compromiſſum ad duos reſtringi poteſt. 83
Compromiſſum poteſt à principio reſtringi. 78
Compromiſſum ob gratiã factum etiam re integra retractari non poteſt. 88
Compromiſsũ an reuocari poſſit à minori parte re integra. ibid.
Compromiſſum an poſſit per ſuperuenientes canonicos retractari. 89
Compromiſſum multipliciter reſtringitur. 90
Compromiſſum impeditur per vnum. 135
Compromiſſa incedunt via ſtricta. 84
Compromiſſarius poteſt dicere prouideo vel eligo. 137
Compromiſſarij an poſſint reuocari. 48
Compromiſſarij ad eligendum an poſſint alijs vices committere. 82

Compromiſſarij etiam de permiſſione capituli nõ poſſunt eligere nominatum à maiori parte partium comparatione minorum. 83
Compromiſſarij poſſunt eligere extra gremiũ. 86
Compromiſſarij poſſunt aliquem de ſeipſis eligere. 87
Compromiſſarij ſi fuerint plures, per vnum eorũ facienda eſt electio communis. 80
Compromiſſarij ſimul eligere nõ poſſunt, etiã de permiſſione compromittentium. 135
Compromiſſarij infra quod tempus tenentur eligere ibidem
Compromiſſariorum maiorem partem ſufficit cõſentire. 142
Compromittentes vbi debent eligere. 61
Compromittentes cõpromiſſum reſtringere poſſunt. 135
Compromitti poteſt in aliquos, vt eligant illum, in quem maior pars capituli conſenſerit. 83
Compromitti poteſt in vnum ſolum. 80
Compromitti poteſt in duos, vel in quatuor. ibid.
Compromitti poteſt in religioſum. 81
Confirmatio ante conſenſum electi non poteſt peti. 76
Confirmatio electionis poteſt peti, aut per electũ, aut per eligentes. 148
Confirmator de multis inquirere debet. 73
Conſanguinitas ſuſpicionem inducit. 132
Conſuetudo in electionibus allegata, per quos eſt probanda. 24
Conſuetudo habitat ad eligendum. 23
Conſuetudo facit, vt quis aliâs incapax interſit electioni. 30
Corpore viciatus an poſſit indiſtinctè poſtulari. 95

D.

Deus eſt ſcientiarum Dominus 169

Decre

Decretum electionis quare ſic vocatur. 76
Decretum an debeat continere ſubſcriptiones eligentium. ibid
Decretum eſt de ſubſtantia electionis. 77
Decretum referat plenę electionis proceſſum. 142
Decretum electionis contineat locum, annum & diem, & cæt. 145
Dignitas & ordo faciunt præſumi de aliquo. 130
Dignitatem & ordinem ſuum exprimat, qui ſe ſubſcribit in decreto. 149
Dignitates vilibus conferri non debent. 97
Diſcordia eſt hominibus naturalis. 134

E.

Eccleſia non eſt ſeruitio defraudanda. 114
Eccleſiarum diuturna vacatio eſt periculoſa. 123
Eccleſiarum prouiſio poteſt retardari tam per appellationes extraiudiciales, quàm iudiciales. 152
Electio ad quem regulariter ſpectat. 7
Electio quandoque intra trimeſtre, quandoque intra ſemeſtre fieri debet. ibid.
Electio an poſſit fieri per vnum, alijs omnibus excommunicatis. 10
Electio ſi non ſortiatur effectum, an habeãt eligentes tempus integrum. 15
Electio poteſt fieri per vnum. 25
Electio ſi non poſſet liberè fieri in loco conſueto, quid iuris. 31
Electio præſentium non tenet, niſi faciant maiorem partem. 33
Electio minoris partis eſt nulla. 35
Electio debet fieri per congregatos. 39
Electio an vitietur, ſi in ea laici admittantur. 42
Electio non eſt nulla, licet vota aliquorum non fuerunt inquiſita. 50
Electio ſine collatione eſt nulla. 59

Electio poteſt eſſe vitioſa propter multa. 62
Electio facta aliquo contempto non eſt nulla. ibidem.
Electio an poſſit fieri diſcuſſione & tractatu omiſſis. 63
Electio facta abſentibus contemptis an poſſit per eos ratificari. 64
Electio communis, cùm debeat fieri per vnum, quis erit ille. 67
Electio an vitietur, ſi ipſius publicatio omittatur. 69
Electio non valebit, ſi ante electionem electus conſenſum præſtiterit. 71
Electio infra quod tempus eſt electo præſentanda. ibid.
Electio eſt nulla, quando peccatur in forma. 78
Electio per viam compromiſſi facta aliquo contempto eſt nulla, nec ratificari poteſt. ibid.
Electio ſi debeat per compromiſſum fieri, omnes ſigillatim ſunt requirendi. ibid.
Electio non fit per compromiſſum, niſi conſenſu etiam infirmorum canonicorum. 79
Electio vbi debeat fieri. 91
Electio non valet niſi fiat per congregatos in vnum. 92
Electio per inſpirationem an impediatur per tractatum præcedentem. ibid.
Electio non cenſetur inſpirata, ſi canonici fuerint rogati. 93
Electio verè inſpirata & quaſi inſpirata. ibid.
Electio quaſi inſpirata quæ dicitur. ibidem
Electio fiat per compromiſſarios ibi, vbi fieret per compromittentes. 137
Electio communis an poſſit fieri per vnum de compromiſſarijs ſine aliorum mandato. ibi.
Electio communis etiam per viam compromiſſi eſt formanda per verba ſingularis numeri. 137

Electio per inſpirationem poteſt fieri per verba pluralis numeri. 138
Electio non caſſatur, licet ante ſepulturam defuncti celebretur. 142
Electio poteſt præſentari, aut per procuratorem aut per capitulum. 193
Electio facta de conſtituto in minori ætate, eſt nulla. 132
Electionis præſentatio multis ex cauſis differri poteſt. 139
Electionis titulus quare in hoc libro præceſſit titulum de poſtulatione. 95
Electionis expenſę de quibus bonis fient. 116
Electionis forma qualiter poteſt impugnari. 153.
Electionis præſentatio per quem fiet. 139
Electionis præſentatio poteſt fieri per procuratorem ibid.
Electionis præſentatio probabitur per publicum inſtrumentum. ibid.
Electionis notitia qualiter pòteſt haberi. 106
Electionis faciendę quod tempus datur. 14
Electioni poſsũt intereſſe tabellio & teſtes. 45
Electioni ſemel conſentiens, an poſſit illi poſtea impugnare. 65
Electioni non omnis conſentire poteſt. 68
Electionem cõmunem faciens quibus verbis vtitur. 68
Electionem communem facientes debent ab alijs habere mandatum. 91
Electionem verè inſpiratam non eſt opus facere per vnum. 93
Electionem præſentans quid debet oſtendere electo. 139
Electionem cõmunem ſcribere, priuſquam pronuncietur, bonum eſt. 122
Electione facta de conſuetudine multa ſunt ſeruan.

da. 70
Electione concorditer celebrata, non ſufficit ſolũ electum ire ad curiam. 112
Electus an ſit intronizandus. 69
Electus de honeſtate non debet ſtatim conſentire. 73
Electus non debet cõſentire, niſi pręmiſſa matura diſcuſſione. 73
Electus mittens ad curiam pro electionis confirmatione poteſt tempus prolixius certis ex cauſis habere. 108
Electus in diſcordia duas perſonas ſuis expenſis mittat ad curiam. 117
Electus per Papam confirmandus tenetur ipſum adire, vel procuratorem mittere. 150
Electus ante confirmationem an adminiſtrare poſſit. 104
Electi commendatio non fiat contra conſcientiã. 122
Electo nocere non debet eligentium culpa. 72
Electi non venientes ad curiam, non ſemper cadunt à iure ſuo. 115
Electores ſi collationem nolunt facere, quis compellet eos. 59
Eligentes indignum an priuentur ſemper poteſtate eligendi. 11
Eligentes eligendo peccantes qualiter priuentur iure eligendi. 46
Eligentes ſcienter indignum non ſemper ſuſpenduntur à beneficijs. 54
Eligentes quid debent præ oculis habere. 90
Eligentes multis ex cauſis excuſantur, ne ad curiam mittere teneantur. 114
Eligentium negligentia non nocet electis. ibi.
Eligendus ſi poſtuletur an valeat poſtulatio. 97
Eligi in epiſcopum non poteſt, qui in ſacris non eſt.

eſt. 157
Eligi prohibentur multi. 56
Eligendi terminus per quos poteſt aſſignari. 15
Eligendi poteſtas ad quem deuoluitur, quando ſcienter indignus eligitur. 26
Eligendi poteſtatem an perdat qui ſcienter indignum nominat. 54
Eligendi poteſtatem habens poteſt poſtulare. 85
Eligendi poteſtas ſimpliciter data, in totum data videtur. 135
Epiſcopus ſi prouideat de indigno, quis prouidebit. 26
Epiſcopi vtrum poſſunt in ætate diſpenſare. 99
Excommunicatio notoria quæ ſit. 41
Excommunicatus non poteſt eſſe procurator. 28
Excommunicatus ignorans immiſcens ſe diuinis, non eſt irregularis. 165
Expenſę poſtulationis expediendę vnde ſumentur. 118

F.

Falſum committit, qui abſentium nomina ſcribit. 139
Fauor non eſt retorquendus ad noxam. 113
Funiculus duplex difficilè rumpitur. 149
Furor impedit electionem. 22

H.

Homicidum an impediat promotionem. 96

I.

Impedimenta ſunt duplicia. 17
Imperium non habet par in parem, 63
Impeditus iuſta de cauſa excuſatur, 107
Impuberes qui ſunt. 21
Impuberes à multis repelluntur. ibid

Indefinita æquipollet vniuerſali. 38
Infames ſunt à dignitatibus repellendi. 55.
Infirmitas non ſemper excuſat. 30
Infirmitates quædam non excuſant. 124
Inſtrumentum an debeat continere inuocationem diuini nominis. 119
Inſtrumentum roboratur per autentici ſigilli appoſitionem. 153
Inuidi omnia redarguunt. 4
Irregularitas contrahitur ſine peccato & cum peccato. 96
Iudicium rectum multipliciter peruertitur. 51
Iuramentum per quod probatur impedimentũ abſentis canonici, poteſt per capitulum remitti. 29
Iurans debet ſacra tangere. 161
Iurisdictio an poſſit vltra terminũ cõtinuari. 57
Ius non obligat ad impoſſibile. 108
Ius idem ſtatuatur, vbi eadem ratio inuenitur. 162.

L.

Laici electioni intereſſe non poſſunt. 129
Legatus de latere poteſt electiones exemptorũ confirmare. 107
Licentiam quandoq; ſufficit petere, licet nõ obtineatur. 75
Litterę citatorię abſentium canonicorum multa continere debẽt. 123

M.

Maiori parti an ſit ſemper ſtandum. 48
Maiores in multis ſunt præferendi minoribus. 50.
Mandati fines diligenter ſunt ſeruandi. 82
Mandatum ſuſceptum tenetur quis adimplere. 120.
Maritus viduæ an repellatur à promotione. 96
Matrimonium ſub conditione contractum non

ſt matrimonium ante conditionis euentum. 102
Menſis datus electo ad conſentiendum poſt præſentationem, qualiter computabitur. 74
Meritum circa electũ, circa quæ debet attēdi. 61
Monachi non cenſentur, qui non ſunt ꝓfeſſi. 23
Miſſa ſancti ſpiritus nō eſt de ſubſtātia electionis. 93
Munimenta quid comprehendunt. 106

N.

Neceſſitas præſeruat à periurio. 159
Nomen Domini inuocandum eſt. 5
Nuncius citans, formam citationis obſeruet. 121
Nuncio an ſit credendum. 16

O

Opus nouum denuncians iuret de calũnia. 28
Oues paſcere renuens Deo contradicit. 140

P.

Papa ſolus diſpenſat cum poſtulato in epiſcopum. 110
Papę qualiter ſcribendum eſt. 193
Parti maiori ſtatur in his, q̄ neceſſario fiunt. 67
Paupertas prodeſt. 117
Peccare in nullo diuinum eſt. 3
Pœna debet commenſurari delicto. 156
Perplexus quis dicitur. 87
Perſonę autenticę quæ ſunt. 154
Poſſeſſio & quaſi poſſeſſio. 93
Poſtulantes alijs eccleſijs alligati an teneātur perſonas inſtructas ad curiam mittere. 115
Poſtulatus & electus quando tenentur ire ad curiam. 110
Poſtulatus alteri eccleſiæ alligatus non debet conſentire poſtulationi ſibi præſentatę. 102
Poſtulatus nullo modo poteſt adminiſtrare ante poſtulationem admiſſam. 104
Poſtulantes an debeant aliquam formam obſeruare. 110

Poſtulati alijs eccleſijs alligati, non tenentur ire vel mittere ad curiam. 109
Poſtulandus à quo poſtulabitur. 99
Poſtulatio an debeat fieri de abbate exempto. 99
Poſtulatio & electio in multis differunt. 100
Poſtulatio minus ſolemnis fit de certis perſonis 10
Poſtulatio eſt præſentanda poſtulato. 110
Poſtulatio & electio requirunt celeritatem. ibid
Poſtulatio ſolemnis debet fieri per vnum in cõmuni. 102
Poſtulatio eſt publicanda. ibid
Poſtulationem ſolemnẽ vtilius eſt interdum facere ab initio ad circuitum euitandum. 101
Poſtulatione admiſſa an ſequi debeat electio. ibidem
Poſtulatione facta quis expenſas miniſtrabit pro illius expeditione. 118
Poſtulatione concorditer facta, duo ſunt mittẽdi ad curiam: ſed ſi fuerit diſcors, duo de qualibet parte. 115
Præſens quis intelligitur. 30
Profeſſio tacita. 22
Profeſſio expreſſa. 23
Proceſſus contra abſentem valet in tribus caſibus. 168
Proteſtatio vtilis eſt, præſertim in electionibus. 23
Proteſtationis vires. 42
Procurator ad eligendum ſi eſt canonicus, an poſſit in diuerſos conſentire. 33
Procurator ad eligendum ſit de collegio. 125
Procurator in abſentia cõſtitui poteſt. 165
Procurator fidem facit de mandato ſuo. 166
Procurator ſine ſpeciali mandato iurare non poteſt. 125

Procurator ſubſtitutus an poſſit reuocari. 149
Procuratorem abſentis non tenetur capitulum admittere, niſi conſtet de iuramento præſtito ſuper impedimento. 125
Procuratores abſentium requiri debent ad decretum faciendum, etc. ibid.
Puniri nõ debet aliquis ꝓpter alienum delictũ. 72

R.

Ratio eadem idem ius requirit. 106
Ratificari non poteſt, quod nullum eſt. 93
Ratihabitio comparatur mandato. 68
Religioſus non poteſt eſſe arbiter. 81
Religioſus an debeat eligi vel poſtulari. 96
Religioſus electus poteſt ſine nota ambitionis petere licentiam conſentiendi. 74
Religioſus electus poſt licentiam ſuperioris obtentam, habet menſem integrum ad conſentiendum. 75

S.

Scientia competens in electo tolleratur. 132
Scientiæ defectus à promotióne repellit. 158
Scriptura propria facit fidẽ contra ſcribẽtem. 194
Scrutinium non eſt de neceſſitate vna die faciendum. 131
Scrutinium eſſe ſecretũ, qualiter intelligitur. 49
Scrutinium poteſt continuari de die in diem. 57
Scrutinij via eſt neceſſitatis. 43
Scrutinij forma locum non habet, quando ſunt tantùm duo vel tres canonici. 44
Scrutinio nondum perfecto ſi aliqui ſuperueniant, qui etiã aliâs nõ erant vocãdi, debẽt admitti. 65
Scrutinio publicato poteſt quis à ſua nominatione recedere. 67
Scrutatores ſe primò ſcrutabuntur. 49
Scrutatores ſoli, aut ſoli compromiſſarij an ſint ad ſedem apoſtolicam mittendi. 112

Scrutatores magnam poteſtatem habent ſecundum aliquos. 130

Scrutatorum numerus non eſt de ſubſtãtia electionis. 45

Scrutatorum qualitates. 47

Senſus tot ſunt, quot capita. 79

Suſpenſus poteſt quis eſſe in vna eccleſia, & nõ in alia. 72

Suſpenſi non ſunt ad electionem admittendi. 20.

T.

Te Deum cantare electione facta nõ eſt neceſſe. 133

Teſtamentum quod non eſt, rumpi nõ poteſt. 162.

Teſtes & tabellio poſſunt intereſſe ſcrutinio. 130.

Terminus ad eligendum præfixus, an poſſit mutari à parte capituli. 35

Tabelliones ſæpè metas rationis excedunt. 40.

V.

Vacatio eccleſiæ poteſt multipliciter contingere. 6. & 129.

Vagari in incerto cum alterius diſcrimine non permittitur à iure. 134

Via tutior eſt tenenda. 40

Vir litteratus non debet eſſe ingratus. 168

Voluntas non ſemper reputatur pro facto. 154

Votum in ſcrutinio, an poſſit exprimi per verbũ eligo. 53

Votum non debet eſſe conditionale, alternatiuum, vel incertum. ibid.

Votum exprimens in ſcrutinio, an poſſit dicere eligo. 131

Vota in electione per quos ſunt ſcribenda. 56

Vota poſſunt ſcribi in tertia perſona & in prima. 57

Vota inquiri ſecretò & ſigillatim,& ipſa in ſcriptis redigi etc. ſunt de ſubſtantia electionis. 130

Vota ſua ſcrutatores primò inquirant. ibid.

Votorum publicatio quando fieri debet. 52.

Z.

Zeli melioris præſumptio ex multis inducitur. 131.

FINIS INDICIS.